



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tertia Seraphica Vinea, Sive Tertius Ordo De Poenitentia  
à S.P.N. Francisco institutus**

**Pauck, Engelbert**

**Coloniae, 1720**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64103](#)





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

TERTIA  
SERAPHICA VINEA,  
SIVE  
TERTIUS ORDO  
DE POENITENTIA  
à  
S.P.N. FRANCISCO

institutus :

à SUMMIS PONTIFICIBUS,  
IMPERATORIBUS, CARDINALIBUS, REGIBUS,  
EPISCOPIS, IMPERATRICIBUS, REGINIS,  
aliisque utriusque Sexûs Christi Fidelibus susceptus :

à Sac. Rom. Catholica Ecclesia  
approbatus & confirmatus :

à Summis Pontificibus INNOCENTIO XI. & XII.  
novis Privilegiis, & Indulgentiis decoratus :

*Collegii S.J.* Cum *Paderby*  
Archi-Confraternitate Chordæ,  
Viâ Dolorosâ S. CRUCIS,  
Ac Confraternitate X. Beneplacitorum B.M.V.

AUTHORE

F. ENGELBERTO PAUCK,  
Ord. FF. Min. Strict. Observ. Ss. Theol. Lectore Emerito, Prov. Sax.  
S.Crucis vocali perpetuo, Nationis Germano-Belgicæ Romæ Ex-Agente  
Generali, nunc Conventûs Warendorpiensis Guardiano actuali.

---

COLONIÆ, Sumptibus HENRICI ROMMERSKIRCHEN Anno MDCCXX.  
*Cum Privilegio Sac. Ces. Majest. & Superiorum Permissu.*

# Analytica Temporum Computatio,

Juxta Directorum Romanum quotannis Romæ imprimi solitum,  
cum approbatione Rmi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri,  
& Licentia Domini Urbis vices gerentis.

## ANNOS

A Creatione Mundi.	6919.
à Diluvio.	4013.
Ab exitu Israël, & datâ lege.	3217.
Ab ædificatione Templi Salomonis.	2737.
Ab urbe conditâ.	2469.
à Captivitate Babylonica.	2310.
Ab obitu Alexandri Magni.	2044.
à Fundatione Ordinis Seraphici.	514.
à primo Generali totius Ordinis Seraphici post B. FRANCISCUM, ex electis secundum Regulam, usque ad modernum.	76.
Ab Ordine Capucinorum.	195.
à Correctione Gregoriana.	137.

SERENISSIMO ac REVERENDISSIMO

D. D.

CLEMENTI AUGUSTO  
D. G. EPISCOPO

MONASTERIENSI & PADERBORNENSI,  
Vet. Oeting. Præposito , utriusque Bavariae  
& Superioris Palatinatus DUCI, Comiti  
Palatino Rheni, Landgravio Leuchten-  
bergensi, Burg-Gravio Strombergensi,  
S. R. I. PRINCIPI,  
COMITI PYRMONTANO,  
Domino in Borckeloh & Werth,&c.  
D U C I  
Principi ac Domino suo Clementissimo.

SERENISSIME ac REVERENDISSIME  
*Dux , Princeps , ac Dominus ,  
Domine Clementissime.*



Nter communes populi gestientis applausus , ovantes  
Cleri letitias, concertantes undique Patriæ totius aggra-  
tulationes deesse non debui Serenissime ac Reverendissime  
Princeps ac Domine &c. quin & ego communi omnium  
voci ac voto ( si non præfixus ) saltem immixtus, Tibi de adepta  
rur-

rursum Diœcesis Monasteriensis Infula Episcopali (quæ antiquæ  
Ducum Bavarorum per longas Annorum centurias eidem huic Diœ-  
cesi amplissimæ præfixorum) gloriæ Infulæque tuæ R A T I S B O-  
N E N S I novo cum decore rursus accrescit (submississimo cum  
affectu) gratulabundus acciderem; Vineæ meæ Seraphicæ protectio-  
nem, & fulcimentum sub Rmæ SERENITATIS TUÆ favore  
quærens. Tutorem, & Protectorem VINEÆ peto LEONEM.  
Vineæ non vanæ; sed Franciscanæ; non Poëticæ, sed Seraphicæ:  
(Ordinis inquam Tertiæ de Pœnitentia nuncupati, à Seraphico S.P.  
FRANCISCO instituti, & ab Ecclesia Catholica approbati) qui mi-  
rùm per orbem universum dilatatus, VINEÆ symbolum refert (Cen-  
flore ipso summo Pontifice LEONE X.) sed protectione, sed ful-  
cimento indigens: protectione, ne à Vulpibus (hostiis) evertatur:  
fulcimento, cui innixa in altum feliciter excrescat. At quis VINEAM  
hanc Seraphicam aptius fulciet? quis decentius proteget? quām LEO  
& majestate augustus, & fortitudine clemens; qualem se olim Philip-  
pus III. Rex Catholicus scripsit; cum lemmate: *ad utrumque*. Sci-  
licet uno pede Crucem, altero hastam sustinens; hinc virtutis fulci-  
mentum, inde hostium terrorem. Prælusit fortassis meæ huic veritati  
in umbrâ gentilitas, dum vel Hesperidum pomis, vel aureo Jasonis  
velleri (*Ovid. teste 7. Metam.*) Patronum apposuit Draconem; sed....  
persvasit mihi pia majorum sinceritas, qui LEONEM uti fortitudinis,  
ita & vigilantiæ Symbolon secundum Alciati inscriptionem Templis  
& ædibus præfixerunt -- *Templorum ponitur ante fores*. Quidni igi-  
tur (pace tuâ PRINCEPS Serenissime) Te LEONEM jam pluri-  
bus Infulis clarum, pluribus Ecclesiis præpositum & dicerem, &  
VINEÆ meæ Seraphicæ Patronum præfigerem? Te inquam LEO-  
NEM è Serenissima Domo Bavariæ fœcundissimâ Leonum parente  
saturn;

*Epistola Dedicatoria.*

satum; quorum vel in toga Sacrae vigilantiae Episcopalis dotes, vel in sago Leoninæ fortitudinis Virtutes recensere, foret stellas in numerum redigere. *Gen. 28. Numer a stellas, si potes.* Tanta enim est in Serenissima Donio Bavaria Virtutum Leoninarum seges, tanta copia, ut facundum Memnonis Colossum etiam à surgentis auroræ radiis ad Panegyrin animatum obrueret, & exanimaret. In compendium tamen eas vel in umbra redegero, ubi dixero, Quod Domus Bavaria, vera Leonum Mater, Turcarum Domitrix, Hungariæ Redemptrix, Imperii Conservatrix, Ecclesiæ Propagatrix innumerabilem penè Majorum tam sacrâ Infulâ præfulgentium in *ALBERTIS, ERNESTIS, FERDINANDIS*: quam Leoninâ generositate contra hostes insignium in *MAXIMILIANIS, CLEMENTIBUS*, aliisque præmisserit: dignissima, quæ in posteris serie non interruptâ per omnes honorum gradus, summâsque in Imperio dignitates fortunam post se trahat pedissequam ad clavum sedens. Quidni ubique Epigraphen tenet:

**Leo** Templorum [*Vineæ Seraphicæ*] ponitur ante fores.

Patere igitur *Serenissime PRINCEPS*, Domine Clementissime, & pro innata Bavaris gratia benignius concede, ut hæc **VINEA** mea Seraphica in lumine favoris tui plantata, sub vigilante tua Episcopali fortitudine, & forti Principali vigilantia (Virtutibus Serenissimæ Domui Bavariæ congenitis, quibus etiam veri *LEONIS* more, ætas tua adhuc adolescens est matura) contra quascunque hostium vulpinantium machinationes stet, & perfest secura. Quæ modò ad *SERENITATIS TUÆ* pedes profundiùs inclinata, demississimo Gratulationis affectu te adorat, & veneratur, altius olim erigenda: si serenioribus eam oculis aspicias, affectu foveas, benevolentia prosequaris.

*Epistola Dedicatoria.*

Egoque [ne rudiore stylo longior festivas applaudentium tubas in-  
cultâ avenâ turbare ulterius videar] in solemni hac Inauguratione com-  
munes inter plausus & aplausus ex corde apprecoſ **SERENITATI  
TUÆ**, ut summa Numinis benignitas & cæpta fortunet, & humeros  
Tuos (quibus etiam in annis adolescentibus novus **ATLAS** plurium  
Ecclesiarum oneri succollas) fortissima Dei dextera suffulciat, robo-  
ret, & ad perennem Ecclesiæ, patriæque incolumentem omnium voto  
conservet.

*Reverendissimæ*

*Serenitatis Tuæ*

*Infirmus subditus*

**F. ENGELBERTUS PAUCK.**

**VOTUM**

XIV  
VOTUM  
PALLADIS  
FRANCISCANO-SERAPHICÆ  
AD  
APOLLINEM.



Usa veni, mea Musa veni ; Parnasside Leni  
Dulcis APOLLO fluat, Bellerephonte ruat.  
Est populi Rector, PATRIÆ LEO BAVARUS Hector :  
(Scande AUGUSTE Thronos, PRÆSULIS instat honos)  
Jason dat vellus, MITRAM dat Westphala tellus,  
Hæc pro te stabit, sceptræ, PEDUMQUE dabit.  
Ista Thronum stravit, MITRAMQUE PEDUMQUE paravit,  
Cum clamante foro, cumque sonante CHORO.  
Scande AUGUSTE Thronos, per cunctos corpore pronos ;  
Scande (favente DEO) BAVARE scande LEO.  
Cujus majori resonet Parnassus honori ,  
Alta super nubis clange Thalia tubis.  
Phœbe fave, tersum facili da pectine versum ,  
Da numeros odis , vim super-adde modis.  
Phœbe fave , rores , clariosque affunde liquores ;  
Da tua , da miræ fluminæ dia lyrae.  
Phœbe fave , plenâ celebrabo , sonabo , Camæna  
Festa novæ Lucis , PRINCIPIS atque DUCIS.  
Bellerephantæ mentem perfunde Lyæo ,  
Proluat & vero Castalis urna mero.  
Labra riga mundis PATRIÆ Aganippidos undis ;  
Sic PATRIÆ Lucem , sic celebrabo DUCEM.  
Sic fluet , & venâ refluxet locuplete Camæna ,  
Dexteram APOLLO move , turba novena fove.

Leo-

LEO - PHOENIX  
DE  
CINERE GERMANI  
GLORIOSE RES VRGENS:  
( id est )  
**CLEMENS AUGUSTUS**  
Post  
Præmaturum germani Fratris sui  
**PHILIPPI MAURITII**  
Designati & Electi,  
**EPISCOPI MONASTERIENSIS,**  
Ac  
Luctuosum nimis obitum:  
**CANONICA rursus ELECTIONE**  
In  
Demortui Fratris sui locum suffectus,  
&  
Unanimi omnium calculo ac voto  
**E P I S C O P U S**  
&  
**PRINCEPS MONASTERIENSIS**  
Creatus  
Renuntiatus  
Ac  
**Confirmatus.**

PHI-

PHILIPP nigra de mor refri  
US natus te xit.  
AUGUST niveâ neo- for revi  
Letha novit fratrem m tolle te  
li ors re lo.  
Voca vovit fratrem f pone Ze  
Auste quamv spires fera par furo  
ros is ca res.  
NonBava poter tumulare nover deco  
AUGUST regn Mitræ sublim hon  
US at is ore  
AUGUST vern cundtorum insign am  
Bucci dulciso resonet festa sono  
na no nova re.  
Tympa lätiso reboënt gesta frago  
Tecta lätan lucesc igne dec  
que ti ant ora.  
Templa flamman splendesc thure vap  
Sola Phœnix præ miseris juv  
men sta, que amen.  
Tuta populo per patriæ lev  
† † PHOE-

# PHOE N I X

Rectissime ab Emblematico inscriptum tenet  
LEMMA:

NESCIT LATERE.

ISTA EST DOMVS BAVARICÆ  
PROPRIA LAVS ET GLORIA\*

PHOENIX GLORIÆ DOMVS BOIA  
NESCIT LATERE\*

Quin

Post cineres semper superstes, novos usque & usque

GLORIÆ PULLOS

Reddat orbi famâ Immortalis,

MAVRITIVS

Festo

S. BENE DIC TICREATVS\*

Ait

MALEDICRO FATI

NON VNI PATRIÆ PRÆPROPERE SVBLATVS\*

INGEMISCE O PATRIÆ!

DE PRÆSVLE & VITA & SVBLATO.\*

Ait

CONGA<sup>VE</sup> NIMIS  
AVGVSTO NEO-PHOENICI.  
AVGVSTO  
SEPTIMO KALENDAS APRILIS  
VOTIS CREATO.  
AVGVSTO DVCI  
&  
EPISCOPO MONASTERIENSIS.

*ACCLAMATIO.*

Clangite Castali festiva celeus mon  
dum mata tes.  
Undique Westphali repeatant cytharis fon

TRIUMPHUS  
CLEMENTIS AUGUSTI

<sup>EX</sup>  
Serenissimis DUCIBUS BAVARIÆ  
EPISCOPI RATISBONENSIS  
(Absterso luctùs vulnere)

Ob præproperam  
& plus quam fatalem duorum

†† 2

EPI-

# EPISCOPORUM MONASTERIENSUM

Sibi immediate succedentium  
Invido mortis telo sublatorum  
mortem,

In corde PATRIÆ reliquo,

Neo-Electi

Confirmati

# EPISCOPI ET PRINCIPIS MONASTERIENSIS

Versu Sappho-Leonino gloriose

decantatus.

ora serena Lepos Mæroris fessa reVisat,  
et Cor festa sonet gaVDIA, LIngVa tonet.

Nuper incessit, labra muta pressit,

Tristis, & plorans, gremiumq; rorans

Fletibus multis MIMIGARDA pullo

Tecta cucullo.

PATRIÆ florem, jubar, & decorem

Urbium ablatum, Diadema stratum

Sub pede atratum lachrymata flebat,

Corde gemebat:

Heu!

Heu ! dolor quantus ! jacet interemptus !  
Mortis immitti jacula peremptus !  
Heu ! nimis caro pretio redemptus !

PRÆSUL ademptus,

PRÆSUL ARNOLDUS ! litui silete,

Et cheles planctu tenero dolete.

PRÆSUL ARNOLDUS cecidit ferinæ

Vi Libithinæ.

Occidit mitis, facilisq; Princeps !

Næniae, luctus, resonent deinceps.

Occidit ! fato meliore dignus,

Nobile pignus.

Heu ! dolor quantus ! cohibete cantus ;

Exulet clangor, resonetq; plangor.

Sæva FRANCISCUM Libithina stravit,

Falce necavit.

Heu ! quis ? heu ! resonate lessus ,

Per vias serpat lachrymans cupressus.

Heu ! quis ? heu ! vocem gemitus retundit,

Echo refundit.

Heu ! quis ? heu ! reddet PATRIÆ vigorem ?

Urbibus florem, laribus decorem ?

Subditis clatum jubar, & politæ

Gaudia vitæ ?

Quis ? quis ARNOLDUM tumulo reducet ?

Mitis hic Princeps ubicunque lucet.

Illius nullo violatur ævo

Gloria nævo.

Ista

Ista dum plangit, gemebunda clangit  
Lugubri vultu; tragicōq; cultū;  
Voce confusā MIMIGARDĀ soli  
Cognita Soli;

Phœbus aurato rubicundus ore  
Surgit, insueto rutilans decorē  
Intrat, & monstrat speciale signum  
PRINCIPĒ dignum.

Cœlicum dico? an BAVARUM LEONEM?  
Respuens pisces (Phrygium Draconem)  
Hic LEO solis rapuit jugales,  
Atq; sodales?

Martio terram referante mense,  
Piscium non sol minitur enī  
Sed LEONINA gravitate plenus,  
Plūsq; serenus

Deserit suetæ stationis astra,  
In nova figens regione castra;  
Dum LEONINUM vehit ex Latinis  
Arce Quirini

Syodus, in vestras MIMIGARDĀ sedes,  
Mortuas terræ lachrymantis ædes.  
Ideo fulget generosiore  
Martius ore.

Ut LEONINI radii calorem  
In sinu sensit, BAVARUMQ; rorem  
Quæ gelu mortis nimio refrixit:  
Terra revixit.

O LEO!

O LEO ! (exclamat) mihi quām dolentēm  
Abripis sensum & recreasq; mentem  
In tua (o dulcis) cado vota PRINCEPS,  
Cedo deinceps.

Auree ô PRINCEPS ! lachrymis notatas  
Tu genas tergis malè purpuratas,  
Vela tu tollis, trahis & ferinam  
Pectore spinam.

Gloriosorum LEO BAVARORUM  
MAURITI (PRINCEPS ! tibi fint deinceps  
PATRIÆ fasces; rege, vive, verna,  
Sceptra gubernā.

Ite nunc duræ, procul ite, curæ,  
Ite lictores animi dolores;  
Ite venturæ necis atra torvi  
Nuncia corvi.

Næniæ cessent, removete lessus,  
Quæq; funestant PATRIAM cupressus  
Atq; succedant nova gestienti  
Gaudia menti.

Quid ? novo rursus PATRIAM dolore  
Obruis ? mentem saturans furore,  
Luctuum nutrix ? inimica voto  
Ænea Clotho ?

Ergo sol nascens iterum recessit  
Et decus MITRÆ fugiens nigrescit ?  
Splendicans aulæ jubar obstupefecit  
Nectar acescit ?

Nau-

Nauseabundos cohibete luctus,  
Lachrymâ falsos duplicantे fluctus;  
Ne tegant nubes oculos serenos,  
Sistite threnos.

Frons serenetur; color absit ater.  
Jus tene Fratris, soliumq; Frater;  
Hic erit mæstis cynosura rebus,  
Anchora spebus.

Vivat AUGUSTUS meritis onustus!  
Flosculus stirpis BAVARÆ venustus,  
Dux CLEMENS vivat! solium capessat,  
Sceptra lacestat.

Perge nunc plenâ (mea Musa) venâ,  
Orphei lætis resonate metris,  
Túq; festivâ modularē diâ  
Voce Thalia.

Vósq; concentus pariter ciete  
Pegasî Nymphæ, cytharas movete;  
Et MIMIGRODAE resonate Sponsum  
Vertice tonsum.

Sponsa CLEMENTI MIMIGRODA claræ:  
Obtulit summos apices THIARÆ,  
Ut PEDI, MITRÆ, sacra signa tractet,  
Sceptraq; jaëtet.

Gloriosorum LEO BAVARORUM  
Cæteris præstat, Diadema gestat.  
Hic sacros fasces gerit Infulatus,  
Atq; Mitratus.

Tanta

Tanta Stirps nullis tenebris latere  
Debuit, nunquam potuit tacere  
Præco virtutum monumenta gentis  
Alta merentis.

Tanta Stirps factis, meritisque clara,  
(Quæ patet) mundo, superisque chara,  
Jure fert Fasces meritis paratos,  
Æthere natos.

Sanguis Heroo radiat decore,  
Gloriæ clarus veteris nitore,  
Hostium fuso celebris cruento,  
Summus honore.

Quotquot hanc Stirpem titulis honestant  
Surculi : clarent, meritisque præstant ;  
BAVARÆ Stirpis nuncat e' serenis  
Gloria venis.

Pars PEDUM, summam gerit & Thiaram,  
Numini sacram faciens ad Aram :  
Vulgus exemplo, populisque vivis  
Pascit olivis.

Pars equos fraeno properante gyrat,  
Strenuos ausus, animosque spirat,  
Provocans hostes Pyroente vecta,  
Ægide tecta,

Ense quot lauros proaví merebant :  
Tot novos famæ cumulos serebant ;  
Posteri ut Fasces, meteréntque signa  
Murice digna,

Quot celebravit pietas trophæa  
(Clara BOJORUM titulis pylæa)  
Signa tot surgunt BAVARI decoris,  
Fulcraque honoris,  
Ergo DUX CLEMENS siboles LEONIS,  
Fortè pangendæ seges unionis,  
Dignus Heroum cruor, & coronis,  
Millæque donis.  
Ad MIMIGARDÆ Diadema tendit,  
PRÆSULIS Fasces manibus prehendit,  
Vota per CLERI bene postulatus,  
Jure vocatus,  
Io ! nunc sanctum geminate cantum,  
Non inæquales facie Sodales:  
Ora quæis fulgent miniata bellis  
Æmula stellis,  
Io ! nunc altum celebrate saltum  
Crinibus comptæ, pedibuscque promptæ  
Cum Diis Diyæ, vitræque Nymphæ  
Ducite Lymphæ,  
Ferte Pæstanæ pretium Dianæ,  
Flate vernarum pluviam rosarum,  
Lilii rores, Zephyri minores  
Flate Sorores,  
Nardinos latè cumulos parate,  
Ferte Panchæos, date vel Sabæos  
Colle sudatos locuplete rores  
Thuris odores,

Prima

Prima DUX CLEMENS sacra rostra scandit,  
Cui viam virtus generosa pandit,  
Præparant fortis speciosiores  
Stirpis honores.

Martii latè litui sonate ,  
Pulveris nitro pyrii tonate ;  
Ære campano resonate valles ,  
Clangite calles.

Jubilet PALLAS Capiti MITRATO ,  
Mulciber bombo strepitet nitrato ,  
Et repercuſſâ feriantur orâ

Æra canora.

Per pagos, urbes, strepitent metalla ,  
Aggeres, plausum repetántque valla ;  
Intonet clangens super astra fusum

Buccina lusum.

Fama ! supremi soboles Tonantis ,  
Præpotens alis, properisque plantis :  
Perge trans Alpes , Latii sonoras

Thyridis oras

Pervola sedes gelidæ Trionis ,  
Lucidas ædes niveæ Drionis ;  
Trans procellosi pelagi recessus

Provehe gressus.

Curre , quâ Titan Pyroënta mundo  
Denuo natus levat è profundo ;  
Fausta (fac) illic recreent rigentes

Nuntia mentes,

Evola

Evola, quâ Sol naribus frementem ;  
Crine depexum, pelago cadentem  
Mergit Aethonem ; nova fer stupenti  
  Gaudia genti.  
Io ! DUX CLEMENS regimen subivit,  
Infulâ clarus celebrisque vivit ,  
Et PEDUM dextram rutilans honestat ,  
  Sceptraque gestat.  
Ista dum cernit, mea Musa sternit  
Tibiam, sanctas venerata plantas ,  
Dedicans fessos calamos Patrono  
  Poplite prono.  
Atque ego (PRÆSUL celebrande) totis  
Plebis, & CLERI, PATRIÆQUE votis  
Gratulor, plundo, resono, celebro ,  
  Repetto crebro.  
Vive, ter felix, rege, fortis Heros ,  
DUX CLEMENS ! casus supera severos ;  
Vive , te Numen recreet favore  
  Ulteriore.  
Vive, te Cælum beet ampliore  
Rore, majori Charitum favore ,  
Atque vernanti sine fine lauro ,  
  Donet & auro.  
Vive DUX CLEMENS ! LEO vive fortis !  
PATRIÆ PRÆSUL mala vince fortis.  
PRINCIPIS Cœptis Superi favete ,  
  Sceptra fovete.

Vive

Vive DUX ! ætas tua non senescat ,  
Quódque livoris facies stupescat ,  
PRINCIPIS tanti decus ingravescat ,  
Gloria crescat.

Vive tot sæclis : quot in axe stellæ ,  
Quot repercussi pelagi procellæ ;  
Quot recensembit Thetis uda rores ;

Hyblaque flores.

EPIPHONEMA

V R B I S P A T R I A E Q V E C L E M E N T I

A P P L A V D E N T I S \*

E D I T E L A E T I T I A M ,

C L A R V s s I T I N I G N I B V S I G N I S \*

L V D A T E I N T E N S I S

V V E S T P H A L A N Y M P H A I o C I s \*

M A E N I A V I N A B I B A N T ,

D A T E R V S T I C A T V R B A C H O R E A S \*

I N N V M E R I S P L A V D A N T

T E R R A P O L I Q V E C H O R I S .

A C R O A M A A U T H O R I S  
I N L E O N E M B A V A R U M .

Undique Bojo Virtus , Laus , Gloria cres-  
rum cant.

Donec Cælo Rex , & Regina tepes

†††

LICEN-

## LICENTIA

### Rmi P. Vicarii Generalis.

Cum secundum Apostolicas & Generales Ordinis nostri constitutiones cautum sit ; nullus ut liber praelo detur : quin prius revisus & approbatus fuerit a duobus Examinatoribus , ab eo ( cuius id juris esse potest ) deputandis . Harum propterea nostrarum tenore , P. V. votis annuere volentes , quantum ad nos spectat , RR. AA. PP. Matthaeo à Pareta , Lectori Jubilato , Commissario Generali Curiæ &c. & Antonio à Mazaria , Lectori bis Jubilato , Ordinis Scriptori actuali &c. Libri , cui titulus (*Tertia Seraphica Vineæ*) examen , revisionem , & censuram committendam censuimus , uti de facto committimus ; quatenus accidente eorum unanimi approbatione ( cuius , sicut & praesentium nostrarum ad calcem præmemorati libri expressum transsumptum apponetur ) P.V. possit absque alia nostra licentia , cum Benedictione Dei , & salutaris obedientiae merito , in Religionis nostræ decus , & proximi spirituale bonum , servatis alias de jure & consuetudine servandis , praecitatum librum publici juris & lucis facere .

Datum in hoc Regio nostro S. P. N. FRANCISCI  
Curiæ Madritensis Conventu 12. Octob. 1716.

(L.S.)

F. Josephus Garcia  
Vic. Gen. mpp.

## Approbatio Ordinis.

Opus infra scriptum (*Tertia Seraphica Vineæ*) atque annexa eidem opuscula ( Chordam S. P. N. FRANCISCI , viam Crucis , & Confraternitatem X. Beneplacitorum ) concernentia , auctore A. R. P. Engelberto Pauck FF.

FF. Min. Strict. Obs. Prov. S. Crucis Lectore Emerito, Vocalique perpetuo,  
atque in Rom. Curia Nationis Germano-Belgicæ Agente Generali concinnata, di-  
ligenter evolvimus, & expendimus; ita nimirum jubente Rdiffissimo P. Jose-  
pho Garcia totius Seraphici Ordinis Vicario Generali. Nihil autem offendim-  
us, quod à Catholicæ Fidei aberret Canone, nihil, quod bonos vel mini-  
mūm lædat mores. Est potius, quod Sacram Auctoris eruditionem, quod  
solerter industriam, quod egregium salutis animarum Zelum commende-  
mus. Ea quippe omnia in rem suam collimantia ex publicis documentis ad-  
vocare studuit, quæ promovendæ Christi Fidelium pietati vim habere maxi-  
mam videantur. Totum itaque opus publicâ dignum luce censemus, quod-  
que in nobis est, exoptamus. Ex Conventu Ara-Cælitano. De Urbe 30.  
Junii 1717.

F. Antonius à Mazaria Lector Jubilatus  
& S. Congreg. Indicis Consultor.

F. Matthaeus à Pareta Lector Jubil. J.

## Licentia & Approbatio Ordinarii.


Cum Tertia Seraphica Vinea à V.A.P. Engelberto Pauck Ordinis FF.  
Minorum Strict. Obs. Ss. Theol. Lectore Emerito, Nationis Germano-  
Belgicæ Ex-Agente Generali, nunc Guardiano Warendorpensi Romæ  
composita, & à primis ejusdem Ordinis Theologis, utpote in foro proprio  
& domestico versatoribus, in Urbe perlecta & approbata, nihil Fidei Or-  
thodoxæ, aut bonis moribus contrarium contineat; quin & tam privatæ  
quæm communi pietati, ob singularem Auctoris in colligendo Zelum appri-  
me utilis futura fit, ideoque publicam lucem aspicere mereatur, licentiam &  
facultatem concedimus. Die 12. Julii 1719.

(L. S.)

Franciscus Caspar Philippus d' Haxthausen  
Vicarius Generalis in Spiritualibus.

† † † 2

Privi-



## Privilegium Cæsareum.

CUM Sacræ Cæsareæ Majestatis Privilegio cautum sit, omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis; ne libros à nostri Ordinis Patribus editos, vel imposterum edendos imprimant, recudant, aut alibi recusos intra S.R. Imperii, Regnorūmque ac ditiorum Hæreditiarum fines adducant, vendant, vel distrahant, absque assensu & facultate dictorum Patrum sub gravissima mulcta &c. Hinc ego P. ERASMUS APPELFE LT Ordinis Fratrum Minorum strictioris Obs. Prov. Saxon. S. Crucis Lector Jubilatus, & Vicarius Provincialis Bibliopolæ Colon. D. HENR. ROMMERSKIRCHEN in impressione Tertiæ Seraphicæ Vineæ à V. A. P. ENGELBERTO PAUCK ejusdem Ordinis, ac Provinciæ, Ss. Theologiæ Lectore Emerito, Vocalique perpetuo, in Romana Curia Nationis Germano-Belgicæ Ex-Agente Generali, Conventū Warendorpiensis Guariano actuali, in Urbe olim compositæ, ibidemque à determinatis Ordinis Patribus censuratæ, & approbatæ, per præfentes facultatem concedo utendi dicto Privilegio Cæsareo. In quarum fidem has manu meâ subscriptas, officiique Sigillo munitas dedi in Conventu nostro Monasteriensi die 9. Mensis Julii 1719.

F. Erasmus Appelfelt

(L.S.)

Vicarius Provincialis m. pp.

PRO-



## Protestatio Auctoris.

**U**m Sanctissimus Dominus noster Urbanus Papa VIII.  
die 13. Martii 1625. in Sacra Congregatione S. Rituum,  
& universalis inquisitionis, Decretum ediderit, idemque  
confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi li-  
bros hominum (qui sanctitate, seu Martyrii famâ celebres è vita mi-  
grarunt) gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcunque benefi-  
cia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine  
recognitione atque approbatione Ordinarii; & quæ hactenus sine ea  
impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem San-  
ctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit; ut nimurum non admit-  
tantur elogia Sancti, vel Beati ab solutè, & quæ cadunt super personam;  
bene tamen ea, quæ cadunt super mores, & opinionem, cum pro-  
testatione in principio: quod in iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia  
Romana, sed fides tantum sit penes auctorem. Hinc decreto, ejus-  
que confirmationi, & declarationi, observantiâ, & reverentiâ [quâ  
par est] insistendo profiteor, me haud alio sensu quidquam hoc in li-  
bro referre, accipere, aut accipi ab ullo velle; quam quo solent ea,  
quæ humanâ duntaxat auctoritate (non autem divinâ, Catholicæ  
Romanæ Ecclesiæ, aut sanctæ Apostolicæ Sedis) nituntur; iis tan-  
tummodo exceptis: quos eadem sancta Sedes, Sanctorum, Beato-  
rum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

F. Engelbertus Pauck.

† † † 3

PRO-



## PROLOGUS

### Candido Lectori salutem.

I. **H**ic te primūm alloquor, Candido Lector, non meis, sed egregiū *Cardinalis de Trejo* verbis, qui inquit: cūm omnis Regula & doctrina multūm commendetur ex qualitate, meritis, vitā, & sanctitate Auctoris; scire debes amice Lector: quod nemo fere post Apostolos verbo simul & exemplo D. N. JESUM Christum perfectius imitari docuerit, quām S. FRANCISCUS de Assisio; quæque in scriptis ejus, & libris continentur, Seraphico sanè Spiritu plena sunt. Sigillum Christi portat FRANCISCUS, ejusdēmque in corpore suo stigmata, quibus auctoritatem regiam suā præstat doctrinæ; quæ enim Regis sigillo signata sunt, regiam Majestatem præseferunt. Vivus duobus annis portavit in manibus, pedibus, & latere Crucifixi JESU effigiem, quibus ab æterno Patre in monte Alyerniæ inflammatus, à Spiritu S. in speciem unius Seraphim ad imaginem unigeniti Filii Dei fabricatus, adeò Deiformis effectus est, ut humanis oculis Christus videri posset. Doctrinas & Regulas conscripsit transfixis manibus sanguine madentibus, nigris & cruento rubicundis carneis clavis, & clavorum capitibus. Quis tale atramentum, chartam, & calatum non honorabit? mortuus verò dulcissimā morte amoris, quasi adhuc semivivus appetet, & perseverat cum his Seraphicis plagis, miraculo prioribus sacerulis nulli Sanctorum concessis; stātque erectus in suo sepulchro: uti attestatur inscriptum à Summo Pontifice Epitaphium.

Lateranensem Ecclesiam, Urbis & Orbis matrem, ruinæ proximam, tanquam divinus Atlas humeris pietatis, & doctrinæ submissis (ne caderet) vi-  
sus est sustentare à Summo in tertis Christi Vicario Innocentio III. Pontifice  
optimo & maximo; & post ista tempora nunquam amplius Ecclesia hæc mi-  
nata est ruinam. Ob profundissimam humilitatem S. FRANCISCUS juxta  
propriam reputationem maximus peccator, cūm tamen (utiait S. Bonaven-  
tura

*tura*) in veritate speculum esset, & splendor omnimodæ Sanctitatis, Sedem Luciferi in Cœlo occupare creditur. Hucusque Gabriel Cardinalis titulo S. Pancratii Presbyter de Trejo apud Lucam Wadingum in sua epistola data Tibure 3. Julii 1621. in prologo ad opuscula S. Francisci.

Tantus ergo Patriarcha FRANCISCUS non sibi soli vivere, sed & aliis proficere volens, Dei Zelo ductus, doctus doctrice gratiâ, & doctis factus in stuporem (ut̄ habetur in Officio Romano Franciscano S.P. FRANCISCI) contentus non fuit, quod Ordinem Fratrum, & Monialium à mundo, & mundanis penitus exclusorum instituisset, sed Seraphico Spiritu ardore ignitus tertium instituit Ordinem tam virorum, quam mulierum in saeculo viventium: in quo mandata Dei observantes perfectè, & in operibus Charitatis & Pœnitentiæ se exercentes, infallibilem ad salutem reperirent viam; ut sic omni hominum statui (omnibus omnia factus) provideret.

Hunc Ordinem totius mundi Monarchæ professi sunt, & ex eo tot prodierunt Sancti; ut vix ulla sit in anno dies, quam non reperiantur plures ex isto Ordine vel Canonizati, vel Beatificati, vel vitâ & miraculis clari.

II. **I**nnoCentius XI. fel. & opt. record. die 28. Junii 1686. in Brevi: Ecclesia Catholica, plura pro tertio Ordine specificè approbat, hoc expresso motivo: ut Pœnitentium venerabilis Ordo à S.P. FRANCISCO pro personis utriusque sexus in saeculo viventibus institutus, & à felicis recordationis Clemente VIII. ac Paulo V. in 3. status sub una, eademque Tertiis Ordinis appellatione, atque eorundem privilegiorum, gratiarum, concessionum, Indulgentiarum, & sacrorum communicatione, sub diversis Statutis, secundum cuiuslibet statutus exigentiam divisus, magis indies augeatur, & illi sancti, qui (ut ab eodem Paulo III. in suo Brevi: Trium Statuum, refertur) pro Sanctis dicti Ordinis recensentur; sequacibus in Indiarum, & totius Orbis Christiani partibus non careant, ac ut exemplo personarum sub Regula prefati Ordinis viventium, fidelium mores reformentur &c. &c.

III. **I**n Brevi Innocentii XII. incipiente: Debitum, 19. Maii 1694. concessio comprobata, ac inserta reperitur sequens dispositio: Quoad Tertiarios verò, & Chordigeros serventur statuta & decreta Capituli Generalis, Romæ (ut præfertur) anno 1688. celebrati; omnimodaque adhibeatur cura, ut in cunctis Confraternitatibus erectis, seu erigendis, in Ecclesiis Conventuum seu Monasteriorum &c. servetur exercitium Viæ Crucis, & orationis mentalis; eoque introductio una ex diebus Dominicis, vel festivis, pro quolibet mense, à superiori locali in perpetuum assignabitur, ad consequendam Indul-

dulgentiam plenariam, novissimè à Ss. D. N. *Innocentio XII.* in Brevi: *A dea Benignè concessam*, quæ Ordinatio in non exiguum cedet animarum profectum: si ubique terrarum à Nostratibus praxi mandetur. Vide Rubr. Part. Brev. Franc. Romæ ac Venetiis editi 1710. à n. 177. ad finem.

IV. **A**D hujus porro Sunimi Pontificis *Innocentii XII.* exhortatoriam dispositionem RRmi Superiores FF. Min. de Obs. in Ecclesia Capitoli Ara-Cœli, sive ad S. Mariam in Ara-Cœli, de Urbe: Exercitium Viæ Sacrae canonicè erexerunt, praxin & methodum typis Romæ editam de modo servando in ejusmodi Via S. Crucis, summo in terris Christi Vicario, Ecclesiam Dei difficillimis temporibus actu feliciter regenti *Clementi XI.* dedicaverunt; adeo, ut cum totius Urbis maximo confluxu singulis Dominicis, & festis post vesperas, & in Quadragesima, singulis diebus, deyotissimè frequententur hæ dolorosæ stationes. Sub quo titulo (*Via Crucis*) erecta quoque est *Confraternitas X. Beneplacitorum, seu Virtutum B. M. Virginis in Jerusalem.*

V. **C**ùm ergo juxta Capitula Generalia, eorumque Ordinationes, inter plurima (quæ pro stabiliendo ac conservando communi familiæ Seraphicæ bono, ac primordiali decore, & splendore necessaria sunt) illud non postremum, sed potius principale æstimari debeat; tit notitia statutis Tertii Ordinis, Archi-Confraternitas Chordæ S. FRANCISCI, Via Sacra S. Crucis, solidissimis fundamentis, documentis, instructionibus, & exemplaribus S. Sedis Apostolicæ auctoritate munitis, post tot dubia (ab æmulis, seu parum peritis) excitata, de novo semper resplendeat, & elucescat;

Ideo hunc librum in Urbe Roma, ex auctoribus approbatis selectum composui, à Patronis Sæcularibus, & Confratribus meis multum rogatus, à Superioribus meis ad hoc persæpe extimulatus. In quo summarie simul expono modum incumbendi spiritualibus devotionibus, inter nostrates Romæ receptis; subiectando approbationes verè Apostolicas, & authenticas Trium Ordinum S. P. FRANCISCI. Et Archi-Confraternitatis Chordæ, nec non Indulgentias pro Sæcularibus concessas adnotando: ne Spiritus Cavillationis inordinatae, aut æmulationis injustæ (quo mundani sapientes, & Zoili quandoque plus justò abundant) vel etiam ignorantia gratiarum, nos à similibus exercitiis, vel operibus piis abstrahant, avocentque!

Vale Lector  
&  
fave

CAPUT

## C A P U T I.

Quare venerabilis Ordo Fratrum & Sororum de Pœnitentia vocetur  
Ordo Tertius Seraphici P. FRANCISCI.

VI. **L**EOPAPA X. Bulla: *Ite & vos in vineam meam, quæ habetur in Buletio Romano Laertii Cherubini, fol. 443.*

Hac est (inquit) sacra FF. Minorum Religio, que per viros Apostolicos, tanquam per palmites extensos à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, vino sapientia & Scientia irrigavit montes, & implevit terram. Hac est Religio sancta & immaculata: in qua per speculum sine macula Redemptoris contemplamur presentiam, vita Christi & Apostolorum inspicimus formam, per quam primorum Ecclesia Fundatorum ante oculos Christiana plebis reducitur norma, qua demum nil nisi divinum, Angelicum, omni perfectione refertum, nil nisi Christo conforme representat. Ad hanc vineam excolendam primo mane, Oriente jam Sole, misit ipse Paterfamilias Angelum istum, ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi, B. FRANCISCUM, qui comitantibus mira sanctitatis viris prima vita hujus jaceret fundamenta.... His successerunt innumeri Religiosi, & magnæ virtutis personæ, quæ in orbe Catholico adeo per cuncti sæcula floruerunt, & coruscarunt: ut meritissimi dicti B. P. FRANCISCI Sixto V. Bulla: *Divina Charitatis, edita VII. Maii 1586. attestante: sacro sancta Mater Ecclesia, jam factu nova prolis amplificata, ac Sanctorum ejus instituti virtutibus, exemplis, ac miraculis aucta, nec non quamplurimis Episcopis, Archi-Epis copis, Cardinalibus, Regibus, & summis Pontificibus decorata, non possit ad ejus imitationis ac devotionis settanda vesti-*

*Vinea Seraphica.*

gia non esse propensa. Hinc magnam populorum devotionem & propensionem conspicimus erga tantum Seraphicum Virum, & experimur maximum devotionis affectum, quo plebs omnis Christiana ipsius Charisma ta æmulatur, & ita anhelat ad gestamen saltum funiculi ejus humillimi, ut cum præfato Sixto V. de prædicto Christiano grege (seu Christi Ecclesia) repetere valeamus; quod adhuc quasi non contenta, quod tot, tantique utriusque sexus Christi Fideles ad instituta trium Ordinum ipsius, ob devotionem ad tantum Patrem, relicto mundo transferint; totam se velit in S. FRANCISCI devotionem, & amorem immergere.

VII. S. Joannes à Capistrano, in suo Ter tii Ordinis Defensorio, (quod ALEXANDER VII. cum aliis ejusdem Sancti scriptis die 24. Maji 1665. prævio diligenti examine approbat) hanc Vineam ex claustralibus personis, & non claustralibus compositam sic describit: *Possunt nimirum ex institutione Regulae pralibatae tertii Ordinis nimirum tam Clerici, quam Laici, tam Virgines, quam Vidue, tam Soluti, quam Conjugati; Christo Domino Charitatis ardore, sanctoque desiderio, ac piis, & justis operibus militare, ita: quod Seraphicus atque flammiger ille Dux, Praecox, Vexillifer, insignitus Christi servus (FRANCISCUS) characteribus non manufactis, ut litteris, [Bulla plumbata] communitis, sed ne dum in anima, verum etiam in sacro Corpore divinis sacramentis, ac stigmatibus IESU Christi, non ferro, vel lapide, calamo, stylo, vel celte sculptis, sed im-*

A

pres-

## VINEA SERAPHICA.

pressis mirabiliter, ac stupendissimo miraculo, dígito DEI vivi, divino spiritu totus ebrius, omnibus omnia factus esset, ut omnes Christo Domino lucrificaret ad salutem.

Instituerat námque primam Regulam, sub quā viventes in obedientia, sine proprio & in castitate viri solummodo valerent Altissimo militare. Instituerat & secundam, sub quā Profitentes tria vota prædicta (mulieres duntaxat, Dei omnipotentis, ac virginis benedictæ unico Filio, Sponso dilectissimo, præ filiis hominum spectiosissimo, & ex milibus electo, grataranter in aula regia vel Christi palatio nuptias castissimas celebrarent, & sicut in prima Regula Clerici simul, & Laici viri ad ipsorum quoslibet pertinentia custodirent; ita & in secundâ Mulieres pariter & Virgines normam sibi editam observarent.

Instituit etiam & tertiam: sub qua de generibus singulorum Christi fidelium, aliis Religionibus non ligati valeant Dominofamulari, tam Clerici, quam Laici, Mares, & Fœmina: nuptæ, vel Virgines, ac Vidua; ex quo cantat Ecclesia sancta Dei: Tres Ordines hic ordinat, primumque Fratrum nominat Minorum, pauperumque fit Dominarum medius, sed Pœnitentum tertius sexum capitutrumque. Et iterum: sub typo trium ordinum, tres, nutu Dei prævio, Ecclesias erexit.

Hinc etenim ex ore imaginis Crucifixi ad FRANCISCUM delapsa vox intonuit, ter dicens, nomen replicans, suu typo ducatus triplicis dicens: FRANCISCE, FRANCISCE, FRANCISCE: vade, reparo domum meam quæ (ut cernis) tota destruitur. Cantamus etiam de prædicto Christi glorioſissimo Confessore: fac tria Tabernacula, votum secutus Simonis; quem hujus non deseruit numen, vel omen nominis. Sumentes, tria Tabernacula, pro prædictis 3. statibus salvandorum, vi-

delicet: Conjugatorum, Virginum, & Contingentium. Nîus est igitur prædictus almus Christi Confessor viam salutis omnibus aperire, dum tres prælibatos Ordines instituit, Ecclesia salutares, quorum quemlibet signis, & prodigiis, multiplicibusque miraculis mirabiliter Altissimus insgnivit. Dum videlicet primum præcellentissimis testibus Catalogo sanctorum adscriptis dignissime decoravit, videlicet: FRANCISCO, ANTONIO, & LUDOVICO, Caroli II. Regis Siciliae filio primogenito, & Episcopo Tholosano; aliisque Christi Confessoribus glorioſis.

Secundum autem præclarissimâ ac excellentissimâ Virginum vexilliferâ apud virginum primiceriam, summâque BB. spirituum Reginam, Matrem Domini Salvatoris nostri, inter virginales FRANCISCI plantulas primâ sanctissimâ CLARA serenavit, prole, quod est clarum ac serenum fecit. Cui nunc adjuncta est S. CATHARINA de Bononia solemnissimè canonizata à regnante summo Pontifice CLEMENTE XI. die 22. Maij. quam Canonizationem ego ipsemet Romæ vidi.

Tertium verò Regia, Reginalique Coronâ, necnon & Procerum dignitate in mundo quasi perfuctorie ac velut aliud agendo per Sanctos (videlicet) Ludovicum Regem Francorum, Elisabettam Hungaria filiam, nec non Elzevirium Civitatis ac Communitatis Ariani magnum Comitem in Apulia finibus Catalogo Sanctorum consignatos Christi JESU Clemencia immensis, stupendis, innumerisque miraculis divinitus illustravit.

Et paulò post, infra, de terris: in quibus Communitates terrii Ordinis istius & ultimi vigebant, loquens, sic inquit.

Etiam nostris diebus in magna devotione & gratia renovatur & crescit, atque profiticit, supernâ largiente Clementiâ, laudabilis

vitæ

## VINEA SERAPHICA.

vitæ meritis & exemplis tertius Ordo, florētque nomen dicti Ordinis in splendidâ societate nobilium & honestarum Dominarum, sicut etiam Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Perusii, & in multis aliis locis, in Marchia Anconitana, & in aliis civitatibus, & terris Italiae, & extra Italiam in multis partibus fidelium Christianorum, quām maximè de præsenti invaluit, & erectus est Ordo præfatus per illustrissimum Regem quondam Jacobum, (a) qui spretis hujus saeculi vanitatibus, atque pompis, nedum solemnia monasteria suis sumptibus, & expensis construi fecit; sed etiam seipsum offerens JESU Christo sacrificium acceptabile, in Ordine prælibato, divino se cultui mancipavit, cum florida societate venerabilium personarum.

Huc usque suis temporibus S. JOANNES CAPISTRANUS de tertio agens Ordine. Sed ad majorem tertii Ordinis elucidationem nonnulla de primo Ordine commemoremus, ac deinde de secundo; ut gradatim ad tertium procedamus.

## C A P U T II.

Quare Deus primum Ordinem FF. Minorum concesserit S. Roma-næ Ecclesiæ?

VIII. R espondet S. FRANCISCUS in sua exhortatione ad FF. quæ habetur apud F. Carolum Rapinæum Ord. Min. Recoll. spirituali Regulæ expositione impressa Romæ 1711. FF. Minores dati & vocati sunt à Deo præcipue, ut repræsentent Christum JESUM Dominum nostrum, & sancta ipsius beneficia, tunc à mundo quasi oblivioni tradita, & contempta, vel neglecta, in me-

<sup>3</sup>  
moriam Christianorum reducant, & propter hoc ipse Filius Dominus noster JESUS Christus postulavit illos à Deo Patre suo

Et 1<sup>mo</sup>. Dati sunt, ut verbo & facto sint testes & imitatores præcipui suæ altissimæ paupertatis, per omnimodam abdicationem proprietatis, & indebitæ affectionis, ac pauperem & humilem usum rerum omnium temporalium; quia sanctæ paupertatis virtus, & affectus ad eam, quasi ab omnibus ubique deserta, repudiata, & contempta videbatur, adeò: quod amplius non inveniebatur, ubi perfectè, & integre requiesceret.

2<sup>do</sup>. Ut verbo & facto sint testes, & imitatores suæ excellentissimæ Obedientiæ; quia non solum Deo Patri suo obediens factus est pro nobis usque ad mortem Crucis, & Parentibus suis sibi longè inferioribus ( videlicet sacratissimæ Virgini Matri suæ, & B. Josepho Patri putativo ) subditus esse voluit, & docuit obediens, dum censem Cæsari reddidit, & reddi Jussit. Et cum de Scribis & Phariseis malis populum regentibus dixit: quæcumque dixerint vobis, facite, opera autem eorum nolite facere. Quia, quantò magis contemptibilis præsidet, tantò magis obedientia subditi placet, & obediens meretur; maximè, si talis obediens non sit causa promotionis, nec continuationis talis mali, & insufficientis Prælati. Et perfectissimus, ac Evangelicus obediendi modus, & gradus est obediens propter Deum talibus, & aliis, non solum in his, quæ quis promisit ex Regula observare; sed etiam in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, & Regulæ suæ sine alia limitatione, vel repressione facultatis, aut Jurisdictionis, vel obedientiæ Regulæ Prælatorum suorum.

3<sup>tiō</sup>. Ut sint testes, & imitatores despiciens, & humilitatis Christi, per contemp-

A 2 tum

(a) An Jacobus I. Scotorum: Rex qui obiit 1430. supervivente ad plures annos S. Joanne de Capist.?

tum omnium honorum, promotionum, ac vanitatum mundi, veramque abjectionem, mortificationem, & contemptum sui ipsorum propter Deum.

*4to.* Ut sint testes, & sequaces verbo, & facto tantæ Charitatis, & affectionis ad salutem omnium animarum, per mundum discurrendo, ac verbo, & exemplo prædicandi, animasque Christi pretioso sanguine redemptas ad ipsum verum Creatorem, Patrem, ac Redemptorem suum reducend.

*5to.* Ut sint testes, & imitatores suæ sobrietatis, pœnitentiae, mansuetudinis, condescendentiae, misericordiae, atque puritatis per moderatam abstinentiam, jejunia, labores, & per piam, atque charitativam confessionem, ac sublevationem afflictorum, & receptionem, ac sanationem infirmorum peccatorum, ac corporis & animæ puritatem.

*6to.* Ut sint testes, & speciales contemplatores, imitatores, ac prædicatores suæ tantæ Passionis, ac Mortis, & beneficiorum tantorum suæ benedictæ Incarnationis, vitæ, & mortis, ipsis, tantæque nostræ Redemptionis, non solùm per jugem, & frequenter meditationem, ac recordationem tantorum dolorum interiorum, & exteriorum ipsius, ac Beatissimæ Matris ejus, sed etiam per veram & spontaneam tolerantiam omnium contrarietatum, & tribulationum, interiorum, & exteriorum, atque vilipendionum & dolorum pro nomine ejus sanctissimo.

Beati igitur Fratres illi; qui [ quantum in se est ] in omnibus his sequuntur Dominum nostrum JESUM Christum, & sanctissimam eum Matrem in hac vita, quia in morte, & in divino Judicio, cum ipso Capitaneo suo in aere, & societate verorum Christi militum, & specialium imitatorum ejus glorio-

si apparebunt, & Christo, & Apostolis affidebunt, omnes Tribus terræ judicantes, id est sententiam Judicis approbantes, juxta illud: *Amen dico vobis; quod vos [qui reliquistis omnia, & secuti estis me] in regeneratione, cum federit filius hominis in sede Majestatis sua, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israe-*

### C A P U T III.

De Sanctitate, Excellentia, Amplitudine, & Prærogativis primi Ordinis, & Regulæ FF. Minorum S. FRANCISCI.

**I**X. **M**aximus est splendor primi Ordinis, Regula ejusdem sanctissima, ad literam à Christo conscripta, & sancto Fundatori dictata; cùm enim dilatafo jam Ordine (pro ut ait S. Bonav. C. 4. *Legenda majoris*) vivendi formam per D. Innocentii approbatam disponeret S. FRANCISCUS roborari per Successorem ejus *Honorium III.* Divinâ revelatione commonitus Regulam scripsit in monte Rainerio Columbo, sive *Patlumba*, Reatinæ Diocesis, intrâ ruptiones quasdam, & lapidosas cavernas præsentibus B. Leone & Bonito FRANCISCI comitibus post 40. jejunii dies D. N. I. Christo illam de verbo ad verbum, de litera ad literam dictante; utl. attestatur S. Franc. *Colloq. 9. cum Papa Honorio III. opusc. 3. S. Patr. tomo 2. pag. 168.* ubi ait: se nihil ibi posuisse secundum propriam industriam, sed omnias scribi fecisse, sicut sibi fuerat divinitus revelatum. Huic assertioni adstipulantur Greg. IX. in Reg. FF. Min. C. 1. Nicol. III. in C. *Exitit de verb. signif. in G. & B. Brigitta. Lib. 7. Revel. C. 20. Bulla Confirmationis Pontificia signata plumbo, que asservatur. Assi-*

*fit.*

## VINEA SERAPHICA.

*si, quam & ego ibidem vidi, ut & ipsam Regulam ipsius S. P. FRANCISCI manu exarata. Hæc item Regula in Concilio Lateran. Generali Oecumenico exhibita Anno 1215. & ab Ecclesia Catholica antecedenter ad expeditionem Bullæ approbata, & ab Honorio III. confirmata Anno Pontificatus sui VIII. continet 12. Capitula, & præter 3. essentia- lia vota, 23. præcepta sub mortali obligan- tia; ut declararunt Pontifices.*

Est autem à cæteris Ordinibus Ordo hic FF. Minorum specialiter distinguis, quod nihil omnino in communi vel particulari possideat, ut in Oecumenicis Conciliis declaratum est. De hoc primo Ordine pronuntiavit Gregorius X. S. P. FRANCISCO familiarissimus ob summum altissimæ paupertatis & perfectionis verticem in 1. parte *Chronica apud Angelum Auda de Lantosia in suo libro impresso Roma 1665. de Regula III. Ordinis.* fol. 172. Si summi Pontifices deberent canonizare omnes illos FF. Minores, qui sunt digni Canonizatione; non haberent aliud agere tem- pore sui Pontificatus, quam declarare Fran- ciscanos sanctos. Et S. FRANCISCUS Colloq. 23. cum F. Leone ait: quatuor mihi promi- sit Dominus in monte Alverniæ apparet in specie Seraphim pro meo Ordine: 1. Ordinem hunc usque ad finem mundi persevera- turum. 2. Ordinem hunc ex corde diligen- tes, quantumcunque peccatores, spiritum compunctionis in hac vita, & misericordiam in morte consecuturos. 3. Nullum ejus alumnum in ea malè viventem, aut suæ Professio- nis oblitum, & diu in peccato mortali lan- guentem in ea remansurum, omnesque nota- bili leprâ inficiendos, qui verbo & exemplo se opposituri essent puritati Regulæ. 4. Hostes & persecutores hujus Religionis, nisi pœnitentiam egerint, hac luce diu minime fruitu- ros. Ita ex Auctore Ordinis q. 9. in Spirit. Expositione Rapinaus citatus C.2. Lucas Wa-

§

dingus opusc. S. P. FRANCISCI Tomo 2. Or- bis Seraphicus L.1. C.8. Greg. IX. Inter alia refert, se audivisse à B. FRANCISCO, dum viveret, quod sibi esset revelatum à Deo, quanto plures Fratres futuri essent in Ordine, tantò abundantius iis providendum. Orb. Seraph. loc. cit.

Item quod nullus in habitu posset malè mori (intellige, dummodo vita conformis sit habitui) (quod Fratres) & devotio erecta & compuncta (quod sacerdtales) de quibus aliisque prærogativis, utpote de secu- ritate æternæ salutis concernente Observa- tores Regulæ, & perpetuitate Ordinis usque ad finem mundi, & ultimorum tempora- rum Pugna cum Anti-Christo videri potest. Menolog. Ord. in historicis prolog. fol. 2. pag. 18.

Dottissimus noster P. Petrus Marchant. in 12. Fundam. Apostol. Tit. 12. fund. 12. in Epil. Chron. P. Sannig. Fortun. Huber. Orb. Seraph. fusè scribentes de amplitudine Regionum ac Provinciarum per 4. terræ partes, ab Ortu, Occasu, Meridie, & Septentrione, ejusdemque dilatatione, etiam inter gravissimas persecu- tiones, de numerositate Martyrum, Sanctorum, Beatorum &c. enumerant Reges & Imperatores, qui huic Ordini nomen dederunt, & 22. Sanctos solemniter canonizatos.

Specificatio aliorum BB. Martyrum, Bea- tificatorum, Chorzatorum, Perennizatorum, & ab immemoriali tempore cultorum cultui publico & perenni, tanta est: ut hic libellus non capiat. Videri potest Menol. magnum in histor. prolog.

Gubernatis in Orbe Seraph. l. 3. c. 1. citans Wadingum ad annum 1213. refert: D. JE- SUM CHRISTUM in monte Alverniæ S. FRANCISCO revelasse (dum de relaxatio- nibus sensim in orbem irrepentibus dolens supra modum affligeretur) Ordinem suum per totum mundum dilatandum, & usque-

A. 3.

ini

in finem sæculorum in sua perfectione & puritate duraturum, sèque fuisse & fore conservatorem. Unde dixit Greg. IX. in Bulla, quæ extat in Archivio S. Francisci Leyræ: *passim Catholicam consolatur Ecclesiam auctus MINORUM Ordo multitudine, Sacerdotio. Sanctitate, & Doctrinæ excellens.* Et candidus ex Societate JESU Scriptor *Hieronymus Platus* ingenuè fatetur; quòd magis sit diffusus per totum orbem, quam cæteri alii Ordines. *Primo.* Ex parte hominum; ex facilitiori fundatione Conventuum sine redditibus, emendatis tantum ostiatim eleemosynis, in arctissima paupertate, sine pecuniæ contrectatione & receptione. *Secundo.* Ex parte Dei; ad ponendos illos etiam in villis, pagis, & locis abjectis tanquam servos expeditos, & ad sæcularium servitium ex causa paupertatis & mendicationis magis obligatos. Unde altissimam Evangelicam paupertatem altè semper protestatus est S. FRANCISCUS esse suæ Religionis singularissimum insigne, priuilegium, & lapidem fundamentalem, quem pro unica gratia ab ejusdem cælesti Sponso Apostolorum Magistro, & ab Apostolis magnâ lacrymarum profusione petuit, & in S. Vaticano Templo Romæ se impetrasse, vivens, & moriens afferuit, ut præcipuam sui Ordinis gazam, & in cælestis hæreditatis pignus suis filiis testamentaliter consignavit pro indefectibili patrimonio, constanter affirmans pactum sibi cum mundo expressè intercessisse: quòd (quantò magis à mundo per mundi contemptum Minoritæ recederent) eò abundantius mundus illis foret necessaria subministratus. Contra verò eos fore pauperes tunc & miserabiles ac despectos; quando Minoriticam humilitatem, & paupertatem deserentes, mundi æstimationes, & apparentias appeterent.

Primarius hujus Ordinis finis est, & semper

suit Dei gloria, & animarum salus, Apostolicæ vitæ restauratio, peccatorum conversio, universalis Dei Ecclesiæ propagatio; quam S. FRANCISCUS per se & suos præstitit verbo & exemplo; virtute & sanctitate; meritis & miraculis.

Insignia hujus Ordinis decora, felicitas, & prærogativæ sunt: quòd S. Fundator sit stigmatum in corpore ejus à Christo signatorum vexillifer. Nomen JESU à S. Bernardino (figuræ Nominis JESU primo inventore) manifestatum & exaltatum, & à S. Joanne Capistrano ejus propugnatore prædicatum. Immaculata Conceptio Deiparæ Virginis ab Ordine toto & Doctore subtili Scoto & Scotistis præcipue defensa. Et quòd solus S. FRANCISCI Ordo custos Palæstinæ sit inter barbaras nationes ab Anno 1333. de quo inf. in prol. ante viam S. Crucis. Inter alia Ordinis decora illud insigne quòque numeratur; quòd illi Ordini fuerit (ut ostenditur in Menol. magno Ordinis Histor. prolog. 6.) commissa clavis ad aperiendam salutem Indianorum, totiusque novi orbis. Quibus si accedant aliae prærogativæ. V. G. quòd ex sola Dei mensa ubique sine redditibus, & proprietate communī, etiam belli & famis temporibus alatur, nec ullus opprimatur; quòd sit valde æstimatus in toto mundo, etiam in tanta vestium asperitate, & nuditate pedum; quòd universus denique Europæus orbis eorumdem FF. Conventus multiplicet, & proprias aedes quasi communia Fratrum hospitia affectuosè communicet. Constatit manifeste Ordinem MINORUM excellentioribus signis splendescere, de quibus videri potest Orb. Seraph. Menol. magnum authore P. Fortun. Huber. in Histor. prolog. Chron. P. Bern. Sann. p. 1. l. 1. vita S. P. FRANCISCI. c. 3.

Gaudeat ergo S. Mater Ecclesia Romano-Catholica, quòd (dum videns Pater æternus

nus

nus mundum universum effrānem in vitia  
ruere, & in peccatis emarcescere, arreptā  
furoris sagittā eum in cineres redigere voluit)  
crucifixus filius ejus, Redemptor noster, vul-  
nera sua, nostrae salutis insignia, Patri devotissimē  
ostendens perierit Ordinem in orbe sibi  
concedi, qui etiam ad aliorum salutem Cru-  
cis memoriam in mundo renovaret, & eum  
in finem tam diu, tamque obnoxie in oratione  
perseveraverit, donec ad hoc ipsum ab aman-  
tissimo Patre suo Ordo Minorum benignissimē  
sit concessus, qui Satanam cum suis eli-  
deret, vacillantem Ecclesiam à ruina defen-  
deret, & orbem universum à fulmine præ-  
servaret, uti constat ex famosa illa S. Domini-  
ni visione, de mundo jam jam ob peccata  
destruendo, sed ab Immaculata Deipara me-  
ritis & laboribus S. P. Dominici & S. P. N.  
FRANCISCI præservato. *S. Antoninus 3.p.*  
*tit. 24. c. 7. §. 3. apud Wadingum.*

## C A P U T IV.

De Indulgentiis concessis primo Or-  
dini FF. Minorum.

X. **I**ndulgientiae concessæ Regularibus, &  
Religiosis à Paulo V. in Bulla : *Ro-*  
*manus Pontifex. Data Roma apud S. Petrum*  
*die 23. Maii. 1606.* (per quam aliæ Indulgencie  
quibuscunque Religiosis & Regularibus  
concessæ revocantur) sunt sequentes :

1<sup>mō</sup>. Omnibus Christi fidelibus, qui Ha-  
bitum Regularem suscepint, die primo in-  
gressū in ipsam Religionem (si verè pœnitentes  
& confessi sanctissimum Eucharistiaæ  
Sacramentum sumperint) plenaria conce-  
ditur.

2<sup>dō</sup>. Cuilibet Novitio, qui pœnitens &  
confessus, ac S. Communione refectus, post

completum probationis annum, Professio-  
nem emiserit.

3<sup>tō</sup>. Cuilibet Religioso intrà claustra sui  
Monasterii viventi, qui in Festo Principali sui  
Ordinis confessus, ac S. Communione refe-  
ctus pias ad Deum preces effuderit pro Ec-  
clesia exaltatione ; conceditur plenaria.

4<sup>tō</sup>. In cuiuslibet verò mortis articulo, si  
pariter verè pœnitens, & confessus, ac S.  
Communione refectus, vel (quatenus id fa-  
cere nequiriēt) saltem contritus, nomen  
JESU ore, si potuerit, secus autem : corde  
devote invocaverit, Plenaria.

5<sup>tō</sup>. Qui primam Missam celebrabit; nec  
non iis, qui pariter confessi, ac S. Commu-  
nione refecti eidem Missæ interfuerint, vel  
ipso die Missam celebrant. Plenaria.

6<sup>tō</sup>. Illis, qui de Superiorum licentia à  
negotiis per decem dies alieni, in sua cella  
commorabuntur, aut ab aliorum conversa-  
tione separati, saltem per duas horas in diem  
& noctem orationibus mentalibus sese exer-  
cent, faciendo eodem tempore Confessio-  
nem generalem, annualem, vel ordinariam,  
S. Eucharistiam sumperint, aut Missam ce-  
lebraverint ; plenaria conceditur. Quoties  
pro quolibet prædictorum exercitorum id  
egerint.

7<sup>mō</sup>. Idem Religiosi intrà claustra vi-  
ventes, qui suam Ecclesiam devotè visitaverint,  
& oraverint ; consequuntur eandem Indul-  
gentiam, quam visitantes Ecclesias Urbis.  
Et extra eam diebus stationum consequuntur  
omnibus diebus, perinde ac si Ecclesias Ur-  
bis personaliter visitarent.

8<sup>vō</sup>. Item omnibus Religiosis intrà clau-  
stra viventibus, qui quinques Orationem  
Dominicam, & toties Salutationem Angeli-  
cam ante Altare Ecclesiae suæ quolibet die  
oraverint; 5. annorum, & totidem Quadra-  
genarum Indulgencia conceditur. Utì & iis  
qui

VINEA SERAPHICA

qui extra claustra degentes ante quodlibet Altare similiter dixerint.

9<sup>mo</sup>. Religiosi, qui per mensem integrum singulis diebus spatio mediae horae orationem mentalem fecerint; ac Confessione & S. Communione ultimam Dominicam mensis hujusmodi refecti fuerint: 60. annorum & totidem Quadragesmarum Indulgenciam lucrantur.

10<sup>mo</sup>. Qui vero contrito corde, & poenitentes, culpas, peccata, ac imperfectiones suas in Capitulis culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, ac Exercitium virtutum facient, 3. annos, & tot quadragesmarum lucrantur.

11<sup>mo</sup>. Quotiescumque de licentia summi Pontificis, vel suorum Superiorum in ditiones & terras infidelium, aut haereticorum, ad concionandum, Catholicos docendos, vel infideles & haereticos convertendos Religiosi missi fuerint; si poenitentes & confessi, ac S. Communione refecti fuerint, ut melius ad hoc opus se preparare valeant, pro duabus vicibus, videlicet: quando itineri se accingent; & quando in Provinciam (ubi dicta opera exercenda) ingressi fuerint: Plenariam Indulgenciam consequuntur.

12<sup>mo</sup>. Insuper; cum Superior in visitationibus generalibus, Orationes 40. horarum, pro bono visitationis progressu, collocare voluerit, iis Religiosis, qui dictis Orationibus saltem spatio duarum horarum diverso tempore interfuerint, & pro Regularis Observantiae augmento oraverint, si confessi, & S. Communione refecti fuerint; Plenaria Indulgencia conceditur. Has Indulgencias in eadem Bulla extendit summus Pontifex ad omnes Moniales. Et confirmat Gregor. XV. *Injuncti nobis. Tertio Non. Iunii 1621.*

Ceterum omnes & singulas quascunque Indulgencias, quibuscumque personis Regu-

laribus olim concessas revocat, cassat, & annullat.

Et Papa ALEXANDER VII. die 18. Martii 1666. damnavit hanc propositionem: *Indulgencia concessa Regularibus, & revocata à PAULO V. hodie sunt revalidatae.*

Cum tamen Paulus V. dicat, à se revocari Indulgencias, quibuscumque Ordinibus, & Institutis Regularibus, etiam Mendicantibus, & quibuscumque personis Regularibus concessas, sequitur, eas duntaxat revocatas, quæ directe & principaliter concessæ sunt ipsi Regularibus personis quarumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, non vero eas Regularium Ecclesiæ visitantibus datas. Ita declaravit S. Congreg. Card. Indulg. præposita ab eodem Paulo V. deputata, ipseque Paulus V. approbavit, uti & S. Congregatio. 7. Sept. 1607. apud Vivam. in Append. Indulg. fol. 86. Vid. Mattheucium C. 26. Official. quoad Indulg. Nicol. flosculo 5. Indulg. n. 6. Et in tali forma rescripsit S. Congregatio resolutionem Archi-Episcopo Bononiensi.

XI. Nec revocantur Indulgencie concessæ personis de III. Ordine, nam proposito dubio S. Congregationi Indulg. & examinato; an in generali revocatione Indulgenciarum Pauli V. comprehenderentur personæ substantialia Religionis vota non emittentes, intrâ vel extra claustra degentes? Respondit S. Congregatio, eas minimè comprehendendi. Et responsio est confirmata ab Innoc. XI. constit. Alias. 10. Octob. 1686. Directorium P. Diatz Artic. 5. Constit. 1. quana vide inf.

Nec dicendum est, revocari Indulgencias promiscue datas Regularibus, & Secularibus; uti, cum in litteris Brevis Apostolici apponitur clausula illimitata, V. G. Universis Christi fidelibus. Vel omnibus utrinque sexus

*sexus, qui devotè visitaverint Ecclesiam S. MARIE v. g. de Ara Celi, in Festo S. FRANCISCI plenariam Indulgentiam concedimus.* Quia hujusmodi Indulgentiae sunt datae primò & directè non pro personis Regularibus, sed pro omnibus Christi fidelibus; ideo & Regulares in ejusdem S. FRANCISCI festo devotè, ut oportet, præfata visitantes Ecclesiam, eam possunt lucrari, cùm & ipsi, sicut cæteri, sint fideles, nec deterioris conditionis; sicque declaravit S. Congreg. Episc. 21. Aug. 1615. apud Gavant. in Manuali Episcop. V. Indulg. Neque Paulus V. revocavit Indulgentias pro animabus Purgatorii concessas per modum suffragii; sicut idem Pontifex declaravit 23. Feb. 1609. Nulla enim est inter Indulgentiam & suffragium connexio, & privilegium applicandi pro defunctis Indulgentiam, non est ipsa Indulgentia. Solum autem antiquæ Indulgentiae sunt revocatæ, non privilegia, imò hæc potius sunt confirmata, si illis Ordo Seraphicus antea gaudebat, & omne dubium abstulit Innoc. XII. in Brevi: *Debitum. Ubi ait: posse utique Fratres Indulgentias concessas defunctis applicare per modum suffragii.*

## XII. Catalogus Dierum

In quibus decorantur Indulgentiâ plenariâ (incipiente à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis diei sequentis) Ecclesiæ FF. Minorum pro omnibus Christi-Fidelibus.

XXXI. Pro festo B. Ludovicæ Alberto-Januar. Pinæ ad annos 14. concessa à Clemente XI. 22. Decemb. 1714. pro Ecclesiæ FF. Minorum de Obs. & Reform. Solet renovari à Procuratore Generali PP. Reformatorum degente Romæ in Conventu ad Vineæ Seraphica.

Ripam Majorem, ubi requiescit corpus B. Ludovicæ.

IX. Martii. Die S. Catharinæ Bononiensis pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. nec non Monialium Ordinis S. Franc. Indulgentia perpetua & plenaria, concessa à Clemente XI. 21. Martii 1714. Bulla. *Redemptoris.*

XVII. Maji. S. Paschalis Baylon Indulg. plenaria pro omnibus Christi Fidelibus visitantibus aliquam Ecclesiam FF. Min. de Obs. & Reform. nec non Monialium dicti Ordinis, concessa ab Alex. VIII. edito Brevi, incipiente: *Redemptoris.* Die 7. Decemb. 1690.

XX. Maji. S. Bernardini Senensis. Indulg. plenaria & perpetua pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Recollectorum vel Reform. Conventualium & Capucin. concessa à Sixto V. Bullâ: cùm à primava. Romæ 28. Sept 1585.

XIII. Junii. S. Antonii de Pad. Indulg. plenaria & perpetua pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. Conventualium. Reform. & Capucin. à Sixto V. Bullâ: *cum à primava. Vid. Bull. c. 6. in fine.*

IX. Julii. BB. Martyrum Gorcom. Indulg. plenaria pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. S. FRANCISCI Ordinis de Obs. nuncupatorum concessa ad septennium à Clemente XI. 1711. Brevi: *ad augendam.* Solet & debet renovari singulis 7. annis ab Agente Nationis Germano-Belgicæ degente in Ara Cæli.

XIV. Julii. S. Bonaventuræ Card. Episc. & Doctoris Ecclesiæ perpetua & plenaria, pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. Reform. Conventual. & Capucin. concessa à Sixto V. Bullâ: *cum à primava.*

II. Augusti. Dedicationis Basilicæ B. Mariae Angelorum seu Portiunculæ Vicæ, pro omnibus Christi fidelibus, perpetua, & plenaria, concessa pro Ecclesiis Observantium & Reform. à Greg. XV. Bullâ: *splendor pa-*

B

ter-

*serna.* Et hæc Indulgentia est applicabilis defunctis per modum suffragii. Ita concessit Innoc. XI. 22. Jan. 1687. nec revocatur in Año sancto Romæ 5. Juli 1650. ita declaravit Innoc. X. & Innoc. XII. 21. Aug. 1699.

XII. Augusti. S. Matris Claræ Indulgentia perpetua & plenaria pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. & Clarissarum. *Ita Direct. Franciscan. impressum Rome pro Anno 1706. Et Bulla: cum à primava.*

XIX. Augusti. S. Ludovici. Episcopi Tolosani. Indulg. plenaria & perpetua, pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. de Obs. Conventual. Reform. & Capuc. concessa à Sixto V. Bullâ: *cum à primava.*

IV. Septemb. Translationis S. Rosæ Viterb. Indulg. plenaria & perpetua concessa à Clemente XI. 14. Janua. 1701. in Brevi: *Agni immaculati* pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. nec non Monialium respectivè existentium sub obedientia & jurisdictione pro tempore existentis Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci.

IV. Octobris. S. P. N. FRANCISCI. Indulg. plenaria & perpetua pro omnibus Ecclesiis FF. Min. Obs. Conventual. Reform. Capucin. & Claustralium Tertiiorum concessa à Sixto V. Bullâ: *Cum à primava.*

XIX. Octob. S. Petri de Alcant. plenaria & perpetua Indulg. pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. nec non Monialium de Ord. S. Fran. Clemens X. In *Bulla Canonizationis: S. Petri de Alcant.*

XXIII. Octob. S. Joannis de Capist. Indulg. plenaria & perpetua pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. nec non Monialium concessa ab Alexandro VIII.

XII. Novemb. S. Didaci Confess. Indulg. plenaria & perpetua pro visitantibus Ecclesiis FF. Min. de Obs. & Reform. con-

cessa à Sixto V. *Ita Direct. Rom. approbatum Roma pro anno 1716.*

VIII. Decemb. Immaculatae Conceptio-  
nis B. M. V. pro Ecclesiis FF. Min. de Obs. &  
Reform. ad 7. annos, concessa est Indulg.  
plenaria à Clemente XI. Et solet renovari à  
Commissar. Curiæ in Ara Cæli.

XIII. Sextus IV. Constitut. *Cum praex-  
celsa. apud confect. privil. mendic. p. 1. per  
totam Octavam Festi Immac. Concept. Virg.  
Matris.*

Uti & pro Feste sanctissimi Nominis JESU  
*apud Roderic. Bullar. Bulla. 3. ejusdem Pon-  
tificis 14. Januar. in Ecclesiis FF. Min. & S.  
Claræ concessit Indulgentiam illam, quam  
juxta dispositionem Urbani IV. aliorūnque  
Pontificum consequuntur illi, qui Missam,  
Officium, & Horas Canon. in festo Corpo-  
ris D. N. I. C. celebrant, dicunt; aut Missæ,  
Officiis, vel Horis Canon. intersunt. Ideo  
expedit, ut in præfato Ordine illis diebus Ma-  
tutinum horis diurnis recitetur, ut sic fideles  
interesse, & illas Indulgentias lucrari pos-  
sint. *Ita Official. Curiæ c. 26. quoad Indulg.  
Rubrica novi Breviar. Romano-Seraphici. n.  
54.* Calend Francisc. impressum Romæ, &  
approbatum pro Anno 1717. in fine subjun-  
git sequentia: *Sunt & alia Indulgentie, qua  
acquiri possunt tam à Fratribus, quam à Se-  
cularibus assistentibus divino Officio in Solem-  
nitatibus infra scriptis; in quibus potest antici-  
pari Matutinum, post Completorium diei an-  
tecedentis circa vesperam.**

Martinus V. concessit assistentibus divino  
Officio in Solennitate Corporis Christi, pro  
Missa 100. dies Indulg. pro Matutino 200.  
dies, pro qualibet Vesperarum 200. pro  
qualibet Horarum 80. Infra Octavam verò  
pro singulis, nempe pro Matutino, Missis,  
& Vesperis 100. pro Horis simul 40.

Eugenius IV. In Bulla: *Excellentissi-  
mam Corporis. supradictam Indulgentiam  
du-*

duplicavit tam pro Festo, quam pro Octava.  
Sixtus IV. in Bulla : *Præcelsa. &c.* Anni 1476. supradictas Indulgentias concessit pro Festo, & Octava Immac. Conceptionis.

Clemens VIII. in Bulla *Sanctissimi Nominis JESU.* Anno 1598. easdem Indulgentias concessit pro Festo *Sanctissimi Nominis JESU* 14. Jan.

Bonifacius IX. in Bulla : *superni benignitas Conditoris* in die Visitationis B. M. V. concessit pro Matutinis 100. dies. Pro Missis 100. dies. Pro qualibet Vesperarum 100. pro quilibet Hora parva 40. dies.

Callistus. III. concessit easdem Indulgentias, quæ sunt concessæ assistentibus divino Officio tam diurno quam nocturno in Festo Transfigurationis D. N. J. C. quæ sunt concessæ in Solennitate Corporis Christi.

### DUBIUM.

XIV. **D**ubitatum fuit à viris doctis, an Ecclesiæ Missionariorum seu Missionum Ord. S. FRANCISCI gauderent Indulgentiis concessis Ecclesiis Conventuum Ord. FF. Minorum.

*Rq.* Quamvis [si Ecclesiæ Missionum sint veræ Ecclesiæ Ordinis] id quasi certum videatur ; præsertim ex communicatione & participatione Indulgentiarum, quas summi Pontifices ad domos, Loca, Oratoria, & Ecclesiæ trium Ordinum S. FRANCISCI extenderunt *juxta c. 22. infra ref.* volui nihilominus, exemplo aliorum, eligere tuiora. Nam Capucini per expressum Breve pro Missionibus suis tales Indulgentias ad decennium obtinuerunt. Item PP. Observantes pro Missionibus Orientalibus. Lite enim Ecclesiæ Missionum essent Ecclesiæ Ordinis, nihilominus [cum in Bulla Sixti V. *quam vide inf. c. 7. n. 27.* habeatur, concedi Indulgentias visitantibus Ecclesiæ Monasterio-

rum dicti Ordinis] crescit dubium ; in dubio autem tuior pars circa Indulgentias eligen- da est. Solet quidem allegari beneficium Principis, nulli nocivum, latè explicandum esse *L. Benef. ff. de constit. Princ. favores esse ampliandos.* Privilegium (si sit favorable) latissimè interpretandum ; *ex Reg. X. Juris in 6.* Sed ex similibus conjecturis [antecedente etiam DD. auctoritate] nihil certi concluditur : est enim alia Regula penes Canonistas, non censeri Privilegium extendi, quando Princeps potens illud extendere, id ipsum revera in codem Diplomate non extendit. Accedit praxis S. Congregationis Indulgentiis præpositæ, quæ potius restringendis, quam ampliandis Indulgentiis incumbit, (*nisi ego illis 6. annis, quibus Roma quasi quotidie Secretariam Indulgentiarum visitavi, sapiens expertus sum.*) Et ex diversis Decretis patet. Ideo quando extensio specificè facta non est, extensionibus præsumptivis, & interpretativis certa fides haberi nequit, quando certò non constat de intentione Papæ, uti rectè adverit *Lezana to. 3. v. Indulg. Non censentur ex Regula Cancellaria Apostolice, & Curia Romana privilegia concessa, qua difficulter obtineri solent, nisi manifestè exprimantur.* Indulgentiae plenariae autem his temporibus diffíclimè obtainentur, & facillimè revocantur, vel restringuntur, properea pro omnimoda & majori certitudine exhibui Feriâ 2. Nempe 20. Janua. 1716. sacrae Congregationi Indulgentiis præpositæ sequentem supplicem libellum :

Cùm Ecclesiis FF. Min. Recoll. & strict. Obs. Indulgentia plenaria in perpetuum con-cessa fuerit, pro Festivitatibus S. Catharinæ de Bononia. SS. Paschalis Baylon, Bernardini Senensis, Antonii de Pad. Bonaventuræ, De-dicationis B. M. Angelorum, S. Claræ, S. Ludovici Episc. Translationis S. Rosæ Viterb. S. P. N. FRANCISCI, Petri de Alcant. Di-  
B 2 daci,

daci, Joannis de Capist. modò Agens Generalis ejusdem Ordinis humillimè supplicat; ut omnes prædictæ Indulgenciarum, Ecclesiis etiam Missionariorum sui Ordinis in Provinciis Germaniæ, Belgii, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Daciæ ad decennium concedantur, similisque concessionis exemplum exhibet. Si quidem Indulgencias perpetuas pro nonnullis ex relatis festivitatibus, Eccleſius FF. Capucinorum, jam antea concessas, Eccleſius etiam Missionariorum ejusdem Ordinis Ss. Dominus noster ad decennium elargitus est in Brevi, dato 15. Octob. 1706. quod S. Congregatio pariter ad decennium confirmandum censuit 8. Julii. Anni præteriti. Exponendum ergo est.

*An supradictæ Indulgencia Eccleſius FF. Minorum Recoll. & strict. Obs. in perpetuum concessæ ad Ecclesiæ Missionariorum in prædictis Provinciis etiam extendi debeant?*

Respondit S. Congregatio. *Affirmative.*

Et

*Sanctissimus annuit.*

Quia autem Breve sub annulo Piscatoris nondum est expeditum; urgendus est Agens Romanus Nationis Germano-Belgicæ, ut laboret pro expeditione; quia Indulgencias non valent, nisi à die dati Brevis Apostolici juxta Decretum S. Congregationis Indulg. affixum & publicatum sub regnante Papa Clemente XI. quando Indulgencia (quæ conceditur) expedienda est in forma Brevis sub annulo Piscatoris.

## C A P U T V.

Summarium diversorum Indulctorum, & Indulgenciarum concessarum per Apostolicas litteras, Brevia, & Bullas, Ordini FF. Minorum, pro Sæcularibus concessas eorundem Ec-

clesias visitantibus. Et pro personis devotis, Amicis, & Benefactoribus Ordinis Seraphici, desumptas ex monumentis trium Ordinum, & aliis Auctoriis.

XV. **B**ene advertendum est, Indulgencias omnibus Fidelibus concessas; vel etiam Parentibus, amicis, consanguineis Regularium per Paulum V. nullatenus esse revocatas; quia non sunt concessæ præcisè Regularibus. *Claudius La Croix L. 6. p. 2. de Ind. n. 1388. per Decretum Innocentianum de Apocryphis Indulg. datum Roma. 7. Martii. 1678. affixum & publicatum quod refert P. La Croix l. 6. p. 2. de Indulg. fol. 783.* Et ratio est: quia in illo Decreto non fit mentio de similibus Indulgentiis. Nec revocantur similes Indulgencias per clausulam in Brevibus ordinariis apponi solitam (*Volumus autem, ut si Indulgencia aliqua alia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit; presentes litteræ nulla sint. Pro qua quidem clausula restrictivâ:*)

*Notandum I. Quod in Brevibus pro Ecclesiæ Regularium semper adjungatur (*Volumus autem, ut si aliqua alia Indulgencia præter Indulgencias generaliter Ordini isti concessa concessa fuerit) presentes nulla sint.**

*Notandum II. quod S. Congregatio Cardinalium statuerit clausulam sic intelligendam, & explicandam esse: (Si videbitur sanctissimo Domino nostro.) in ea minimè containeri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgencias, aut certo personarum generi concessas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo. Aut certum pius opus in Ecclesia peragentibus; ut litanias, aliâlve preces recitantibus, iisve, qui Doctrinâ Christianâ erudiuntur, vel alios erudiunt; & qui expositioni sanctissimi Sacramenti interest, neque Indulgencias Stationum Urbis,*

& 7-

& 7. Altarium, ad instar 7. Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas ; neque demum, quæ pro unica vice conceduntur. Datum Romæ 23. Junii 1676. de his autem factâ relatione ad Sanctissimum Dominum nostrum 18. Martii. 1677. sententiam Congregationis approbavit.

Postea tamen eidem Congregationi relatum fuit, non paucos esse, qui prædictum Decretum non rectè intelligentes, sibi persuadeant ; quod, si in aliqua Ecclesia jam concessæ reperiantur Indulgentiæ (quæ pro Feriis sextis mensis Martii dari solent) & postea in eadem Ecclesia concedantur, cum appositione, in Brevi supradictæ clausulæ : *Volumus autem E&c. Ut Indulgentia, que postremo loco data est, valida sit.* Quapropter, ut omnis erroris occasio imposterum tollatur, eadem S. Congregatio habita 18. Aprilis. 1716. declaravit : Indulgentiam ultimo loco ita concessam ob supradictam clausulam : *Volumus E&c.* litteris Apostolicis insertam nullam esse. Datum 11. Sept. 1716.

(L. S.)

*L. Card. Picus. Praefectus.*

XVI. **S**imus Dominus noster *Gregorius IX* concessit per suum privilegium, quod incipit : *Miserator Dominus. habeturque in Conventu Assisi*, omnibus causâ devotionis visitantibus Ecclesiæ FF. Minorum, pro toto mundo, tam in festis D. N. J. C. quam Dominae nostræ, & in aliis festis B. Joan. Bapt. & omnium Sanctorum, B. P. N. FRANCISCI, nec non aliorum Ss. B. Antonii, S. Elisabeth, per ipsum canonizatorum verè contritis Indulgentiam suorum peccatorum, 100. annorum cum tot Quadragesimis.

Idem approbavit stigmata S. P. N. FRANCISCI, excommunicavit non credentes, & detrahentes iisdem ; & 17. Septembris con-

cessit omnibus visitantibus Ecclesiæ montis Alverniæ, medietatem remissionis omnium delictorum ; & visitantibus alias Ecclesiæ Ordinis nostri Indulgentiam XXX. annorum. Privilegium incipit : *Seraphim volabant juxta Prophetiam.. habeturque Assisi cum Bulla Papali.*

*Alexander IV.* concessit omnibus venientibus ad Horas Canonicas in Ecclesiæ FF. Minorum, infra annum, singulis diebus Indulgentiam 40. dierum. Privilegium incipit : *de segetis Evangelice .. & habetur Per* rufi.

Idem concessit FF. Minoribus, ut in quibusvis Ecclesiæ, vel locis contingere, eos prædicare ; possint dare Auditoribus Indulgentiam 40. dierum. Privilegium incipit : *Sicut Abraham summus sacerdos.. habeturque Florentiæ, Romæ &c.*

Idem *Alexander IV.* concessit omnibus recipientibus FF. Minoribus viatores in dominibus suis, subministrantibus alimenta, solventibus naula, pedagia, & alia pietatis obsequia deferentibus, Indulgentiam 40. annorum. Privilegium incipit : *Sicut Abraham habeturque Roma cum Bulla.*

Idem concessit, ut imponentes angarias, aliisque onera, vel quævis damna causantes Fratribus, sint excommunicati ipso facto ; sique contumaces ab iis non destiterint, à solo Papa possint absolvi. Bulla incipit : *in quibusdam locis.* Hanc concessionem confirmarunt S. Pius V. *Gregorius XIII.* Vide Bullar. Franciscan. p. 198.

**S**anctissimus D. N. *Urbanus IV.* concessit omnibus visitantibus Ecclesiæ FF. Minorum in Quadragesima omni die Indulgentiam 40. Annorum. Privilegium incipit : *Sicut exhibita nobis. Et habetur Venetiis, Romæ cum Bulla.*

*Clemens IV.* concessit visitantibus Ecclesiæ FF. Minorum in Festivitatibus

B 3

D.N.

D. N. J. C. & B. V. Mariæ , Apostolorum. B. P. N. FRANCISCI. S. Joan. Bapt. & Sanctorum Ordinis Indulgentiam 46. annorum; & in aliis diebus anni C. dierum. Morientibus autem in habitu FF. Minorum iisque qui cum eo sepeliri elegerint, remissionem tertiae partis omnium peccatorum. Privilegium incipit : *Romanus Pontifex in specula.* Habeturque Mediolani, Perusii. &c.

*Gregorius X.* concessit omnibus visitantibus Ecclesias nostras in Festis supradictis Indulgentiam 40. annorum ; & in Quadragesima singulis diebus C. dierum. Privilegium incipit : *Manipulos ubertatis. habetur Neapoli in convetu S. Clara cum Bulla.*

*Nicolaus III.* concessit omnibus visitantibus Ecclesias nostras in Festis prædictis Indulgentiam 40. annorum , & in aliis diebus anni C. dierum & similiter porrigentibus adjutrices manus dictis Ecclesiis , vel Monasteriis. Privilegium incipit : *In sacro Minorum Ordine. habetur Roma, Venetiis, Florentia cum Bulla Papali.*

Idem *Nicolaus III.* concessit omnibus decedentibus in habitu FF. Minorum , & qui cum eo eligunt sepeliri , Indulgentiam tertiae partis omnium peccatorum suorum. Privilegium incipit : *Futurorum bonorum charismata.. habeturque Janua cum Bulla Papali.*

*Martinus IV.* concessit Indulgentiam C. annorum omni anno , Procuratoribus, Advocatis sacerdotalibus , vel Ecclesiasticis, qui student , aut laborant pro defensione causarum Ordinis FF. Minorum. Privilegium hoc est confirmatum à S. Pio V. & Gregorio XIII. prout in Bullar. p. 198. Incipit : *Operantes vinçam Domini. & habetur Janua, Mediolanum cum Bulla.*

Idem concessit cunctis fidelibus , qui manus adjutrices porrexerint ad construendas Ecclesias , vel Monasteria Ordinis Minorum,

omnibusque sepeliendis in Cœmiteriis , Ecclesiis, & claustris eorum , Indulgentiam 40. annorum. Privilegium incipit : *Habentes in Christo.. & habetur Reate cum Bulla.*

Idem *Martinus IV.* concessit omnibus visitantibus Ecclesias FF. Minorum in Festivitatibus omnium Sanctorum , Nativitatis D. N. J. C. Circumcisionis, Epiphaniae, Purificationis, Annuntiationis, B. Joan. Bapt. Resurrectionis Domini , Ascensionis Pentecostes , Ss. Petri & Pauli , Assumptionis, & Nativitatis B. M. V. & in festivitatibus S. FRANCISCI, S. Antonii , S. Claræ, S. Elisabeth, & Translationis eorundem, Indulgentias L. annorum, & XII. Quadragesimarum. Privilegium incipit : *Divinalaritatis. habeturque Assisi & Roma cum Bulla.*

*Nicolaus IV.* concessit , & confirmavit omnes Indulgentias à supradictis Pontificibus concessas ; & addidit easdem Indulgentias in Festivitatibus BB. Angelorum , & Sanctorum , quorum nominibus dedicatae sunt Ecclesiæ , vel quorum Reliquiæ habentur in Ecclesiis nostris. Privilegium incipit : *In cathedra. & habetur Anania cum Bulla.*

*Alexander V.* ex Ordine FF. Minorum confirmavit omnia privilegia suorum Antecessorum,

*Innocentius VIII.* concessit Indulgentias Stationum Urbis , Syndicis, Procuratoribus FF. Minorum. Item substitutis horum Procuratorum , & Syndicorum ; eorumque uxoribus , & prolibus; si dicant in his diebus stationum 5. Pater , & Ave pro felici statu S. Matris Ecclesiæ.

*Alexander VI.* extendit has Indulgentias ad Medicos ordinarios FF. Minorum , & Clariſſarum.

*Ioannes XXII.* concessit Indulgentias V. annorum , & V. Quadragesimarum omnibus fidelibus , qui devotè osculantur Habitum FF.

FF. Minorum, & Prædicatorum; quæ præxis viget etiam apud Magnates in Italia, & Hispania. Hæ & similes Indulgenciarum non vivo vocis oraculo, sed per Brevia & Bullas concessæ, & confirmatae à Clemente VII. Paulo III. Paulo IV. Pio IV. S. Pio V. Gregorio XIII. videri possunt in Bull. Franc. p. 198. & in monumentis Ord. Min. compositis industriâ FF. Min. de Obs. impressis in civitate Salmantina anno 1511. menle Junio, in Vig. Pentec. parte 1. f. 260.

Sixtus IV. ex Ordine Fratrum Minorum, in Bulla : *Aurea directa Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, motu proprio, & ex certa scientia...* quascunque gratias spirituales, concessions, & Indulgencias, peccatorum remissiones, in genere, vel in specie (visitantibus prædictorum FF. Domos, Capellas, & Oratoria) concessas, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum interiti fuissent, haberi voluit pro expressis, & pro robore perpetuae firmitatis eas de novo concessit. Vide Casarubium fol. 138. V. Indulg. quo ad Seculares. Et totam Bullam in monim. Ord. fol. 148. quæ incipit : *sacri Minorum & Prædicatorum Ordines.* datam Roma 1479. Pontificatus sui anno 8. 7. Kal. Aug. In hac Bulla, quæ vocatur *Aurea generalis.* conceditur visitantibus Ecclesiæ, & Oratoria FF. Minorum, in Festo S. FRANCISCI, S. Antonii de Pad. S. Ludovici Episcopi, S. Bernardini, S. Claræ, & S. Elisabeth. L. annorum, & tot Quadragesimat Indulgencia; quæ Indulgencia & Privilegia FF. Minorum communicantur Monasteriis Clarissarum, & Tertiariorum, eorumque locis, & domibus; nec non Procuratoribus, & Syndicis, tam quo ad concessa, quam conceenda, quatenus eorum sexui, & statui non contradicunt fine ulla differentia; ac si iisdem Monasteriis, locis, & personis, Abbatissis, Syndicis, Procuratoribus, Oblatis, ac Con-

versis Sororum, ac Monialium, ac personis utriusque sexus de Pœnitentia nominatim concessa forent, & concederentur expresse. &c.

Leo X. concessit Indulgenciam plenariam illis, qui eligunt mori, & sepeliri in habitu FF. Minorum; & quamvis ante mortem tali Habitum vestiti non essent; declarat nihilominus Papa sufficere, ut petatur talis Habitus, illumque infirmus supra se teneat, donec moriatur, & post mortem illo vestiatur, ac in eodem sepeliatur. Quæ Indulgencia etiam extensa est ad mulieres in habitu S. Claræ morientes, & (ut suprà) sepultas. Quæ duæ Indulgenciarum ultimæ confirmatae sunt à S. Pio V. & Gregorio XIII. Vid. Bull. Franc. p. 198. & Monim. 3. Ord. parte 1. f. 260. & Casarub. de Indulg. & Privil. FF. Min. Ex quibus defumpta sunt relata à n. 15. usque ad n. 17.

Clemens VII. in Confit. dum consideramus... estque 19. in Bull. To. 1. in expressis terminis, Syndicis, & Procuratoribus domorum, & Monasteriorum FF. Minorum S. FRANCISCI Regul. Obs. & Monialum S. Claræ, Conceptionis, & Annuntiationis Ordinum, FF. & Sororum tertiaræ Regulae S. P. N. FRANCISCI concessit, ut & ipsorum uxoribus & liberis: ut perpetuis temporibus ipsis, & eorum quilibet, omnibus, & singulis Indulgentiis, peccatorum remissionibus, gratiis, favoribus (quibus FF. Ordinis Observantiae utuntur) potiantur & gaudeant, seu quomodolibet in posterum uti, gaudere, & frui valeant. Bulla est data Romæ 16. Aprilis. 1526. Apud Mathencium in Schola paup. tit. 4. Con. 3. fol. 445. V. Syndicus.

### Constitutio Innocentii Papæ XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

XVII. **P**ro Fratribus Obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis totius Ordini-

Ordinis S. P. FRANCISCI subiectis, Doctrinam Christianam docentibus; & pro Indulgencis amplissimis) quibus ipsi, & alii Christi Fideles explicationi Doctrinæ Christianæ, à dictis Fratribus facienda interfuturi, frui ac gaudere poterunt in perpetuum:

Pietatis, ac Christianæ Charitatis opera, ubique locorum cum divini cultūs incremento exerceri cupientes: Christi Fideles quoscunque, præfertim sub suavi Religionis iugo, Altissimo famulantes; &, ut ad illa exercenda promptiores reddantur; Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, prout ad Christianam Religionem propagandam, & animarum salutem procurandam, conspicimus in Domino salubriter expedire. Cū utique (sicut accepimus) dilecti Filii, FF. Ord. Min. S. FRANCISCI de Observantia nuncupatorum, inter pia, quæ excent, opera; etiam adultos, & pueros, quoscunque per universum Christianum Orbem, Catholicæ Fidei rudimenta, & christianas virtutes omnes recte doceant. Nos pro nostri Pastoralis officii munere, hoc piūm christianæque Reipublicæ necessarium opus, ex quo hæc tenus uberrimi fructus provenere, ac multò ubiores post hac ex eo proventuros speramus, confovere volentes: eorundem Fratrum devotione, ad dictum opus exercendum, in dies magis augeatur: de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus etiam, dilecti Filii Francisci Diaz à S. Bonav. Commiss. Gen. Curie pro Ultra-Mont. Fam. dicti Ordinis, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: omnibus & singulis dicti Ordinis Fratribus, & aliis universis Christi Fidelibus, ubi vis locorum existentibus, ac cum iisdem Fratribus ad infra scripta cooperantibus; qui de Superiorum suorum licentia respectivè, ac de consensu Ordinariorum locorum, pue-

ros, & adultos quoscunque Doctrinam Christianam juxta Decreta CC. Tridentini docere, veleidem (dum docetur) interesse consueverint; si verè pœnitentes, ac confessi, Ssimo Eucharistiæ Sacramento, die festo (ab iisdem Ordinariis, in Ecclesiis, in quibus Doctrina Christiana docetur, semel in anno) designando refecti fuerint, plenariam; nec non ipsis (qui verè similiter pœnitentes, & confessi Ss. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint; aut id facere non valentes, animo contrito nomen JESU, saltem corde, in mortis articulo devotè invocaverint) similiter plenariam omnium peccatorum suorum Indulgenciam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea illis, qui pariter verè pœnitentes, & confessi, semel quolibet mense Ssimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint. VII. annos, & tunc Quadragesas. Qui verò in causa fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ personæ doctrinam Christianam frequentent; & qui diebus Stationum almæ Urbis nostræ hanc Doctrinam in Ecclesiis, aut Oratoriis de Ordinariorum licentia docuerint; ac etiam illi (qui ad eandem discendam accederint) eisdem Indulgencias consequantur; quas consequuntur & consequi possent, si Ecclesiæ Stationum ejusdem Urbis personaliter visitarent. Eisdem etiam Indulgencias visitatores Scholarum Doctrinæ hujusmodi (qui ex commissio sibi officio visitabunt illas Scholas, quas illo die visitare poterunt) consequantur, si peccata sua confessi Ssimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint. Insuper iis, qui diebus feriatis Doctrinam Christianam aut publicè, aut privatim, explanaverint C. Dies, nec non omnibus & singulis Praceptoribus, qui diebus festis discipulos suos ad doctrinam Christianam duxerint, eoque illam docuerint, VII. annos. Et qui diebus feriatis in propriis scholis eandem

dem Doctrinam explicaverint, aut collationes fecerint (licet illo die non intervenerint) in aliqua schola discendi causâ, VII. annos. Omnibus autem & singulis Patribus & Matribus-Familias, qui in suis domibus, liberis, famulis, & familiaribus utriusque sexûs Doctrinam Christianam similiter explicaverint; quâlibet vice id fecerint, C. dies. Item iis, qui per civitates, terras, & alia loca, viros, mulieres, aut pueros ad descendam eandem Doctrinam Christianam docendi causâ convocando circumierint, VII. annos. Ac etiam, qui extra civitatem, ad illam docendam per castra & villas exeunt, X. annos. Omnibus etiam Christi Fidelibus (qui per medium horam Doctrinæ prædictæ aut discendi, aut docendi causâ studuerint aut eidem interfuerint) C. dies. Eisdem etiam, qui Doctrinam prædictam docere solent, si infirmos visitaverint, quoties id fecerint, CC. dies, de injunctis iis, seu alias quomodolibet per eos debitum pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valitris; non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem; ut (si aliquæ aliae Indulgentiæ prædictis Fratribus præmissa agentibus, à Nobis, vel Prædecessoribus nostris, ad tempus nondum elapsum, vel perpetuò duraturæ concessæ fuerint) præfentes nullæ sint. Utque earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii Generalis dicti Ordinis subscriptis, & Sigillo Ministri Generalis ejusdem Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitionis, eadem pro rursus fides ubique locorum habetur quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ ad S. Petrum sub annulo pectoralis 30. Maji. MDCLXXXVI. Pontificatus Nostri anno X.

Vinea Seraphica.

Alia Constitutio

INNOCENTII Papæ XI.

Pro Apostolica Benedictione & Indulgentia plenaria, quam consequi  
valent ii, qui Missionibus FF.

Minorum intersunt.

XVIII. **U**niversis Christi Fidelibus praesentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ecclesiasticorum munera thesauros, quorum dispensatores esse nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum & Proximos charitate, & christianæ Religionis zelo animarum Salutem omni studio procurare intelligimus. Quo in genere cum FF. Minores Ordinis S. FRANCISCI de Observantia nuncupatos habeamus, eosque imprimis, quos dilecti Filii eorundem Fratrum Superiores, ob hanc causam, hoc ipso, & consequentibus annis, in diversas Christianæ Reipublicæ Familias mittere constituerint; Nos sanè eorundem Fratrum pietatem & operam, eorumque ad quos mittendi erunt, religionem & devotionem spiritualibus gratis confovere, atque augere cupientes, eorundem Superiorum precibus, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piisque illorum deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus & singulis Fratribus de Observantia dicti Ordinis ad Missiones in suis locis de Ordinariorum licentia respectivè exercendas in futurum mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de propaganda Fide) & aliis utriusque sexûs Christi Fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram & Apostolicam Benedictionem per

C

pra-

*Constitutio Honorii III.*

Circa Missionarios mutantes Habitum, trāctantes pecuniam, & nutrientes barbam & comam.

XIX. **H**onorius Papa III. *Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus in regno Marochiano, de Mandato Sedis Apostolicæ commorantibus.*

Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod, cum ad Mandatum Sedis Apostolicæ voluntariè vos discrimini obtuleritis, ob multorum salutem provido usi consilio, interdum mutatis Habitum, barbam nutritis & comam, non tam ad declinandam ad tempus Gentis barbaræ feritatem, quæ in Christianos crudelius debacchatur, quam etiam: ut possitis prodesse pluribus, liberiùs visitare Christianos in carceribus, aliisque locis, ad injungendam eis pénitentiam, danda salutis monita, & exhibenda Ecclesiastica Sacra menta. Cumque in terra illa gratis non possitis vietualia invenire, pro eo, quod non panis, sed pecunia consuevit ibidem Pauperibus in subsidium erogari, urgens necessitas vos compellit charitativè recipere, sed parcè denarios, & expendere tantummodo propter cibum, & vestes. Unde cum haec sint contra Ordinis vestri instituta, licet videatur vobis, ab his vos excusare inevitabilis necessitas, & grandis, evidēnsque utilitas aliorum. Quia tamen cum Job veremini omnia vestra opera, districti examen Judicis recolentes, humiliter postulatis, vestrae super his à Sede Apostolicâ subveniri conscientiae, atque famæ. Cum igitur ex causa David coram Abimelech legatur habitum mutasse, Dominumque se junxisse in specie Peregrini Discipulis euntibus in Emmaus, & in fractione panis eis postmodum revelatum, qui etiam tam David pueros super eo, quod in necessitate comedebint

præsentes impertimur; nec non iisdem verè pénitentibus, & confessis, ac S. Communione refectis, qui pro Sanctæ Romanæ Ecclesiae exaltatione, Principum Christianorum unione, Infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggesterit devotione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium pro unica vice, duntaxat pro unaquaque Missione, de Ordinariorum locorum licentia respectivè faciendâ concedimus, & elargimur.

Hortantes venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archi-Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, Rectores, ac verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes litteras, omniaque in iis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem iisdem Religiosis favorem, & auxilium in præmissis præsent. Præsentibus tantum ad septennium valituri. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur; si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Datum Roma ad S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris. 12. Martii 1688. Pontificatus nostri anno XII.* Hujus concessionis renovatio petitur à Commissario Curiæ Romanæ in Ara Cæli.

## C A P U T VI.

De diversis Constitutionibus Pontificiis emanatis circa primum  
Ordinem S. P. FRANCISCI.

rint panes sanctos, quos contingere iis non licebat; quam Apostolos excusavit, dum ipsos Pharisæi arguerent, quod esurientes alienas non lotis fricantes manibus spicas comedebant. Nos laudibile opus vestrum, piùmque Propositum attendentes, vestris supplicationibus inclinati, super prædicta vobis cum in illis regionibus [quamdiu præscripta vos ardat necessitas, & invitat utilitas, misericorditer dispensamus; dum tamen fraus non interveniat, sive dolus, vel sinceritatem vestram cupiditas non seducat. *Datum Laterani. XVI. Kal. April. Anno X. Pontificatus nostri. Orb. Seraph. To. I. fol. 488. Lib. 3. C. 32. de habitu, ceterisque extrinsecis in Ordine Seraphico.*

Similem declarationem novissimis temporibus obtinuerunt PP. Capucini. Et ego pro Natione Germano-Belgica ad instantiam A. R. P. Erasmi Appelfelt Ss. Theol. Lectoris Jubilati, tertio Ministri Provincialis almæ Prov. Sax. S. Crucis, Germaniæ superioris olim Commissarii Visitatoris; quæ est tenoris sequentis:

### Declaratio Dispensatoria.

Circa Missionarios Nationis Germano-Belgicæ quo ad usum & contrectationem pecuniaæ.

Supplica.

Eminentissimi & Reverendissimi Domini.

XX. **F.** Engelbertus Pauck Ord. S. Franc. FF. Min. Recoll. de strictiore Observantia Nationis Germano-Belgicæ Agens Generalis, exponit Eminentissimis vestris, in prædicta Natione reperiri multas pauperculas Missiones, hæresi ubique impunè graffante, Missionarii verò pauperes, sive Habitum Franciscano, sive seculari vestiti, saepius tam in itinere, quam locis Missionum copiam fi-

delis Syndici, seu sacerdotalis amici spiritualis, pecuniariarum eleemosynarum Receptoris ad manus habere non possunt; frequentèrque valde difficile est, talēm sacerdotalem apud se tenere, vel per viam conducere, qui similes pecunias tractet, PP. Missionariorum necessitatibus sublevandis ad mentem Benefactorum & Dantum impendendas.

Quare supplicat humillimè, ut eo ipso, quo Missionarii instituentur, sive in Habitu Religioso, sive seculari; ipsis statim intelligatur concessus pecuniaæ usus, seu denariorum tractatio de licentia suorum Ministeriorum Provincialium sub conditionibus, scilicet: quando urget necessitas, vel invitat utilitas, dolóque & fraude cessante, eorum sinceritatem cupiditas non seducit. ut declaratum & dispensatum est ex Decreto S. Congregationis de prop. Fide hīc adjuncto, cum PP. Capucinis. Petitur autem hæc declaratio, & dispensatio sub licentia AA. RR. PP. Ministeriorum Provincialium, quia in specificatis Nationibus [exceptis solis Missionibus in Hollandia] non sunt Praefecti Missionum; & ubi hi non sunt, Missionarii sunt sub obedientia Min. Provincialis juxta Regulam S. P. FRANCISCI. Decretum S. Congreg. Gen. de propag. Fide habitæ XV. Novemb. MDCCXV. relato per R. P. F. Sylvium de Cavalierius Archi-Episcopum Athenarum Secretarium. Praefenti libello supplici S. Congregatio centuit (si Sanctissimo placuerit) dispensandum esse in casu defectus fidelis Syndici cum Praefectis Missionum, seu eorum Provincialibus; ubi non sunt Praefecti Ord. FF. Min. Recollect. circa pecuniaæ usum, juxta petita, additis conditionibus; videlicet: quando urget necessitas, ac invitat utilitas, dolóque ac fraude cessante eorum sinceritatem cupiditas non seducit. Eisdemque Praefectis, vel Provincialibus concedendam esse facultatem eodem modo, & cum iisdem conditionibus

C 2 dispense

dispensandi cum Sociis Missionum iis bene  
visis. Non obstantibus. &c.

Eadem die Sanctissimus Decretum S. Con-  
gregationis approbavit.

Datum Romæ die, anno, quo suprà.

(L. S.)

*Joseph Card. Sacripantes. Praefectus.  
F. Archi Episcopus Athenarum Secret.*

*Notandum I.* circa hoc Decretum, quod in supplici libello habeantur hi termini: quando urget necessitas, vel invitat utilitas. In Decreto vero: quando urget necessitas, ac invitat utilitas. Dubitatum porro fuit, an tò ac idem significaret, quod vel? quia Supplica porrecta à Secretario præsentibus Cardinalibus in Congregatione continuit tò vel. Cui supplicationi Ssmus annuit. Privilegia autem accipiunt suam interpretationem à Supplicante, menti enim Supplicantis præsumitur se conformare Concedens. C. cum Di-  
lectus. Imò mera fuit inadvertentia Scriptoris in Secretaria, qui loco vel posuit ac, mihi ipse Scriptor respondit, tò ac juxta ipsos idem significare, quod vel, prout etiam in S. Scriptura sæpe & sumitur pro vel. E.G. Levit. 20. Qui patri, matrique maledixerit, sanguis ejus sit super eum. Et juxta stylum Curiae in Brevibus Indulgentiarum ordinariè ponitur, omnibus utrinque sexi Christi Fidelibus. Ubi tamen necessariò utrinque sumitur pro utriusve. Multò magis in præsenti; ubi necessariò tò ac debet sumi pro vel. Ut Decretum conformetur gratiæ substantiali, quæ concessa est, seu declarationi dispensatoriæ pro casu particulati Missionariorum.

*Notandum II.* cum maxima cautela uti debere Missionarios in habitu Franciscano hoc privilegio, vel licentiâ dispensatoriâ, seu Pontificiâ declaratione; uti mihi rescripsit Romam F. Henricus Tempel Ss. Theol.

Lector Jubilatus. Prov. Sax. S. Crucis quartum Minister Provincialis, bis Romam, & se-  
mel in Hispaniam ad Capitulum Generale profectus, ad annos XXIV. totius Ordinis Diffinitor Generalis, & per VI. annos ad solatium singularum Provinciarum summum cum laude & fructu Nationis Germano-Bel-  
gicæ Commissarius Generalis cum potestate ordinaria in singulas Provincias, & totam Nationem; qui quā talis ex consuetudine in Natione Germano-Belgica recepta gaudet titulo Patris Reverendissimi; hic (inquam) & tantus Pater monuit summa cum caute-  
la practicandam esse à Missionariis pecuniæ contrectationem, ob rationem hanc apodio-  
ticam, quia:

Præcipuum & capitale Præceptum est; quod Fratres nullo modo contrectent pecuni-  
as. Prout declaravit *Innocentius XI. Constit. Sollicitudo.* Ubi illud vocat capitale Præceptum, quatenus in eo specialissimè altissima paupertas nostra à cæteris Religionibus discriminatur; imò in tali contrectatione (civili) vix datur parvitas materiae, quæ à mortali excusat ratione (scandalii, detrimenti, & præjudicii), quod Ordini obvenit; solent enim Seculares offendit, minùsque compatiuntur Fratrum necessitatibus, dum vident Fratres etiam unum, vel alterum obulum expendere, indèq; retrahuntur ab eleemosynis Ordini dandis, à recipiendis gratis hospitio Fratribus, quos præ aliis Religiosis charitatib; ex amore Dei excipiunt, supponendo, eos pecuniis non uti; docérque ex-  
perientia in Italia, & aliis partibus: quantum, & quasi irreparabile damnum intule-  
rint, inferantque Religioni mali Fratres, qui incautè pecunias tractant. *Vide scholam pau-  
pert. datam prôlo à P. Augustino Mathencio  
Roma 1716. fol. 188. & fol. 206. n.  
42. ubi*

Quærit, an sit dabilis casus, in quo Fra-  
tres

tra Regulam non agerent. Consentit Sanct. loco citato.

Duæ, Constitutiones Apostolicæ:

INNOCENTII Papæ XI.

Ad Prælatos Ecclesiasticos Orbis directæ; quas ipse confirmavit in Brevi Ecclesiæ Catholice circa munus Prædicatio-  
nis Fratrum Minorum. *Ex Directorio  
trium Ordinum f. 104. & f.*

275. n. 135.

XXII. **G**regorius IX. Episcopus, Servus Ser-  
vorum Dei. Venerabilibus Fratribus,  
Archis, Episcopis, & Episcopis, & dilectis  
Filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Ar-  
chi-Diaconis, & Plebanis, Archi-Presbyte-  
ris, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ad quos  
litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apo-  
lolicam Benedictionem.

Quoniam abundavit iniquitas, & refrixit  
charitas multorum; sacrum Ordinem dilec-  
torum Filiorum, Fratrum Minorum Domi-  
nus suscitavit, qui non quæ sua, sed quæ  
sunt Christi, quærentes, tam contra profili-  
gandas Hærekes, quam contra alias pestes  
mortiferas extirpandas, se dedicaverunt  
Evangelizationi verbi Dei, in abjectione vo-  
luntariæ paupertatis. Nos igitur sanctum  
eorum Propositum, & necessarium mini-  
sterium favore benevolo prosequentes, Uni-  
versitati vestræ eos affectuosè duximus com-  
mendandos, rogantes, & exhortantes in Do-  
mino, ac per Apostolica vobis Scripta man-  
dantes: quatenus dilectos Filios, Fratres  
ejusdem Ordinis, pro Reverentia divinâ,  
& Nostrâ, ad Officium prædicandi, ad quod  
ex professione sui Ordinis sunt deputati, be-  
nignè recipere procuretis, populosque vo-  
bis commissos, ut ex ore ipsorum verbi Dei  
semen devotè tuscipient, admonentes, eti-  
am ipsis in suis necessitatibus personaliter  
assistatis, nec impediatis; quod minus illi,

C 3

qui

tres possint per se ipsos petere, recipere, con-  
trectare, & expendere pecunias? Et res-  
pondet affirmative; nimis, cum urget  
necessitas, ut alio modo necessaria vitæ ha-  
beri non possint. *Ex C. exiit. §. nec quicquam.*  
Jus enim naturale & poli vocatum à Nicola-  
lao Papa prævalet positivo. De quo *Sanctorus*  
*C. XII. stat. V. q. IV.* verum respondet &  
ex Statutis referr plures Pontifices, & tan-  
dem Urbanum VIII. declarasse pro locis Ter-  
rae Sanctæ, ubi fidelis Syndici copia haberi  
non potest, qui illas recipiat, & expendat;  
posse Guardianum, & de hujus licentiâ ali-  
os Fratres pecuniam recipere, erogare, &  
custodire, ut sarta recta Loca ad Dei glo-  
riam conserventur. Subjungit *Marhen.* n.  
43. juxtra hæc regulandos esse Missionarios  
eosque, qui ad hæreticorum regiones vadunt,  
ut eos ad Fidem convertant.

Quantum autem ad Fratres in locis Tur-  
carum Parochias, & Sacraenta admini-  
strantes Catholicis, n. Hi saepius sunt in necel-  
litate pecunias tenendi; nam saepè coguntur  
Barbaris munera conferre, & in itinere pe-  
dagia solvere, ideoque in prædictis, aliis  
que circumstantiis, supplicantibus Fratribus  
Provinciæ Bosniæ, Argentinæ rescripsit S.  
Congregatio in hæc verba: *Oratores obser-  
vare posse solitum tutâ conscientiâ.* Ast si se-  
cum ducere possint Tertiarium, vel habere fa-  
mulum, qui esset substitutus Syndici Aposto-  
lici, Provinciæ, vel Conventus, in cuius  
districtu est Parochia, deberent illis uti.  
*Apud Nicolium fosc. v. observ. n. x.* Qua-  
tenus verò eos habere non possent, &  
facultate illâ uterentur, non dicerentur  
dispensati in Regula; cum non adesseret dis-  
pensatio in rigore; vel relaxatio Præcepti,  
sed haberetur solum Regulæ & Juris de-  
claratio, quatenus S. Sedes in iis circum-  
stantiis declarat Præceptum de pecuniis  
non recipiendis non obligare, sicque con-

qui ad prædicationem eorum accesserint, tunc eorum Sacerdotibus valeant confiteri, quatenus ad prædicta suscipienda vestris exhortationibus præparati (tanquam bona, & fructifera terra) pro vitiorum tribulis incipiunt segetes germinare virtutum; & dicti Fratres per cooperationem vestram suscepiti ministerii cursum feliciter consummando, optatum reportent sui laboris fructum, & finem: videlicet Salutem animarum. Quia &c. Datum Viterb. XI. Kal. Jun. Pontificatus anno II. Alias huic similes ad Orbis & Ecclesiarum Prælatos direxerunt Innocentius IV. ex urbe Lugduni. Alexander IV. ex Neapolitana. Hujus litteræ incipiunt: *Patris eterni*. In quibus inter alia pro Fratribus Minoribus annuntiat dictis Prælatis:

*Hi sunt*: qui vitam & merita Beatissimi Pauli Apostoli contemplantes gloriantur in sola Cruce Domini, sfernendo mundi solertia pro deliciis paradisi. *Hi sunt*: qui hostes animæ per scutum fidei, loricam justitiae, gladium spiritus, salutis galeam, hastam perseverantiae debellantes, obtinere sagunt, ut Catholicis universis, Fidei, Spei, & Charitatis augmenta proveniant, ac perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ pravitatis insaniam evanescat. De tantorum siquidem meritorum provenit claritate: quod nos eosdem Fratres in Christo affectu sincerissimo diligamus, & ipsos ubique terrarum, statu gaudere pacifico affectemus, pro re indignâ, & nimis amarâ ducentes; si quis de numero Fidelium, & potissimè Prælatorum, eos aliquibus turbet injuriis, vel offensis. Rogamus itaque devotionem vestram, & per Dei misericordiam obsecramus, per Scripta Apostolica vobis mandantes, ac remissionem vobis peccatorum indulgentes; quatenus illos (qui sunt ex eis, in vestris civitatibus, & Diœcesibus constituti, seu qui ad præsentiam vestram quandounque per-

venerunt,) pro divina & nostra reverentia affabiliter & benignè recipere, eosque vestræ charitatis studeatis affluentia confovere, permittendo: eos uti liberè Regularibus suis Observantiis, & Statutis per Sedem Apostolicam approbatis, Indulgentiis etiam, & litteris; quas circumspecta pietas Sedis ejusdem olim concessisse dignoscitur de gratia sua speciali. Cæterum prædictos Fratres de favoris vestri plenitudine pleniùs honorantes, eis liberaliter concedatis, & quæ sunt opportuna, pro animarum salute, fieri ab eis, auctoritate vestrâ, liberè valeant exerceri; præsertim, cum & ipsi cordi habent ministerium suum ita laudabiliter & prudenter exequi: quod exinde apud vos possint sinceram, & stabilem benevolentiam promereri; preces autem nostras, quas vobis ex intimo cordis affectu dirigimus, sic adimpleat vestra sinceritas, quod propter hoc urbis gratosi favoris præmia opportunè compensemus.) Datum Neapoli. V. Idus April. Pontificatus nostri anno I. Prædictæ litteræ, ut profertur, novissimè confirmatae satè clare demonstrant; quale beat esse præcipuum Fratum Minorum ministerium, quanta erga ipsos Personarum Ecclesiasticorum benevolentia obligatio?

### Alia Constitutio Innocentii XI.

*IN qua præscribitur modus observandus à FF. Minoribus circa Eleemosynas pro Concionibus oblatas, distributionem librorum, augmentationem Bibliothecarum Ordinis. Innovaturque Excommunicatio S. Sedi reservata contra quoscunque auferentes libros, aliasque Scripturas à Bibliothecis ejusdem Ordinis.*

*INNOCENTIUS Papa XI.*

Ad futuram rei memoriam.

XXIII. *E*xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius, Franciscus Diaz à S. Bonav.

Lector

Lector Gen. Jubil. Charissimi in Christo Filii nostri Car. Hisp. Regis Concionator, & Theologus, ac pro Ultra-Mont. Familia FF.M. Ord. S. Francisci de Obl. nun<sup>c</sup> patorum in Roma na Curia Vice-Commissarius Generalis. Quòd dudum, videlicet anno MDCLXXXIII. in Capitulo generali dicti Ordinis circa Eleemosynas quæ Concionatoribus ejusd. Ordinis fieri solent; & libros FF. Defunctorum, communibus Bibliothecis Conventuum Ordinis applicando, ipsarum Bibliothecarum conservationem, & incrementum, uti ac bibliothecarum institutionem facta fuerint pro utraque Familia nonnulla Statuta, tenoris, qui sequitur: Prædicatores quicunque eleemosynas prædicationis prætextu oblatae penitus non recipiant, nec de iis sub quovis prætextu, vel quæsto colore disponere, aut quomodolibet tractare præsumant, & audeant; sed si absoluta prædicatione, vel ante eam contigerit à quovis genere personarum Prædictoribus eleemosynarum oblatio: respondeant Syndicis Conventuum duntaxat liberè & integre transmittendam ac signandam esse.

Quòd si constiterit, quempiam Prædictorum per se, vel per alios pecuniam recipere, vel receperisse: proprietatis pœnâ omnino puniatur & actibus legitimis per sexennium privetur. Quam pœnam etiam Guardiani subeant, si eorum culpâ vel negligentia contrâ fieri contigerit.

Adeo nihili penduntur his temporibus Conventuum nostrorum bibliothecæ communes; ut quæ alias diligenterè erectoræ, splendorem: nunc verò negligenterè desertæ decus potius Religioni afferre videantur. Ut igitur opportunum adhibeamus tanto malo remedium, præcipimus Provincialibus sub pœna privationis officiorum irremissibiliter incurrendâ, ut vigilanterè current defunctorum FF. libros, fideliter, & quòd citius fieri poterit, transmittendos ad communés biblio-

thecas; præcipientes insuper universis Superioribus, cujuscunque gradū ac dignitatis existant; universis etiam Subditis; lub pœnâ Excommunicationis ipso facto incurrendâ, & sub aliis etiam, item gravissimis pœnis, ad Superiorum beneplacitum infligendis; ut nullo modo nec per se, nec per Syndicum Apostolicum sub quovis prætextu, quæsto colore, occasione, vel causâ alienent, vendant, commutent, donent, aut quomodolibet aliter distrahanter defunctorum libros, aut eos, qui ad particulares bibliothecas quâvis ratione pertinent, vel quomodocumque fuerint etiam deinceps Monasterio acquisiti.

Verùm ad opportunam communum Bibliothecarum restorationem continuam accretionem, & perpetuam conservationem præcipimus omnibus Provincialibus, sub proprietum Officiorum privatione; ut quolibet anno ducentos ad minus aureos nummos P. Diffinitorum interventu, & consilio, de communibus eleemosynis expendendos studeant in libros, consimili eorundem Diffinitorum interventu, & consilio communibus Bibliothecis applicare. Sed cum ratio dicet, & experientia doceat, bibliothecas communes brevi temporis spatio consumptum iri, nisi Bibliothecarii instituantur, qui libros disponant, ordinant, in classes redigant, purgent, reficiant, reparant, ac cætera præsent: quorum executione prædictæ bibliothecæ suo pristino decori reddantur, & in eo conserventur; consultò præcipimus Provincialium Ministris, sub pœna privationis Officiorum, ut tempore Capituli, & Congregationis instituendos current Bibliothecarios, qui vel Prædicationis munere prædicti sint, vel saltem, qui universaliter & competenti quâdam facultatum, librorumque notitiâ polleant. Memoratarum bibliothecarum libris uti possint Prædicatores, & Lectores præsertim, iis tamen legibus: ut scedula, quæ acceptorum li-

bro-

## VINEA SERAPHICA

24  
biorum numerum contineat, quæque propriâ manu libros accipientium sublignata sit, in manibus Bibliothecariorum relinquant, qui nequacant, nisi unius mensis spatio ad summum traditorum librorum usum permettere, ita ut absoluto mense commodatos libros repeatant, eoque bibliothecis ad reliquorum Fratrum usum restituendos omnino procurent. Bibliothecarii, qui dictorum librorum restitutionis executionem omiserint, propriis Officiis spolientur; & Fratres, qui acceptos libros restituere noluerint, ulteriori librorum participatione privati existant.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet Statuta hujusmodi subinde à fel. record. Urbano Papa VIII. Predecessore Nostro de consilio tunc existentium S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum confirmata fuerint; nihilominus illa, prout etiam quædam litteræ S. Più Papæ V. Prædecessoris pariter Nostri die IV. Novembr. MDLXVIII. in forma Brevis expeditæ, per quas libros à dictis bibliothecis furto subtrahi sub pœna Excommunicationis, cuius absolutio Romano Pontifici reservata esset, prohibuit, non ubique, prout par esset, accurate observentur. Nobis propterea dictus Franciscus Vice-Commissarius humiliter suppliari fecit, ut in præmissis opportunè provide re de benignitate Apostolicâ dignaremur.

Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, & Statuta præinserta in dicto Capitulo Generali edita, & à præmemorato Urbano confirmata, Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus pariter & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris & facti defectus ( si qui desuper quomodolibet intervenerint ) supplemus.

Præterea præfati S. Più V. Prædecessoris Nostri vestigiis inhærentes omnibus & singu-

lis personis Ecclesiasticis, Secularibus, & Regularibus, cujuscunque Status, Gradus, Ordinis, vel Conditionis existant, etiam Pontificali Dignitate præfulgeant, eadem Auctoritate hatum serie mandamus, ne ex bibliothecis Conventuum, & Domorum Regularium Ordinis prædicti, aut earum aliquâ, librum aliquem, aut quaternum furto subtrahere quocunque modo præsumant. Nos enim quoscunque subtrahentes Excommunicationis sententiæ subjacere volumus, & decernimus ipso facto, à qua nullus ab alio, quam à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in solo mortis articulo absolutionis beneficium possit obtinere; decernentes pariter, præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subsque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane; si secus super his à quoquam quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque. &c. Volumus autem. &c. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris XXVI. Octobr. M. DC.LXXXV. J. G. Slusius.

## Constitutio Innocentii XI.

In qua sub gravi pœna prohibetur, rebus ad Ecclesias, Altaria, Capellas, Oratoria, & Sacrificias FF, Minorum spectantes, extra illa, ad usum, vel Officium caterorum distrahantur, vel asportentur, vel commodenrur.

INNOCENTIUS Papa XI.

Ad futuram rei memoriam.

XXIV. **A** lias ad supplicationem tunc existentis Commissarii Gen. Cu-

## VINEA SERAPHICA.

Curiæ Ord. Fratrum Min. S. Francisci de Obs. nuncupatorum, emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, Decretum tenoris, ut sequitur :

S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, spe-  
ciali cultui, & decoro ornatui Ecclesiarum Ord. Fratrum Min. S. Francisci de Obs. pro-  
vidè consulens, injungendum censuit, prout  
prælentis Decreti tenore injungit omnibus &  
singulis dicti Ordinis Superioribus, Provin-  
cialibus, Localibus, eorumque Subditis, sub  
pœnâ privationis Officiorum Ordinis imme-  
diatè incurrendâ : ne ullo unquam tempo-  
re, quâvis occasione vel prætextu, ad instan-  
tiam & preces cuiusvis indulgeant, aut con-  
sentiant supellecilem, vasa, ornamenta, ve-  
stes, atque omnis generis res, spectantes aliquo  
modo ad præfatas eorum Ecclesias, Capellas,  
Oratoria, Sacrarias, extra illa, ad usum, vel  
Officium cæterorum distrahi, asportari, seu  
aliis ab ipsis Minoribus Observantibus com-  
modari, quin priùs accesserit consensus sal-  
tem ultra duas partes totius Capituli, cuiuslibet  
respectivè Conventûs per secreta suffra-  
gia singulis vicibus præstandus, nec non à  
Ministro Provinciæ authenticè confirman-  
dus, & ita observari mandat. Non obstanti-  
bus, &c. Datum Romæ 14. Mart. 1680.

Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Diaz à S. Bonav. Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispan. Regis Catholici, Concionator & Theologus, ac pro Ultra-Mont. Fam. Fratrum dicti Ordinis Vice-Commissarius Gen. Nobis exponi nuper fecit, eò quod ipse Decretum hujusmodi (quod firmius sub-  
sistat, & servetur exactius) Apostolicae Confirmationis nostræ Patrocinio communiri plurimum desideret; Nos ipsius Francisci

*Vinea Seraphica.*

Vice-Commissarii Gen. votis hac in te (quantum cum Domino possumus) favorabiliter annuere volentes, & eum à quibusvis Excom-  
municationis, Suspensionis, Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis, à Jure, vel ab homine, quâvis occasione, vel  
causâ latis (si quibus quomodolibet innoda-  
tus existit) ad effectum præsentium dun-  
taxat consequendum, harum serie absolven-  
tes, & absolutum fore censentes, Supplicatio-  
nibus ejus nomine super hoc nobis humiliter  
porrectis inclinati: Decretum præinsertum  
Auctoritate Apostolicâ tenore prælentium  
approbamus, & confirmamus, illique in-  
violabiliter Apostolicae firmitatis robur adjici-  
mus. Salvâ tamen semper in præmissis Au-  
toritate memoratae Congregationis Cardi-  
nalium. Decernentes easdem prælentes litte-  
ras semper validas, firmas, & efficaces exis-  
tere, & fore, suosque plenarios & integroef-  
fectus sortiri, & obtinere, & ab iis, ad quos  
spectat, & pro tempore spectabit, inviolabili-  
ter observari; sique in præmissis per quos-  
cunque Judices ordinarios, & delegatos  
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores  
judicari, & definiri debere; ac irritum &  
inanem: si secus super his à quoquam, quâvis  
auctoritate, scienter, & ignoranter contige-  
rit attentari. Non obstantibus Constitutioni-  
bus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, illiusque Provin-  
ciarum & Conventuum quorumvis, etiam  
Juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel  
quâvis aliâ firmitate roboratis Statutis, &  
consuetudinibus, Privilegiis, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-  
vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum  
tenores præsentibus pro planè & sufficienter  
expressis, & ad verbum insertis habentes, illis  
aliâ in suo labore permansuris, ad præmis-  
orum effectum hac vice duntaxat specialiter

D

&

& expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ea runderem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ vel ostense. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die XVI. Septembr. Anno M.DC.LXXXV. Pontificatus Nostri anno IX.

## CAPUT VII.

De Regula, & Ordine S. Claræ, qui fuit II. Ordo institutus à S. P.

FRANCISCO; ejusque Ordinis primarii honores.

**XV.** R egulam Sororum pauperum mendicantium *S. Clara* à B.P. FRANCISCO fuisse editam, & conscriptam, indubitatum est, & manifestè relucet ex ipsa Professione Clarissarum primæ Regulæ; idemque clarè exprimit *Innocentius IV.* in confirmatione Regulæ, & *S. Clara* in suo Testamento, quam Regulam strictissimè, & ad unguem observant plerique *S. Clara* sequaces per mundum universum dispersæ, quamvis plurima etiam Monasteria sub nomine Clarissarum à rigore primæ Regulæ discesserint; vivante juxta Regulam moderatam ab *Urbano IV.* Vide *Luc. Wading.* op. B. Franc. Tom. 2. p. 189. de prima Regula Sanctimonialium *S. Clara*. De hac *S. Virgine Clara* prædixit D. N. J. crucifixus matre ejus oranti: *Ne paveas mulier; quia quodam lumen salva parturies, quod ipsum mundum clarius illustrabit.* Quod opere adim-

pletum est, quia inter Virgines Deo consecratas, Sanctimoniales Clarissæ omnium primæ, rigorem omnimodæ Clasuræ, ab Ecclesia Catholica summoperè laudatum & approbatum invexerunt, & intrâ sacras JESU Christi Sponsas Evangelicæ Paupertatis apicem omnium primæ attigerunt, quam *S. Clara* tanquam primum & pretiosissimum Sponsi æterni thesaurum, ad Fratrum Minorum exemplum, ab *Innocentio III. Gregorio IX.* & tandem ab *Innocentio IV.* Seraphici Patriarchæ doctrinis inhærens, incessante & efficacissimâ humilitate postulare non desit, donec impetraverit; illudque summâ admiratione dignum, quod non obstantibus summis virtutib[us], à primo institutionis suæ primordio, per totum orbem acclamatæ fuerint, eaque fecunditate amplificata, & indies amplificari conspiciantur, ut nulla sit Principum Aula, nulla ferè in Orbe Christiano civitas, quæ Sanctimonialibus Clarissæ Parthenopæum erigere non procuraverit. Indè certius confidentes; ut ( quemadmodum illarum Primiceria *S. Clara* Patriam tuam à Saracenorum furore liberavit ) ita per Filiarum ejus serventissimas preces, & sanctitatis merita, civitates ipsæ speciali Dei protectione defendantur, quin & ad Indias ultraque feliciter profectæ, etiam in ipsis Orbis finibus virginale trophæum explicare meruerunt, nec non Principissas, Reginas, Imperatrices numerant Confidales. Nam *Agnes* Boëmorum Regis Filia repudiatis Friderici Cæsar, & Henrici Anglorum Regis superbissimis nuptiis. *Isabella* *S. Ludovici* Galliarum Regis Sotor. *Joanna* & aliae eorundem Gallæ Regum filiae, aliæque quam plurimæ Regum sanguine progenitæ, de Imperiali Austriae Domo, de Gallica, Arragonica, Lusitanica, Hungarica, Polonica, Boëmica, Sabaudica regiis, sub horrido *S. Clara* cilio universas sæculi pompas aspernari non horruerunt. Quodque notandum est, quam-

vñs

## DUBIUM.

De Indulgentiis concessis Ecclesiis  
Monialium Directioni Seraphici  
Ordinis S. FRANCISCI  
subjectarum.

vix etiam à saeculi Principibus, imò & à Romanis Pontificibus ad moderandos paupertatis, vitæque rigores non sive causa invitatae, saepiusque solicitatae fuerint; nihilominus S. Matris suæ *Clara* vestigiis tenaciter insisterre maluerunt: ut in hodiernum usque diem ab his Monialibus rigidiores abstinentia, jejunia per integrum anni decursum ferè nunquam interrupta, (carnibus non nisi in infirmitate concessis) altissimum silentium, asperima cilicia, ceteraque in vietu, vestitu, & lecto mortificationum genera observentur, & promoveantur cum summo spiritu fervore, & in extremis Philippinarum insulis, invitâ quodammodo Regum pietate, gloriissimè in Regulæ puritate perseverent. Hinc est, quod secundissimos sanctitatis fructus abundatissimè nullo unquam tempore proferre non cessent, & sanctissimam matrem *Claram* (quam ipsis funeralibus exequis *Innocentius IV.* sanctorum Virginum Officio honorare volebat) *Alexander Innocentii* Successor secundo post obitum anno in Sanctorum Apotheosis singulari pompâ, & solemnitate voluit esse relatam.

De B. Salomae Poloniae Regina. S. Catharina Bononiensi. B. Coleta Coletarum in Galliis Reformatrice, Ecclesiastica Officia recitantur. Constat etiam suas habuisse Coleatas, quæ per efficacem verbi Dei prædicacionem publicos peccatores Christo reconciliare potuerunt. B. Agnetem S. *Clara* sororem, Kunigundam Poloniae Reginam, aliásque celestes Amazones S. Clarissarum Religio parturivit; quæ cum Dei, & Ecclesiæ hostibus aperto Marte decertantes (illibatum Virginitatis florem, fidemque Catholicam ut tuerentur) sanguinem suum durissima inter tormenta profundere non dubitârunt. De quibus videri potest *Orbis Seraphicus L. XI. C. XIII.* & in III. Parte.

**XXVI.** *Queres I.* An Indulgientiae generali concessæ Ecclesiis Monialium Ordini prædicto subjectarum æquè obtineri possint à Christi Fidelibus visitantibus Ecclesiæ Monialium, postquam hæ gubernio Ordinis subtractæ, & Episcopis subjectæ sunt, affirmativè. Sic enim aliquoties declaravit Congregatio Reliquis & Indulgientiis præposita 27. Februar. 1673. *Vide Rubr. Breviar. novi Francisc. Tit. 12. n. 160.* Et iterum: anno 1711. 20. April. 1716. 28. April. etiam cum clausula: *Quamvis nunquam gubernio Superiorum Ordinis subjectæ fuissent: ut ego ipse vidi affixum & publicatum in Secret. Indulg. Romæ.*

*Queres II.* An Sæculares in diebus festis Ord. FF. Minor. v. g. S. FRANCISCI, S. Antonii, Dedicationis Ecclesiæ S. Mariae Angelorum (vulgò Portiunculae) quibus diebus Visitantibus Ecclesiæ Fratrum concessæ sunt Indulgientiae plenariae (eadem Indulgientias etiam acquirere possint Visitantes Ecclesiæ Monialium obedientiæ Ministri Generalis totius Ordinis subjectarum?) Cùm in materia Indulgientiarum tutiora sint sequenda, ponderando non opiniones Scribentium, sed attendendo ad mentem Pontificis, & realiter implendo, quæ in formulis à Papa præscribuntur: siquidem in hac materia Breve Pontificis, est Lex, juxta quam judicare debemus, ideoque tantum valeant Indulgientiae, quantum sonant verba Brevis, & non plus. Ideo

D 2

si

si expresse Sedes Apostolica non expressit in Brevi, quod Sæculares visitantes Ecclesiæ Monialium lucrari possint Indulgentias; visitando eorum Monialium Ecclesiæ, non acquirent Indulgentias, nam quando mens, & intentio Pontificum fuit, quod Sæculares visitando Ecclesiæ Monialium, etiam acquirere possent easdem Indulgentias, ac si visitarent Ecclesiæ Fratrum? id signanter, & nominatum expresserunt & declararunt; ut fecit Clemens X. in Festo S. Petri de Alcant. & Alexander VIII. in Festo S. Joannis à Capist. & S. Paschalis Baylon. &c. &c. ut dictum est de Indulgencie Ordinis Fratrum Minorum.

Ideo inspicienda sunt Brevia Indulgentiarum, & quivis attendat, quid in specie à Sede Apostolica obtinuerit. Vid. *Official. Curiæ* quoad Indulg. C. 26. Et quamvis affirmet Rhoder. Tom. I. qq. Reg. q. 55. à n. 106. quod per communicationem omnia Indulta concessa uni Monasterio Ord. Minorum, omnibus aliis Monasteriis Ord. Min. tam virorum, quam mulierum fiant communia, concludens posse per Sæculares, Indulgentias Ecclesiæ FF. Min. concessas acquiri, visitando Ecclesiæ Monialium Ordinis prædicti; ab hac tamen opinione omnino recedendum est, tum ex Praxi Ordinis, tum ex Pontificum concessione, & intentione. Etenim si vel Ordo vel Pontifices censuissent Indulgentias in Festo S. FRANCISCI, S. Antonii, S. Bonaventuræ, S. Bernardini, S. Ludovici, & Portiunculæ posse ex virtute communicationis suffragari Fidelibus? Nec Ordo postulasset directè pro suis Ecclesiæ, nec Summi Pontifices expresse Indulta concessissent. v. g. Indulgentias Portiunculæ concessas Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum pro aliis Ecclesiæ Fratrum Minor. & tamen *Gregorius XIII.* expresse concessit pro visitantibus Ecclesiæ Fratrum Minorum de Obs. & Reform. & ab eodem Pontifice pro suis Ecclesiæ eodem pariter an-

no obtinuerunt P.P. Capucini plenarias Indulgentias pro Festo Portiunculæ, & ab *Urbano VIII. Constit. Exponi. Bull. To. 3. Bull. 316.* pro suis pariter Ecclesiæ receperunt Claustrales de III. Ordine. Nec PP. Conventionalibus proprium deërit Indultum. Ideo si Sedes Apostolica expresse non concederit, quod Sæculares visitantes Ecclesiæ Monialium Indulgentiam lucrari possint, eas visitando non acquirunt. Siquidem ex Praxi Curiæ constat, in concedendis Indulgencie pro Ecclesiæ Monialium Papam magis parcum esse; eò quod ob nimium Confluxum Sæcularium turbetur aliqualiter quies, & solitudo Monialium, & (ut bene advertit, *Lezana To. 3. V. Indulg.*) non censentur ex Regula Cancelleriae, & Curiæ Romanae concessa, quæ difficulter obtineri possunt, nisi manifestè exprimantur. *Juxta Reg. Juris in VI. in generali concessione non veniant ea, quæ non esset quis verisimiliter concessurus;* Et est Regula penes Canonistas; Non censi Privilegium Principis extendi, quando Princeps potens id ipsum ostendere, revera in eodem Diplomate non extendit.

Pro clariori notitia refero hic duo Brevia Apostolica concedentia Indulgencie plenarias in præcipuis Festivitatibus Ordinis nostri, & Portiunculæ.

#### SIXTUS PAPA V.

Quoad Visitantes Ecclesiæ Ordinis FF. Minorum & S. Clarae.

**XXVII.** Cum à primæva institutione Regulæ B. FRANCISCI tam ob illius, quam S.S. Antonii de Padua, Ludovici Episcopi, & Confessoris, Bonaventuræ, & Bernardini, nec non dictæ Clarae; aliorumque ejusdem Ordinis sequacium sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quam

quam etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum merita, ingens ubique Christi Fidelium multitudo, singularem erga quemcunque dictorum Sanctorum gerat devotionis affectum; nos (ut ipsorum fidelium devo<sup>tio</sup> non modò conservetur, sed in dies magis augeatur, & animarum saluti uberioris consulatur) precibus etiam dilecti Filii Bontadosii Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Ministri Generalis, super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & singulis dicti Ordinis Min. Convent. Capucinorum & de Observantia nuncupatorum, Fratribus, & Monialibus, quam cæteris utriusque sexus Christi Fidelibus, qui verè pœnitentes, & confessi, ac S. Communione refecti diebus festis SS. FRANCISCI, Antonii de Padua, Ponaventuræ, Ludovici Episcopi ac Confess. & Bernardini: prædictorum Fratrum Min. Convent. Capucin. & de Obser. nec non die festivitatis S. Clæræ Monialium dictis Ordinis, Monasteriorum ubilibet constitutorum Ecclesiæ, tam erectas, quam erigendas, vel earum aliquam à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis, eorundem dierum singulis annis devotè visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces fuderint; quo die prælatorum id egerint: plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. 28. Septemb. 1585. Pontificatus nostri anno I.

Advertendum bene: quod tenore hujus Brevis (sicuti non conceditur pro Festis dictorum Sanctorum Indulgentia Visitantibus Ecclesiæ Monialium) ita nec concedatur

pro Festo S. Claræ Indulgentia Visitantibus Ecclesiæ Fratrum Min. adeoque si Fratres non haberent aliam concessionem pro Festo S. Claræ (qualem habent pro Ecclesiæ suis) tenore hujus Brevis, nec ipsi, nec Sæculares acquirere possent Indulgentias pro Festo S. Claræ extra Ecclesiæ Clarissarum in suis Ecclesiæ.

## GREGORIUS XV.

Quoad Visitantes Ecclesiæ FF. Minorum de Observantia & Reformatorum ubilibet in Festo Portiunculæ.

**S**plendor Paternæ gloriæ, qui suā mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementi ejus Majeſtate sperantium, tunc præcipue benigno favore prosequitur; cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Volentes igitur omnes & singulas Ecclesiæ Ordinis Fratrum S. FRANCISCI de Obs. etiam Reformatorum, ubique existentes, aliquo spirituali munere illustrare, de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac S. Communione refectis: qui aliquam ex dictis Ecclesiis secundâ die Mensis Augusti, à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis, diei hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia. &c. pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; præsentibus perpetuis futuris temporibus valitidis. &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. 4. Julii 1622. Pontificatus Nostri anno II.

D 3

Adver-

Advertendum iterum bene: quod tenore  
hujus Brevis, nec Ecclesiis Capucinorum,  
nec Ecclesiis Conventualium, aut Monialium  
concedatur Indulgencia pro Festo Porti-  
unculae; sed solis Ecclesiis Fratrum Minorum  
de Obs. Reformatorum & Recollectorum.  
*Hac duo Brevia habentur in Theatro Regula-  
rium P. Angeli de Lantosca impressa Roma  
1629. V. Indulg. f. 329.* Ibidem habetur de-  
claratio Innocentii X. de V. Julii. 1650.

Quod præfata Indulgencia non revocetur  
in Anno sancto.

Quantum ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum, domus Ordinis Fratrum Minorum de Obs prope, & extra muros civitatis Assisensis, Breve incipit: cum ob sacri. &c. Nihilominus ob communicationem Indulgientiarum, inter Ecclesias trium Ordinum S. FRANCISCI à summis Pontificibus concessarum ex pressè & specificè (infra citandarum) judicio Ecclesias Monialium S. Claræ & Sororum Tertiatarum de Pœnitentia, gaudere Indulgentiis concessis Ecclesiis Fratrum Menorum. Quamvis enim S. Congregatio Indulgentiis præposita anno 1715. responderit Dubio hoc proposito: quod tenore illorum Brevium (in quibus non fit mentio de Monialibus) non censeantur Indulgientiae extensæ ad Ecclesias Monialium; nihilominus, postquam allegatum fuit dari Apostolicas litteras, quæ expressè communicent Indulgencias tales Ecclesiis Monialium; S. Congregatio censuit resolutionem hujus dubii: esse differendam donec similia Privilegia extensiva afferrentur authenticè probata. Unde non videtur esse dubitandum de participatione & communione inter tres Ordines à S. FRANCISCO institutos. Subjicio interim hoc judicium Sacrae Congregationi, donec decidatur ab eadem, & à Sanctissimo Domino nostro approbetur, quid pro certo tenendum sit.

Constitutio ab Innocentio XI.  
renovata & confirmata.

**XXIX.** Pro observatione motus proprii Leonis X. circa obedientiam à Monialibus præstandam Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum subjectis, ex Statutis tam Generalibus, quam Provincialibus respectivè; nec non contra Syndicos, Procuratores, & Oeconomos ipsarum Monialium, qui juxta tenorem Statutorum, & Decretorum fel. record. Clementis VIII. rationem redditum, bonorum, & expensarum, Monasteriorum dictarum Monialium, Superioribus Ordinis Fratrum Minorum reddere renuerint.

Venerabili F. Episcopo Angelo-Politano, & dilectis Filii nostris; & Sedi Apostolica Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti; ac Scholastico Ecclœsia Salmanticensis, & eorum cuilibet.

### INNOCENTIUS Papa XI.

Venerabilis Frater, & dilecti Filii: Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

**E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius F. Franciscus Diaz à S. Bonav. in Rom. Curia, pro Ultra-Mont. Familia, Obedientiæ seu Directioni Ministri Gen. totius Ordinis Fratrum Minorum subjecta, Commissarius Generalis. Quod aliás à fel. record. Leone X. Prædecessore nostro præviis litteris in forma Brevis, sub die I. Julii. anni M.D.XVIII. Pontificatus sui anno VI. præcipitur strictè Monialibus S. Claræ, & aliis, sub Cura Fratrum Minorum existentibus, ut subjiciantur Statutis factis, & faciendis, in Capitulis Generalibus, & Provincialibus Fratrum, utque Abbatissæ tempore Visitationis teneantur realiter suis officiis renuntiare, & aliás; prout latius dicitur contineri in dictis litteris motu proprio concessis, tenoris, qui sequitur; vi deli-

delicet à tergo : *Dilecto Filio nostro Christo-  
phoro. Titulo S. Marie in Ara Cali, Presby-  
tero Cardinali, totius Ordinis FF. Minorum  
Generali Ministro. Intus verò. Leo Papa X.  
Dilecte Fili. Salutem & Apostolicam Bene-  
dictionem.*

Cùm (sicut accepimus, & magistra re-  
rum te docuit experientia) in Generalibus &  
Provincialibus Capitulis, per Fratres totius  
Ordinis tui suis temporibus fieri solitis, cir-  
ca salubrem eorundem Fratrum, ac sub eo-  
rum Curâ, Sororum, & Monialium, viven-  
di ordinem, eorumque felicem gubernatio-  
nem, quām plurima salutaria ordinentur Sta-  
tuta ; nonnullæ tamen Sorores seu Monia-  
les aliquarum concessionum à Sede Aposto-  
lica obtentarum prætextu, aut alias per eas  
sumptâ occasione institutis ipsis impudenter  
abjectis alium non verentur vivendi modum  
sectari. Nos considerantes, ut æqualitatis  
vigor, & ordo exposcit rationis, quod unu-  
quisque illius debeat sequi vestigia, sub cu-  
jus obedientiæ militat jugo. Motu proprio,  
& ex certa scientia nostra, ac potestatis plen-  
itudine, sub Excommunicationis sententia,  
ac divini Judicij obtestatione, & æterni Ju-  
dicij interminatione ; *S. Claræ, & universis,*  
ac singulis sub Cura hujusmodi, nunc, & pro  
tempore degentibus Sororibus, seu Monia-  
libus præcipiendo mandamus: quatenus ipsæ  
juxta Regulares in hac tenus celebratis, &  
olim celebrandis Capitulis Generalibus, seu  
Provincialibus editas, & factas institutiones,  
ac desuper ab eorum Provincialibus, seu aliis  
Superioribus traditam formam obedire te-  
neantur, ut in earum assumptâ Professione  
Altissimo famulatum impendere debeant;  
quodque ipsa Sororum, seu Monialium Mo-  
nasteria debite regantur & gubernentur, ac  
illarum Abbatissæ circa sibi commissum offi-  
cium summâ cum diligentia, omnique san-  
ctimoniam, si non divino amore ? amotionis

saltem metu semper intentæ existant; volu-  
mus, &, ut præmittitur, mandamus: ut  
dum annis singulis ab eatum Visitatoribus vi-  
sitantur, & Abbatissæ ministerii abolutio-  
nem à dictis Visitatoribus, juxta desuper *Ur-  
bani IV.* Prædecessoris nostri editam constitu-  
tionem, petere tenentur, nedum id verbo,  
sed etiam facto realiter, & cum effectu face-  
re, ac (si ipsis Visitatoribus videbitur, &  
ipsa necessitas, ac etiam Monasterii exigeret  
reformatio) acceptare cum effectu debeant,  
& hujusmodi officium Abbatissæ in manus  
ipsius Visitatoris dimittere teneantur; ita, ut  
mera & libera Visitatori remaneat facultas,  
ejusdem Sororibus, seu Monialibus, sub di-  
cta, & aliis sibi visis sententiis, censuris, &  
penis præcipiendi; ut circa alicujus Abbatissæ  
electionem intendere debeant, aut alias  
circa dictæ constitutionis tenorem proceden-  
di, & Monialem, quæ Abbatissæ ministerium  
hujusmodi gessit, juxta excessus exigen-  
tiā corrigendi, accastigandi, & censuras,  
aut penas hujusmodi iteratis vicibus aggra-  
vandi, & alia in præmissis necessaria, seu  
quomodolibet opportuna faciendi, & exe-  
quendi.

Et nihilominus universis ac singulis Venera-  
bilibus FF. Nostris, Archi-Episcopis, Episcopis  
ac dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, ac Pe-  
sonis in Ecclesiastica Dignitate constitutis, &  
Cathedralium, etiam Metropolitanarum Ec-  
clesiarum Canonicis, aut alicui eorum motu  
simili mandamus: quatenus dictis Visitato-  
ribus in præmissis, efficaci præfido affisten-  
tes faciant auctoritatē nostrā, eisdem Visita-  
toribus (postquam pro parte eorum fuerint  
requisiiti) per se, vel per alium, seu alios, om-  
nibus & singulis præmissis pacifice frui &  
gaudere, non permittentes, eos desuper quo-  
modolibet molestari, ac eis auxilium, consil-  
lium, vel favorem præstantes, contradictores  
per supradictas, & alias eorum arbitrio im-  
ponen-

ponendas penas, & Censuras compescentes, invocato ( si opus fuerit ) auxilio brachii saecularis. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papa VIII. etiam Prædecessoris Nostri, de una, & Concilii Generalis, de duabus diaetis, ac ultra certum numerum, personis, ad iudicium non vocandis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis ipsarum Sororum, seu Monasteriorum, monialium, etiam Juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quâvis Firmitate alia robora-  
tis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis, Indultis, & Litteris Apostolicis, eisdem Monasteriis, eorumque Abbatissis, Sororibus, & Monialibus, aut aliis quibusvis personis, etiam Archi-Episcopali, vel Episcopali Dignitate fulgentibus, per quoscunque Romanos Pontifices, aut Nos, & Sedem Apostolicam, nunc & pro tempore concessis, confirmatis, & approbatis, & desuper factis, & faciendis Decretis, & declarationibus. Quibus omnibus illorum omnium tenores, acsi de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro suffici-  
enter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo ordine permansuris, hâc vice dunata-  
xat specialiter & expreßè motu simili deroga-  
gamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Cæterum, quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæque loca ( in quibus Fratres, & Sorores, seu Moniales hujusmodi illis indigerent ) deferri; volumus, & prædi-  
cta auctoritate decernimus: ut earum trans-  
sumptis manu Notarii publici, & Sigillo aliqui-  
cujus Prælati munitis, eadem prorsus fides in  
judicio, & extra, exhibeat, acsi ipsæ origi-  
nales litteræ ostensæ, vel exhibitæ forent. Da-  
tum Roma apud S. Petrum sub Annulo  
Piscatoris die I. Julii. M. D. XVIII. Ponti-  
ficatus Nostri anno VI.

Cum autem, sicut eadem expositio sub-  
jungebat, plures Abbatissæ & Moniales Mo-  
nasteriorum, seu Conventuum in partibus

remotis, & præsertim in Indiis Occidentalibus existentium, eisdem litteris, quantumvis per Nos generaliter nuper confirmatis, con-  
travenire non solum non vereantur, sed etiam Statuta, jussu piæ mem. Clementis Papa VIII. etiam Prædecessoris Nostri, edita, & alia in Ge-  
nerali Capitulo anni M. DC. XXXIX. pro regulari disciplina & administratione re-  
dituum annuorum, & Bonorum Monaste-  
riorum, ac ratione illius à Fautoribus, Syndi-  
cis, Oeconomis, & Procuratoribus reddendâ,  
coram Ordinis Superioribus maturè etiam  
edita, & in ultimo Capitulo Generali in alma  
Urbe Romana Nostra habitu renovata, seu  
denuo intimata in pluribus transgrediantur,  
ac Mandata Superiorum Generalium, & Pro-  
vincialium parvi pendant. Interest propterea  
valde, ejusdem Exponentis pro interesse di-  
ctorum Superiorum Generalium, & Provincialium ( maximè cum prædicta litteræ Leonis Papa X. Prædecessoris Nostri, per Nos,  
præviis aliis litteris, ut præfertur, confirmatis) comprehendant omnes Moniales S. Clarae, & alias sub Cura Fratrum Minorum exi-  
stentes, & præcipue Abbatissam seu Priorissam, ac Monialium S. Elisabeth ( primæ, seu secundæ Regulæ S. Clarae ) Discalceatarum  
nuncupatarum in civitate Mexicana degen-  
tes, & Fautores, Syndici, Oeonomi, aut Pro-  
curatores prædicti ad redditionem reddituum,  
rationum, & bonorum Ordinis faciendam  
juxta prædicta Statuta teneantur, dictarum  
litterarum, ac Statutorum executionem re-  
portare, non obstante forsitan contradictione  
tam Monialium, quam Fautorum, Syndico-  
rum, Oeconomorum, & Procuratorum præ-  
dictorum adversariorum.

Ideo, ne litteræ & Statuta hujusmodi ca-  
reant effectu; Nobis humiliter supplicari  
fecit Exponens prædictus, ut ei in præmissis  
opportunè providere de Bonitate Apostolicâ  
dignaremur. Nos igitur eundem Exponen-  
tem

tem à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis, à Jure, vel ab homine, quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, hujusmodi Supplicationibus inclinati; Discretioni Vestræ, attentò, quòd (sicut dictus Exponens afferit) agitur inter exemptos; per præsentes committimus, & mandamus: quatenus vel duo, vel unus vestrūm (vocatis ad id vocandis) ad executionem dictarum litterarum, & Statutorum, juxta illorum formam & tenorem (prout de Jure & Autoritate Nostrâ procedatis, procedique mandetis, & faciatis, ac etiam prædictos Fautores, & Oeconomos ad dictorum Statutorum observantiam teneri declaratis. Non obstantibus præmissis Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatorio. X. Febr. 1588. Pontificatus Nostri anno XII.

P. Franciscus. Datarius.

In Capitulo Generali Romæ proximè celebrato sanctum fuit, prout ex Decretis Diffinitorii Generalis Ultra-Montani apparet, quòd tenor præcedentis Constitutionis seu Mandati Apostolici in eis contenti executioni in Ultra-Montana Familia omnino mandetur.

### C A P U T VIII.

Quando, quâ occasione, & quare S. FRANCISCUS instituerit Ordinem de Pœnitentia, qui est Tertius Ordo Seraphicus, etiam pro Sæcularibus, ad Vota solemnia non obligatis apostolicè approbatus.

XXX. **A**NNO 1221. ex communiscriben-  
tium calculo post absolute Assisi  
*Vinea Seraphica.*

Ordinis Comitia Seraphicus Patriarcha per oppida vicina ferventissimè incepit prædicare pœnitentiam, præcipue in oppido Canarii prope Umbriam in Valle Spoletana; ita ut Oppidani omnes, & ex vicinis pagis, & civitatibus turmatim ad virum Dei confluerent, ejusque Prædicationis igne accensi, nullo pavore suspensi, nullâ curâ distracti, sese novis Pœnitentia Legibus vinciri velle significarent. Beatus Legislator, ne imbecilles mulieres, & facilè periculis expositas seu consortio, seu præsidio Maritorum privaret, nec viros uxorum licitâ, & optata societate orbaret, néve loca, urbésque penitus depopulari videretur, nec hos in Religiosorum Sodalitium recipere, nec illas intrâ Sanctimonialium Claustra recludere, consultum judicavit; hinc commune utrisque Institutum præscriptis. 14to. suæ plenæ conversionis anno. Quando (ut omne genus hominum tam sæcularium, quam Ecclesiasticorum facillimè, & sub suavi jugo Dei, in propriis ædibus Deo inservirent) Ordinem hunc Tertium suis Statutis firmavit, legibus communivit, & propriâ Regulâ corroboravit. Cujus Regulæ inventores [ait Bernard. de Buſto p. 2. Rosar. Serm. 27. pa. 2. §. quoad primum.] non fuerunt Fratres Minores, non aliquis Episcopus, non Doctor, non Congregatio aliqua, sed Seraphicus FRANCISCUS illam Spiritu S. prædocente instituit. Vide desuper innumeros testes apud Lucam Wading. op. S. Franc. 10. 2. pa. 221. de Reg. Tert. & Nicolaum 4. in Bulla Confirm. & in ipsa Formula Profess. Leo. X. in Constit. inter cetera pro Tertiis. Clem. V. in Clementina. cum &c. de Sent. Excomm. ubi ait: FF. & Sorores de Pœnitentia Tertiis Ordinis, quem S. Franciscus instituit. Et Clemens VII. Constit. ad uberes fructus aperte fatetur S. FRANCISCUM esse Autorem Regulæ, quam profitentur Tertiarii. Et S. Bonav. c. 4. vita S. Franc. asserit:

E

rit;

rit : Prædicationis ipsius fervore succensi, quā plurimi utriusque sexū in conjugali pudicitia Domino famulantes, secundum formam à viro Dei acceptam novis se Pœnitentiae legibus vinciebant, quorum vivendi modum idem Christi famulus Ordinem de Pœnitentia nominari decrevit. Quamvis Regula à Nicolao IV. in Bulla : *Super montem*. aliquantulum adaucta, & primum ejus capitulum sit appositorum à Pontifice super qualitatibus Recipiendorum. à c.R. Regulæ tamen incipiunt verba Legislatoris usque ad c. 19. exceptis illis verbis in c. 16. in quibus Pontifex quasi (per parenthesin) tractat de Visitatore eligendo, ex mente propria à c. 19. autem sunt verba *Nicolai Papæ* Regulam approbantis, quæ omnia ex contextu patent. *Plura V. infra. c. 16.*

Hunc Ordinem & Regulam approbârunt *Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Alexander IV. V. VI. & VII. Clemens IV. V. VII. & VIII. Gregorius X. XI. XIII. & XV. Urbanus IV. V. & VIII. Celestinus V. Bonifacius VIII. Nicolaus IV. & V. Joannes XXII.* [qui eum à calumniis malignantium juridicè vindicavit] *Sixtus IV. & V. Martinus V. Eugenius IV. Calixtus III. Pius II. IV. & S. Pius V. Paulus III. Julius II. Leo X.* alii que permulti cum suis Constitutionibus apud *Anton. de Sillis. Bordon. Wading. Gubern. Orb. Seraph. L. 12. C. 2. Tertius Ordinis Franciscani Apostolica Confirmatio.*

Regulæ totius argumentum hoc uno comprehenditur: ut ejus Professores sanctè & catholice vitam componant, Dei Præcepta observent, spiritibus exercitiis incumbant, operibus illis Hierarchicis vacent (quibus 9. celestium spirituum ordinibus terrena inhabitatio valet assimilati) in virtutibus proficiant, & absque Regularium rigore Regularibus assimilentur. Volut enim S. Pater efferventes animos ad nimium Pœnitentiae ri-

gorem primo impetu currentes paulisper sedare, & pietatis officia cum moderatione & discretione præscribere. Hinc cum S. Patri eadem occasione occurseret *Luchesius* (Guelphæ factionis intrepidus Sectator) qui à mensibus aliquot vitam jam mutaverat in melius, & ad piam, christianâque vitam induxerat suam Confortem; erga Pauperes jam liberalis, olim avarus Mercator, erga miseros compassivus, in Xenodochiis infirmorum curam agebat, & Peregrinos hospitio excipiebat. His virtutibus aliquantulum in rebus cælestibus instruetus à S. FRANCISCO petebat amplius edoceri viam bonam, & certam, per quam cum sua Con sorte ambularet ad vitam; cui S. Pater respondit: se cogitasse de tertio Ordine instituendo, ipsis etiam Conjugatis ad Deo perfectè serviendum accommodatissimo; nec quidquam sibi videri consultius: quā si eundem assumerent. Seriò interim hac de re colloquentibus, normam vivendi, & genus indumenti pertentibus, præscripsit S. Pater vestem cinericiam, & modestam; cum cingulo nodo solo, formulâque quasdam orentenus tradidit orandi, donec Regulam certam compilaret. Mirum est, quā ingens brevi tempore *Luchesius* in virtute Profectus! tardior etiam olim ad cælestia, & altius terrenis infixa *BONA* uxor, quæ pro mulierum conditione parcior, timidè prospiciens egestati futuræ, velut altera Anna, Tobiae Marito molesta, impediebat aliquando Charitatis officia, neque Peregrinis adeo liberâliter rem familiarem volebat impendi. Verum mox grandi miraculo edocta, tota in Deum conversa certabat cum Marito de acquirenda perfectione. Præter hos Conjuges admisit ad novum Sodalitium S. FRANCIS CUS Petrum de Colle, Brunum, ac alium Martholensem, & plures vicinorum oppidorum, ac Vallis Elsæ Incolas, non longè ab

ab oppido Podii , prope ædem S. Petri ad Elsam fluvium , viros pios & devotos , ad quorum instantiam anno hoc , vel sequente 1222 . iis Regulam præscripsit , aliquantulum auctam & mutatam per Nicolaum IV . Summum Pontificem .

De mirâ & incredibili subitâ multiplicazione Tertiatorum (cùm dicto citius Italianam , Germaniam , univerlamque ferè Europam repleverint ) irrefragabile testimonium dedit hostis acerrimus statim in ipso institutionis suæ primordio .

Petrus de Vineis (Friderici Cæsaris Secretarius , ideoque cum Domino suo Romani Pontificis & Ecclesiæ hostis acerrimus ) Fratres Minores quasi fortissimas & insuperabiles cohortes contra schismatici Imperatoris contumaciam extremo persequens odio ; dum ex tertio [ut ajebat ] Ordine per eos instituto fortiores eos fieri contemplaretur : utpote , cui Marchiones , Comites , locorum Dominos , & Nobiles quosvis , imò Reges , & Principes , cum uxoribus suis , prolibus , & populis nomen dedisse constabat ; frementi animo contra eos invehitur , inquiens : duas novas Fraternitates creaverunt , ad quas sic generaliter mares & fœminas receperunt ; ut vix unus , vel una remanserit , cuius nomen alteri non sit inscriptum . Ita Martyr . Francis . 3 . Janua . S. Ant. Pad. f. 5 . § . 5 . & S. Antoninus p. 3 . Hist. Tit. 24 . c. 1 . f. 2 . ait : fraternali dilectione devictus B. FRANCISCUS ad instar Patriarchæ Noë Arcam fabricavit , & tricameratam fecit ; id est : Religionem Fratrum , Monialium , & tertii Ordinis , ut habitantes in eâ præservaret à diluvio vitiorum , omni statui cupiens dilectione suâ providere . S. Bonav. in vita S. P. F. c. 4 . inquit : sicut in cælum tendentibus , pœnitentiæ viam , constat , omnibus esse communem ; sic & hic Status , Clericos , & Laicos , Virgines , & Conjugatas , ex sexu utroque admittens ,

quanti sit apud Deum Meriti , ex plurimis ejus Professoribus jam Sanctorum , ac Beatorum catalogo adscriptis innotescit . Unde recte Ascan. Tamb. decis. 9 . n. 10 . ait : approbavit Cætum Tertiatorum Secularium Nicolaus Papa IV . anno 1289 . 16 . Kal . Septemb . Et hoc anno necdum erat institutus Ordo Tertiatorum Regularium , qui solùm fuit institutus , & approbatus à Júlio II . & Leone X . 1521 . ob id dicti Leonissi , vel Leonissæ , ut notat Huber . in Menol . Unde longissimo hoc trecentorum annorum spatio Tertiarii Sæculares non potuerunt recipi ad Habitum à Tertiariis Regularibus . Et decis . 27 . n. 1 . ait : S. FRANCISCUS instituit Ordinem Fratrum Minorum anno 1208 . Secundum Ordinem pro mulieribus anno 1212 . Tertium Pœnitentium anno 1221 . Cujus omnes cuiuscunque qualitatis , sexus , & statu sunt capaces . Clerici , Laici , Viduæ , Conjugati , Virgines , extra Claustra degentes in propriis domibus , Ordinem hunc ingredi & profiteri possunt , Gloss . in Clement . Cùm ex eo . Et n. 3 . subiungit : Canones & DD . antiqui de Ordine ipso tertio Regulari mentionem non faciunt , sed solùm de Tertiariis in saeculo degentibus . vid . Clement . Cùm ex eo . Vitalin . Imol . & alios . Idem docet Bordon . in præf . Reg . c. 1 . n. 273 . dicens : hic Ordo à S. P. FRANCISCO institutus sine Statu Regulari , postmodum ab iisdem , ejus Alumnis , Filii fuit elevatus in Religionem circa annum 1300 . ut pluribus probat Resol . 87 .

Quamvis alii originem Tertiatorum solemniter profitentium deducant à B. Angelina de Corbara , Comitissa Civitellæ Aprutii ; quæ prima omnium dicitur solemniter professa in Conventu à se fundato 1395 . & à n. 274 . fusse probat , Fratres Regulares & Sæculares esse ejusdem Ordinis tertii S. FRANCISCI , cujus sunt veri Filii ab eo

E 2 descen-

descendentes per rectam lineam ; tum quia utriusque generis Fratres vocantur de Tertio Ordine , & de Regula B. FRANCISCI , ut videre est in Bullis Pontificis ; tum quia Professio solemnis perficit Ordinem, non destruit. Ita Bordon. in terminis, qui & ipse Tertiarius Regularis fuit. Ex quibus evidens est, tertium Ordinem à S. P. FRANCISCO pro Sæcularibus esse institutum.

## C A P U T I X.

De Excellentiis , Prærogativis , & honoribus primariis tertii Seraphici Ordinis.

**XXXI.** Postquam Redemptor totius humani generis D. N. J. C. Mandum dedisset S. P. FRANCISCO reparandi Mundum universum, vitiis immersum, frigidum in Dei amore, & quasi immemorem beneficiorum Passionis Dominicæ , mitten- do de cælo ardente Seraphim; qui ad tantum reparationis opus accenderet cor S. FRANCISCI. Hic tertium instituit Ordinem pro personis cuiuscunque sexus, statu & conditionis. Unde in Hymno Officii S. Patris canitur : *Dum reparat virtutibus, hospes triplex hospitium, & Beatarum Menti- um, cum templum Christo consecrat.* Unde & S. Rom. Ecclesia in Coronatione Romani Pontificis intonat tres Collectas, seu Orationes : primam, de Spiritu S. (ut illuminet) secundam, de B. V. Maria (ut protegat) tertiam, de S. Patriarcha Francisco , ut (sicut reparavit Ecclesiam) eandem sustentet. Et à Seraphico Doctore S. Bonav. accepimus tres istos Ordines in triplici Ecclesiâ, per S. Franciscum divino iussu reparatâ, præfiguratos fuisse, per revelationem factam ab ipsomet D. N. J. C. in monte Alverniæ apparente, in forma volantis Seraphim, & S. Franciscum

alloquentis, ut sibi daret rem aliquam grata- & pretiosam. Super quo S. Pater omnibus mundi rebus denudatus obstupescens vidit, & in sinu suo mirabiliter invénit triplicem auream monetam, quam Domino Redemptori suo obtulit, qui easdem tanquam drachmas per hominum peccata deperditas grato vultu acceptavit dicens : scias Francisce, tres illas pretiosissimas monetas, quas dedisti mihi, esse tres Ordines, quos cum tanto zelo, & pietate instituisti ; & ego in præmium, & mercedem retribuo tibi meas sacras Plagas, & quinque Vulnera, quæ tanquam Capitaneus, & Vexillifer singularis meæ Passionis, & Crucis [quam sustuli in monte Calvariae cum acerbissimis doloribus] circumferes per te, & Fratres tuos per mun- dum universum. *S. Bonav. in vita S. P. F. Orb. Seraph. L. 12. c. 3. Ang. Anda de Lant. de tert. Ord. f. 1716.* De mirabili hac im- pressione S. Stigmatum servatur etiam publicum Officium, & Sacrificium in toto Seraphico Ordino, nec non in Ecclesia univer- sa 17. Septemb. Et videri possunt Lectiones propriæ II. Nocturni ex D. Bonav. in Leg. S. Franc. c. 23. de S. Stigmat. quæ Vulnera tam miranda, in die Exaltationis S. Crucis, valde mane summo cum doloris sensu, & magno ipsius Sancti clamore D. N. J. C. in specie Seraphim B. P. FRANCISCO appa- rens, primò manibus, secundò pedibus, tertiò lateri ipsius impressit. Desuper videri possunt monumenta Ordinis p. 2. T. 2. f. 229. Hæc S. Stigmata B. Francisci, à Pon- tificibus summè commendantur, eaque de imaginibus auferentes divinitus puniuntur, prædicantes illa non habuisse excommuni- cantur ; & nullum Beatum, vel Beatam (etiam S. Catharinam de Senis) cum Stig- matibus depingi, ad instar Stigmatum S. Fran- cisci, à Sixto IV. inhibitetur, de cuius Stigma- tibus Apostolica habentur testimonia quam- plurima

plurima, scilicet : *Gregorii IX. Nicolai III. Sixti IV. Alexandri VI.* Et negantes illa Deum & Apostolicam Sedem offendunt. Horum Stigmatum, aliorūmque mirabilis, quæ in ipsa concrucifixione Altissimus operatus est, refert *Gregorius IX. in Brevi, usque ad terminos orbis terræ.* Qualia Brevia omnia, & singula facile inveniri possunt in p. 1. monim. *Ord. si inspiciatur index operis litt. S. Romæ* quòdoque de S. Stigmatibus publica Archi-Confraternitas erecta est, cui plurimi Cardinales, & primi Italiae Principes inscripti sunt, qui nudis pedibus cum cinericio habitu, & chorda per plateas professionaliter incedunt, portante, in pretioso vase, continentे sanguinem S. FRANCISCI, Stigmatibus ejus olim emanantem, & cum eo publicam Benedictionem dante Rmo P. Ministro Gen. totius Seraphici Ordinis, vel (in absentia ejusdem) Commissario Generali Familiae Fratrum Min. de Obs. residente in Conventu ad S. Mariam, in Ara Cæli. In Ecclesia etiam Lateranensi Urbis & Orbis matre, sanguis ille aliquoties publicè in anno ostenditur populo, & in honorem S. Stigmatum B. P. FRANCISCI pro magnifico novo templo (sub titulo S. Stigmatum) primum lapidem posuit in propria Persona Sanctissimus D. Noster Clemens XI. anno 1715. collato ingenti pecuniæ subsidio; ut testatur excisum è marmore monimentum.

*Barthol. Pisanus in Lib. Conform. B. Francisci declarat 40. conformitates S. Patris cum Christo Domino. L. 1. fructu 2. Conf. 2. p. 2. & Gregorius IX. qui B. Franciscum canonizavit in quadam prosa, quæ incipit: Caput Draconis, in qua eundem sic commendat dicens: De Christi Latere noviss Legatus mittitur, in cuius sacro corpore vexillum Crucis cernitur, Franciscus Princeps in clytus signum Regale bajulat, & celebrat*

convivium per cuncta mundi climata, contra Draconis schismata, acies trinas ordinat expeditorum Militum, ad fugandum Exercitum, & tres catervas Demonum, quas Draco semper roboret. Unde in Hymno canit Ecclesia Seraphica : *Decus morum, Dux Minorum, Franciscus tenet bravum.* Qui secundum S. Bonav. venit ab Ortu Solis. *Apoc. 7.* ut Angelus cum signo Dei vivi, id est, cum stigmatibus Jesu crucifixi, ad renovandam perfectionis semitam, quæ erat obliterata; & fervore prædicationis, Zelo charitatis, & flaminâ spiritus Christi totus accensus, ut alter Elias virtutum æmulator existere, & aliquos ad justitiam perfectam inducere, cæteros ad pœnitentiam invitare cœpit. Unde S. Franciscus voluit Regulam hanc esse authentizatam, & plumbatam sigillo D. i. vivi. ad Gal. 6. *Ego Stigmata Domini IESU in corpore meo porto.* Quibus 5. Sigillis insignivit Christus institutorem ad ostendendam excellentiam hujus Ordinis, & Regulæ, quæ summè significatur & sublimatur ex portatione, & susceptione Habitûs Franciscani, pauperis, & cinericei, ad instar coloris vestis inconsutile, quam propriis manibus pro Filio suo fabricavit Beatissima Virgo, dum esset parvulus, quæ cum ipso crescente crescebat. Ut jure-jurando testatus est B. P. Baptista de Levando Ordinis nostri Vicar. Gen. qui affirmavit, se illam tunicam cinericei coloris inconsutilem vidisse in quodam castro, ubi conservatur, & ostenditur cum summâ veneratione; id ēque non est dedecus portare vilem Habitum talis birettini coloris, sed ē contrario maxima est gloria. Suntque verba Eminentissimi *Cardinalis de Trejo.*

Annē indignus est FRANCISCI funis, quo regia Purpura cingatur? Eo præcinctus fuit Ludovicus Rex Gallie, Elisabeth Princeps Hungariae, & alii in Sanctorum numero

rum relati, Imperatores, Imperatrices, Reges, Reginæ, Cardinales, & alii Principes vi-ri; quorum numerum auxerunt Philippus III. Rex Hispan. & paulò antè Serenissima Hispaniæ Regina Elisabeth Philippi IV. Uxo r, & Nobilissima Princeps Maria ejusdem Philippi IV. Soror, quæ etiam huic ter-riæ Regulæ nomen dederunt. Sed quid mul-ta! nonne cinericeus Habitus S. FRANCIS-CI purpureus est, quo ornari possit Regia & Cardinalitia Dignitas? verè purpureus est, quem Christi signat crux, & Passionis ejus coloravit fides, quémque Christi vice pro-prio sanguine ex S. Stigmatibus effluente ru-befecit Franciscus?

Sublimatur etiam hic Ordo prærogativâ extraordinarîa non solùm, quod summi Pontifices Regulam hanc esse saluberrimam affirmerint, approbaverint, & confirmaverint; uti Nicolaus IV. Bullâ. *Super montem. Jeannes XXII. in Extravag. qua incipit: Sacra Romana. & Glof. in Clem. Cū ex eo. de sent. Excom. & in C. un. de Rel. Dom. L. 6. & in Clem. i. eod. tit. ibidemque Joan. de Imola.* Sed præcipue, quod Filius Dei Chri-stus JESUS hanc Religionem sic exaltaverit, ut epus Vicarii, summi Pontifices, (post-quam ad Vicariatum Christi elevati sunt) hanc Religionem suscepserint, & hanc Re-gulam professi sint, Chordam & Habitum FF. de Pœnitentia portaverint sub Habitū Pa-pali. V. inf. C. 38. n. 151. de quali exemplo sola, & unica Seraphica Religio gloriari pos-teat Ang. Auda de Lantoscaf. 178. Reg. 3. Ord. Miranda f. 340. Ad ostendendam quòque dignitatem hujus Regulæ S. Mater Ecclesia dedit Indulgencias eam audientibus legi semel in mense, quando fit Congrega-tio. Inter alios autem summos Pontifices Clemens V. dedit XIV. Quadragesimas Indul-gentiarum, qui sunt dies 560.

Denique sublimatur hic Ordo ob multitu-

dinem Sanctorum, operationem miraculo-rum, & numerositatem per totum Orbem Christianum, ut dicat *Card. de Trejo:* Quis gloriosius unquam expertus est, ac melius explicuit illam centupli re promissio-nem. *Matt. 19.* quād S. FRANCISCUS, qui modicâ Mercatoris Patris domo relictâ, non solùm æternæ vitæ accepit à Deo retributio-nem, sed & in hac vita tot domos opulen-tas in universo obtinuit Orbe, plenas optimis filiis & filiabus, ita ut nulla sit apud In-dos, & Antipodas ita remota natio, quæ domos D. FRANCISCO non consecraverit, & filios ei non pepererit. Próque facultati-bus, quas reliquit, tributa voluntaria Pon-tificibus, Imperatoribus, Regibus, & pri-vatis in universo Orbe imposuit, quibus alunt indigos filios, habentes sibi subjectas Mundi potestates. Vide *Orb. Seraph. L. 12. C. 4. de Cura FF. Minor. pro III. Ordine propagando.* & C. 14. ubi sic loquitur: Illa est tertii Or-di-nis gloria singulariter insignis, quod, cùm Religiones omnes, instar omnium rerum sub-lunarum à primæva sua perfectione sensim sine sensu declinare sentiantur; hic de Pœni-tentia Franciscanus Ordo ad perfectionem semper profecisse dignoscitur juxta Propheti-cum Dictum Ps. 83. Ibunt de virtute in vir-tutem. Institutus námque promiscuè pro utroque sexu à S. Fundatore tertius Ordo (in quo viri, & mulieres, sub certis regulis domi pœnitentiam agerent, ad facienda pœni-tiæ & pieratis officia) deinde congregati cœpit ad formanda Collegia, ad convi-vendum in domibus & Ecclesiis collegialiter uniri; ut longè majori perfectione in via Do-mini proficerent. Exinde etiam Solemnia Re-ligionis Vota intrâ Claustra ex Apostolicæ Se-dis approbatione emittere voluerunt, unde tantò majori cum gloria inter Regulares, & Religiones approbatas numerari meruerunt. Utì constat ex *Chronicis Lusitanicis, Belgici-*

cis,

cis, Germanicis. &c. Imò solà Regularitate neandum contenti, renuntiatis privilegiis multis, & libertatibus, sub Regularis Observantiae titulo, per Hispanias, sub Obedientia Ministri Gen. vivere elegerunt; & postremò in Galliis sub Titulo strictioris Observantiae ad ultimum reformationis apicem anhelantes, vilibus, & rudibus pannis vestiti, nudis pedibus calepodia gestantes, & in nobili Paupertate mendicantes, non sine singularei Sæcularium ædificatione; inter Religiones maximè reformatas jam censentur. Moniales etiam [quæ dederunt potius, quam receperunt S. Reformationis exemplum] in Orbe Christiano ad majorem indies rigorem, non ad libertatem, proficientes magno Sæcularium applausu vivunt cum maximâ sanctitatis opinione Sæcularium etiam Congregationes per Galliam, Germaniam, Italiam, Belgium tantâ cum ædificatione nobiliora pietaris exercitia publicè profitentur, ut urbibus & Regnis fiant in exemplum. In Hispaniis autem ultra Regii Sanguinis personas, sex Reges & Reginæ, priore Sæculo 16to, in Regali & Imperiali Curia Madritensi huic tertio Ordini nomen dedisse, nemo inficiatur. *P. Diaz in Dedic. ad Regiam Confratern. Madrit. sub funic.* S. Francisci Deo devotè militantem in suo Direct. 3. Ord. Romæ impresso 1688. Imò in Hispaniis, & Lusitania paucos est invenire, saltem, qui qualemcunque animæ suæ zelum preferunt, qui Sodales, & Confratres S. FRANCISCI effecti non sint. Ad mare Atlantice etiam in mari Congi habitationem suam, ex Lusitanica Provincia, nulli parcentes labori, & vitæ incommmodo fixerunt, ut etiam inter infideles Turcas, & Barbaros, verbo & exemplo, labore, sudore, & sanguine Fidem Christi declinant. Desuper inspice Bullar. Rom. To. 5. Bullâ 31. Bullâ 224. apud Bord. Diploma Pauli III. trium Statu-

tum. & Bull. Urbani VIII. Qui præter S. Elisabeth Portu-Galliae Reginam solemniter canonizatam, & prævio rigoroso examine declaratam, eam fuisse tertii Ordinis membrum. 17. Martyres Japonicos glorioſo BB. Martyrum Titulo solemniter donavit. Seraphici Instituti hujus de Pœn. glorias fusiū vid. apud Gubern. in Orbe Seraph. L 12. C. 14. pag. 920. item in p. 3. sua Historia.

## C A P U T X.

## De triplici Statu Tertiariorum.

XXXII. **T**ertiae Seraphicæ Vineæ sunt tri-

plices diversi palmites, seu Status.

*Primus* est virorum Religiosorum Regularium, emittentium tria solemnia Religionis vota (Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam) in Regularibus Monasteriis, & Conventibus, habentque suos Religiosos Superiores, etiam Provinciales Ministros, & integras Provincias, imò de facto in Italia proprium habent Generalem.

*Secundus* est Monialium, & Religiosarum Tertiariarum, in formalibus Conventibus regulariter viventium, & 3. solemnia Vota emittentium. Hi duo status Vota Religionis emittentes exactissimam debent Custodiæ Vineæ præstare obedientiam & submissiōnem.

*Tertius Status* est illorum, qui Vota solemnia non emittunt, & solo tertii Ordinis de Pœnitentia vinculo adstricti, directioni Ordinis Seraphici suppositi degunt in propriis domibus, seu casis (Mares, & Fœminæ, Virgines & Clerici, cuiuscunque Status) & hi ultimi in sæculo viventes habent aliquando suas certas Congregationes, & Confraternitates etiam canonicè erectas, aut Oratoria; vel si eas non habent, in Ecclesiis Fratrum Minorum convenienti, faciuntque omni

40  
omni mense consuetas Orationes, & Processiones, aliisque devotionis exercitia, & quamvis non emittant Vota substantialia, sunt tamen Statūs substantialiter distincti à Chor-digeris, sive illis, qui portant Chordam S. Fran-cisci; quae Archi-Confraternitas Chordæ in-stitura est à Sixto V. de qua fusiùs C. sequente.

Nihilominus hi sunt unius vineæ palmites, unius Sponsæ membra, unius gregis oves, unius vexilli Milites, unius Pastoris filii, sub obedientia, & directione illius, qui Custodi-s, Sponsi, Pastoris, Ducis, & Patris vices gerit; unde omnes hi Tertiarii unum in no-stro Ordine agnoscunt Patrem, Ducem Pa-storem, Sponsum, Vineæque vitam pri-mam S. FRANCISCUM, ejusque verum & legitimū Successorem, totius Seraphicæ Vinæ Custodem, Ministrum Generalem, qui ex Bulla Leonis X. Ite & vos. Et ex alio-rum Pontificum litteris; nec non ex Decreto Urbani VIII. 21. Aprilis 1631 expedito: Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum jure hereditario & Pontificio nun-cupatur. Titulus enim Ministri Generalis translatus est ad FF. de Observantia à Leone X. & PP. Conventualibus datus est titulus Magistri Generalis Conventualium. Nunc vero ex concessione Sixti V. titulus Gener-alis Magistri mutatus est in titulum Ministri Generalis Conventualium, non amoto tamen titulo Ministri Generalis totius Ordinis à Fratribus Minoribus de Observantia; quo ti-tulo solus & semper gaudet Minister Gen. Fratrum Minorum de Observantia, ex De-creto S. Rituum Congreg. pro ut sequitur:

Cum Procurator Gen. Fratrum Minorum Conventualium S. FRANCISCI. 6. ab hinc annis ægre ferret Ministrum Generalem de Observantia in præteritū ulum fuisse, & in præsentiarum uti titulo, & sigillo cum in-scriptione: *Ministri Generalis totius Ordinis FF. Minorum.* Recursum habuit ad San-

ctissimum, supplicans mandari, ut refor-metur hujusmodi titulus, tanquam non le-gitimè dicto Ministro Generali de Obs. com-petens; supplicatione per Sanctissimum ad hanc S. Rituum Congregationem remissâ.

Eadem S. Congregatio discussionem hu-jus negotii ad referendum; usque de anno 1625. commisit Eminentissimo & Reverendo D. Cardinali Muto; coram quo, for-mato dubio, de consensu ambarum partium: *An titulus Ministri Generalis totius Ordinis FF. Minorum* [quo insignitur Minister Gen. Observantium] sit reformandus? utraque parte sæpe sæpius, in facto, & jure, desuper informante, & auditâ; ad relationem ejusdem Em. Card. Muti [causâ acerrimè in plenâ Congregatione discussâ] S. Rit. Congregatio respondit: *Nihil innovandum,* & *Ministrum Generalem de Obs. legitimè usum fuisse,* & *uti posse titulo, cum inscrip-tione: MINISTRIGENERALISTOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM.* Et ita servari debere mandavit. Romæ 22. Martii. 1631. (L.S.)

C. Episc. Portuens. Card. Pius.  
F. Tegrimius Episc. Assis. Secret. in  
Regest. hujus Congreg. fol. 47.

XXXIII. **H**inc est, quod inter Genera-les Ord. FF. Min. S. FRAN-CISCI, solus Generalis FF. Min. de Obs. una cum Generalibus aliarum Religionum assistat Capellæ S. P. N. Papæ; idéoque non immerito utatur titulo Generalis Ministri to-tius Ordinis. *Vid. Theat. Reg. f. 297. V. Generalis.* Et Procurator Generalis Ord. de Obs. gaudet Præcedentiâ in Capella Papali ante Procuratorem Gen. Conventualium, totumque Corpus de Observantia præ-cedit Conventuales in Processionibus publi-cis Urbis, ex quo Observantium corpore eti-am sunt Pœnitentiarii in Basílica Lateranensi Urbis & Orbis matre. Quare

Quare p̄t̄sens liber, instructio, & doctrina de Tertiariis principaliter dirigitur ad eas tantum personas; quae sub obedientia, vel directione Ministri Generalis totius Ordinis degunt, nec palmites sunt alterius Vineae etiam Franciscanæ, sub cura & vigilancia alterius Custodis, vel agricultorū collocatae per S. Sedem, sive ulla, cum nostra Religione (quoad gubernium) unitate, vel communione; suos enim quisque scieret diriger alumnos; nec honestum sat's videbitur, velle falcem mittere in messem alienam; quando omnes intactos in suis juribus, titulis, & prærogativis intendimus venerari, & ab omnibus honoratos gaudebimus circumspicere.

Divisio autem hujus tertii Ordinis de Pœnitentia in tres Status, sub unâ eadēque appellatione, & diversis Statutis (prout exigit diversa Statuum conditio, videri potest in Breve: Clem. 7. Ad uberes. Pauli 3. Ad fructus. dato 5. Non. Jul. 1547. In quo ultimo extensè continentur, tam Statuta Fratrum & Monialium tertii Ordinis, Vota Religionis emittentium) ex quibus duo primi Status constellantur; (quam etiam Tertiiorum utriusque sexus talia vota non emittentium, & in propriis ædibus commorantium. Bull. Leonis X. Inter cetera 13. Bullar. To. I. Nos juxta Domini voluntatem pretiosum à vili separantes. De quibus plura dicentur C. sequent.

## C A P U T XI.

Quomodo distinguitur Ordo Tertiiorum à Confraternitate Chordæ, & aliis Confraternitatibus?

Et

An Promissio, & Professio Tertiiorum sit votum obligans sub peccato, distinctum à Proposito?

XXXIV. R Esp. cum Officiali Curiæ C. 14. quo ad Confraternitatem  
Vineæ Seraphica.

Chordigerorum distingui à tertio Ordine de Pœnitentia. Nendum: quia hic ab ipso B. P. FRANCISCO anno 1221. originem habuit; ille vero ab ejusdem Seraphici Patris Filio Sixto V. ut patet ex dicta constitutione: Ex superna. Sed etiam, quia Chordigeri fune duntaxat à Superioribus benedicto cinguntur, & quibusdam solis Statutis ab Ordinario approbatis; non autem Regulâ, à summa Sede approbatâ reguntur. Cum ex opposito Tertiarii hujusmodi Regulâ gubernentur, & præter Chordam (quam iis expressè concedunt Statuta C. 3. a Paulo III. Constit. Ad fructus. 5. Non. Jul. 1547. Director. 3. Ord. pa. 28. n. 16. & ab Innocentio XI. confirmata 28. Jun. 1686. Utuntur etiam Habitū distincto, vel saltem amplio Scapulari juxta locorum consuetudinem, ad quem solummodo debent recipi per habentem potestatem à Ministro Generali, ut ait Paulus III. in Constit. ad fructus C. 2. Imò Tertiarii emittunt votum, faciuntque professionem voentes Regulam ab Ecclesia Catholica approbatam in manus Prælati, in facie Ecclesiæ; servant Annum Novitiatū; quo completo admittuntur ad approbatum istum verum à summis Pontificibus tertium Ordinem, ab omnibus, & singulis Confraternitatibus distinctum.

## Forma Professionis Tertiiorum.

Ego Frater (Soror) promitto Deo omnipotenti B. Mariae semper Virgini, & B. P. Francisco, omnibus Sanctis, & tibi Pater; observare toto tempore vitam mea Regulam Fratrum (Sororum) de lenitentia, institutam à S. P. Francisco, & per Papam Nicolaum IV. confirmatam; & promitto me servaturum omnia divina Precepta, ac etiam satisfacturum [ut convenit] de transgressionibus, quas contra hunc vivendi modum

F

com-

*committam; cùm, & quoties à meo Visitato-*  
*re interpellatus (interpellata) fvero.*

Quæ forma Professionis est ad norman dispositionis C. 2. ejusdem Regulæ à Nicolo IV. approbatæ ad constit. *Sup. montem.* Cùm autem idem Nicolaus IV. in C. 20. Regulæ dicat: *Caterum in præmissis omnibus (ad qua Fratres vestri Ordinis ex divinis Preceptis, vel Statutis Ecclesie tenentur) nullum ipsorum ad mortalem culpam volumus obligari; sed impositam sibi Pœnitentiam pro transgressionis excessu promptè humilitate excepit, & efficaciter exequatur,*

Hinc oritur difficultas: an illud votum observandi Dei Mandata sit verum votum, per quod inducatur nova obligatio ad observandæ Præcepta divina; adeo: ut (si Professus hanc Regulam aliquod Præceptum transgrediatur) committat duplex peccatum; alterum causâ Præcepti transgressi; alterum ratione voti violati, & de hac circumstantia teneatur se accusare in confessione? Ratio difficultatis est, quod omne verum votum obligacionem inducat in conscientia, alias esset quædam voti fictio, & stulta promissio. De quo *Vid. Sanch. in Decal. L. 4. C. 1. n. 24.* ideoque ad hanc difficultatem respondent Port. V. Tertiær. n. 5. *Peyrin. To. 1. de Privil. in constit. 18. Jul. p. 2. §. 2. n. 2 Lezan.* *To. 1. p. 2. C. 14. n. 12. Donatus Praxi Regul. To. 2. pa. 2. t. 16. q. 8. quo ad tenorem. c. 20. Regula à Nicol. 4. in dicta Constit. confirmata P. Gaud. Kerckhoven in Star. gen. 6. 7. f. 25. n. 3. Official. Curia C. 52. Quoad Tertiarios. Tamb. in Decal. l. 3. c. 11. & Gob. To. 3. Oper. Moral. p. 1. Casu 1. n. 7. quod hi Tertiarii) licet utantur verbo (*vovo*, vel *promitto*) vi illorum verborum tamen, tum ex intentione Papæ, tum ex parte Prælatorum Ordinis, ad Professionem acceptantium, tum ex parte profitentium, nullam novam obligationem contrahant, quoad culpam; nec es-*

se propriè votum, sed tantum analogicè. Quare tò *vovo*, vel *promitto*, idem valet, ac propono. Vel si aliquo modo sit promissio; tantum est promissio quædam generalis, & communis, similis illi, quam in Baptismo omnes faciunt, abrenunciandi Diabolo, & pompis ejus, seu non pecandi, quod non inducit specialem obligationem. Sicque (ait Portel) responsum fuit Conimbricæ 1608. per sex Doctores. Sicque intelligit Portel cum Officiali Curiae, non tantum de obligatione ad mortale, sed nec ad veniale peccatum. Nam licet *Nicolaus IV.* declareret: nihil in illa Regula obligare ad culpam mortalem, taceat autem de culpa veniali; communiter tamen id ita receptum est, ut Regula tertii Ordinis nequidem ad culpam veniale obliget. Prout Pontifices varii id declararunt apud *Lezan.* *sup. & Offic. Curie in 13. Constit. Leonis X. Inter cetera Bull. To 1.* Omnia & singula in præsenti Regula sunt Consilia ad salvandas facilius Animas Viatorum, & nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale vel veniale, nisi quis humano vel divino Jure foret obligatus. Obligantur tamen Fratres & Sorores de Pœn. facere pœnitentias sibi à Superioribus impositas, quando desperaverunt.

Quare similiter *Expos. Reg. 3. Ord. C. 2. q. 4.* Illam Tertiiorum Professionem continere verum votum, adeoque obligationem aliquam in Conscientia causare, & substantialiter distingui à Proposito. Notum enim est ex Theologia: posse voventem etiam materiam gravem se ad solam veniale culpam, posse etiam se ad solam pœnam obligare. In priori casu erit verum & absolutum votum; at in posteriori conditionatum; tuncque propriè & directè vovetur pœna sub conditione delicti futuri.

Dum ergo nostri Tertiarii vovent servare  
Man-

Mandata Dei , & satisfacere pro transgressione Regulæ (prout convenit) idque eo modo , quo Regula obligat , dici potest ; quod transgrediendo Mandata Dei (præter culpam omnibus eadem transgredientibus communem) insuper contrahant vel culpam venialem istius voti , vel saltem , quod sub peccato veniali teneantur implere pœnitentiam sibi pro transgressione Regulæ à legitimo Superiore impositam . Sicque (quomodo cumque sumatur) votum Tertiiorum erit verum votum , scilicet absolutum , vel conditionatum . Nec vota similia nova sunt in Ecclesia Dei . Nam Dominicanoi vovent vivere juxta Constitutiones sui Ordinis , & tamen (ut ait S. Tho. 2.2.q. 186. A. 9. ad prim.) hæc constitutiones ex genere suo non obligant ad culpam nec mortalem , nec venialem , sed solum ad pœnam taxataim sustinendam , utique quia non fuit mens Pontificis eas confirmantis , illos aliter obligare . Ex quibus patet , quam suave sit jugum hujus Regulæ , quam profiteri aliquando timent anxie conscientiæ , ne novas obligationes incurvant , sed tales piarum mentium more culpam timent , ubi nullum est culpæ periculum . Tertii enim Ordinis præcipuum Institutum hoc est , ut Fratres & Sorores finito anno Probationis confiteantur , servare Regulam his comprehensam , quod nimirum catholicè & sanctè vitam instituere satagant , Dei Præcepta , certaque quædam jejunia , & abstinentias obseruent , Horas Canonicas , vel certum numerum Orationum Dominicantium recient , viliorique Habitum (prout tamen Superioribus visum fuerit ) utantur . Ita verò hæc præscribuntur ; ut amantem invitent , transgressorem autem duplicitis peccati reum non constituant , nec quæcumque aliorum istius Regulæ Præceptorum prævaricatio culpam inducat ; sed tota Regula tantum ad pœnam à Superiore , Visitatore , aut

Confessario impositam , humiliter , perse loquendo , implete tenebuntur . Prout generaliter circa ejusmodi Regulas , & Statuta ad pœnam obligantia tradit . Cajet . 2. 2. q. 189. A. 9. in Com . D. 3. Rhoderiq. noster To. 1. q. Reg. q. 10. A. 6. & alii plures ; qui etiam per se loquendo sustinent probabile , quod nequidem sub veniali teneantur similes pœnas implere .

## C A P U T XII.

De Exemptionibus Tertiiorum ,  
Privilegio Canonis & Fori , Sepulturâ  
eorundem , & administratione  
Sacramentorum .

**X X X V .** **P**RÆTER Tertiarios claustrales , ve-  
ros Religiosos , & Religiosas , essen-  
tialia vota in Religione approbatâ emittentes :  
*Leo X. Conſtit. Dum intrâ 22. edita in Concil.  
Lateran.* meminit , & plura disponit circa alios  
Tertiarios , & Tertiarias vota solemnia non  
emittentes ; pro ut sequitur .

Fratres & Scrores Tertiis Ordinis in priis ædibus habitantes , Sepulturam (ubi voluerint ) eligere valeant ; sed die Palchatis tantum Eucharistiam ; nec non Extremam Unctionem , cæteraque Ecclesiastica Sacra-  
menta (Sacramento Pœnitentiæ duntaxat ex-  
cepto) à proprio Sacerdote recipere , & onera ,  
qua Laicis incumbunt , perferre eneantur , ac  
in foro sæculari coram judicibus sæcularibus  
conveniri possint . Collegialiter autem viven-  
tes , seu cum Claustralibus habitantes , ac  
mulieres virginalem , seu cælibem , aut ca-  
stam vidualem , expresso voto , & sub di-  
cto Habitum vitam ducentes privilegiis (qui-  
bus Fratres Ordinis Habitum tertiae Regulæ  
gestantes gaudent) etiam gaudere debe-  
ant .

F. 2

Qui-

Quibus anno 1616. 20. Decemb. acceſſit Decretum S. Congregationis Epifc. & Regul. apud Official. Curia C. 52. quoad Tertiarios f. 402. & Nicol. flosc. 5. Tert. n. 2. tenoris infrascripti. Ad tollendas omnes contentiones inter Epifcopos, & Superiores Regulares super immunitate & exemptione Tertiariarum, quæ in privatis ædibus degunt, (Vulgo Birroche) ſeu alio quovis nomine dictarum: imprimis & ante omnia in memoriam revocat ea, quæ S. Congregatio Concilii in illa Sententia refolvit; videlicet: S. Congregatio Concilii ſæpius respondit, minimè posſe Sacerdotes Regulares mulierum Tertiī Ordinis (quas de Pœnitentia, vel Birrochas vocant) Confefſiones Sacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad personas ſeculares audiendas; uti nec poſſe iis Euchariftiæ Sacramentum in die Paſchæ administrare. Verū, quoad Sepulturam, aliāque privilegia FF. Tertiarios (qui Habitum tertiae Regulæ aſſumpſerunt) privilegiis potiri, & ab Ordinarii Jurisdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, aut cum Claſtralibus habitent; & mulieres, ſi virginalem ſeu cælibem, aut caſtam vidualem vitam expreſſo voto, & ſub habitu duxerint. Utī caveretur Conſtit. CC. Lateran. ſub Leone X. quā habetur Sess. 21. in fine.

Ex eodem Decreto CC. Lateran. ſub Leone X. & ex Decreto S. Congreg. Epif. & Reg. 20. Decemb. 1616. Tertiarii viventes, ſervientes, & habitantes cum Claſtralibus, gaudent eorum privilegiis, dummodo Professionem emitant, ſicuti faciunt ſeculares in ſeculo viventes. Conſtit. CC. Later. ſess. 11. in fine. Vide Theat. Reg. V. Tert. In hoc autem voto mulierum (alia duo) ſcilicet paupertatis, & obedientiæ (nequaquam includi; quin imò hujusmodi mulieres) ſi virginalem, aut cælibem vitam, ſub publico

Habitu Tertiī Ordinis ſimpliciter & expreſſe voverint) etiam in Consanguineorum & Affiniū fuorum, aut propriis domibus habitantes ſupradictis Ordinis privilegiis (cujus tertiae Regulæ Habitum deferunt) exemptioneque ab Ordinarii Jurisdictione frui debere, declaravit Leo X. conſtit. edita 1. Martij 1518.

Quod si Fratres & Sorores Tertiī Ordinis plus prætendant vigore conſuetudinis? poſſe juſ ſuum profequī in judicio ordinario. An autem prædicta qualitates in Tertiariis concurrant, judicium eſſe penes Ordinariū loci. Præterea, ſi contingeret aliquas ex prædictis Tertiariis ſinē Sepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes in Ecclesiis Ordinis (cujus Habitum aſſumptiſerunt, ſique in iis earum Sepulitura communis reperiatur) ſin minus? in Ecclesiis Parochialibus ſepe liendaſ eſſe decernit.

Tertiarios etiam tales collegialiter viuentes cum Habitū Tertiī Ordinis (quem cum licentia Epifcopi publicè portant cum Voto Caſtitatis, ſingulisque antea requisitis) de quibus Epifcopo, vel ejus Vicario conſtarē debet; gaudere privilegio fori, & exemptione à laicā jurisdictione, & gabellis. ſæpius censuit S. Congregatio Immunitatis in una Interamn. 10. Novemb. 1638. apud Monacel. Form. p. 1. form. 14. Tit. 6. Offic. Curia Eccl. C. 52. quoad Tert. Unde conveniri debent coram Judice conservatore illius Religionis, cuius Habitum portant. Ex quibus patet, alios Tertiarios, & Tertiarias, in propriis ædibus habitantes, & Habitum publicè non portantes non gaudere privilegio fori. Ex eadem S. Cong. Immunit. in Tricar. 7. Sept. 1638. & ex S. Cong. Conc. apud Fagn. in 2. ad C. nullus. de foro comp. n. 71. Proteguntur etiam à privilegio Canonis: Si quis ſuadente, &c. collegialiter viuentes, & Habitum publicè geſtantibus, vel cum Claſtralibus ha- bitan-

bitantes. *sup. ex constit. Leonis X. Annume-*  
*rantur enim quoad hoc personis Ecclesiastici-*  
*cis. Fagn. l. c. n. 65.* Nam se Deo conse-  
*crarunt, & conservarunt per expressum*  
*votum simplex castitatis, & per professio-*  
*nem servandi Regulam Tertiī Ordinis à S.*  
*Sede approbatam, in Habitu [prævio ex-*  
*mine Episcopi] à legitimo Superiore suf-*  
*cepto.*

Tolerari etiam non debet, quod Tertiarii,  
 licet domi viventes comam nutriant cum in-  
 decentiā Statūs, & scandalo populi. Ita man-  
 davit *S. Cong. Ep. & Reg. 4. Aug. 1625. flosc. Nicol. V. Tert.* Sed mulieres Tertiariæ,  
 aliique Tertiarii, in dominis Sæcularium,  
 vel propriis, extra Clausuram, & Congrega-  
 tionem viventes, nec exteriū portantes Ha-  
 bitum, his privilegiis non potiuntur. *Bullā:*  
*dum intrā mentis. Data in CC. Later. 1516.*  
 Sed relinquuntur sub constitutione *S.Pii V.*  
*editi à Roma 1596. 4. Kal. Julii, quæ incipit:*  
*Cura Pastoralis. Kerckb. C. 7. §. 25.* Quare Ter-  
 tiarii & Tertiariæ habitantes in propriis ædi-  
 bus, sicut alii Laici, privilegio nedum fori  
 & exemptione à Jurisdictione laica, sed nec  
 à gabellis gaudent. Ita rescriptit *S. Congrega-*  
*tio Imm. in Tricar. S. Cong. CC. apud. Fagn.*  
*in 2. de foro comp. & Flosc. Nicol. V. Tertiarii.*  
 Attendum etiam est ad consuetudinem  
 locorum; quamvis enim tempore *S. FRAN-*  
*CISCI Fratres, & Sorores passim Habitum*  
 patenter gestarent in Regula præscriptum,  
 ut etiam in variis Hispaniæ & Italiae partibus  
 usus obtinuit; id tamen in partibus Germaniæ,  
 justis de causis, immutatum est; ideo-  
 que in iis partibus claustraliter non viventes,  
 Scapulare & Chordam induunt, sub Habitū  
 exteriori, servientes Deo, qui videt in abs-  
 condito. Habitū autem exterior debet esse  
 modestus, & ab omni mundo fastu peni-  
 tus alienus; secundū statum tamen & con-  
 ditionem personarum; ut bene notat *P. For-*

*tun. Huber de 3. Ord. pa. 1274. Et ordina-*  
*vit Julius II. in Compend. Privileg. f. 521.*

## C A P U T XIII.

Quis possit assumere Fratres & So-  
 rores de Pœnitentia etiam in  
 Sæculo viventes ad Habitum  
 & Professionem?

XXXVI. **C**um à primordio Ordinis S.  
 FRANCISCUS Tertiarios &  
 Tertiarias etiam in sæculo viventes ad Habiti-  
 tum & Professionem admiserit; nullus nisi  
 temerarius & præsumptuosus disputare au-  
 debit, quod Minister Gen. totius Ordinis  
 Fratrum Minorum, ex Titulo Suæ Præ-emi-  
 nentia, ac Jurisdictionis super Ordinem uni-  
 versum, tanquam vero Successori S. FRAN-  
 CISCI, & indistinctè ubique terrarum Præ-  
 lato, ratione suæ supremæ Dignitatis, atque  
 Prælaturæ in Ordine Seraphico competat Tertiarios  
 ad Habitum & Professionem admittere,  
 siquidem in re ipsa, & radicali Jurisdictionis  
 Jure fundatur Ministri Gen. totius Ord. S.  
 FRANCISCI Præ-Eminentia; tum ex Ti-  
 tulo, tum ex actuali Praecedentia in Capella  
 Pontificia, tum à consuetudine immemo-  
 riali; imò ab ipso Religionis hujus exordio  
 Jus conferendi Habitum Tertiī Ordinis Sæ-  
 cularibus, Seraphico P. FRANCISCO, ejus-  
 que legitimis Successoribus, à primo Gene-  
 rali totius Ordinis post B. FRANCISCUM  
 ex Electis secundū Regulam, usque ad ho-  
 diernum n. 76. Summi Pontifices attribue-  
 runt, qui hanc potestatem Ministris Provin-  
 cialibus commiserunt, & hi Provinciales ju-  
 stis de causis, vel per se, vel per alios Patres as-  
 sumere possunt ad Investitionem & Pro-  
 fessionem, vel publicè in facie Ecclesiae, vel  
 privatim coram testibus, tam viros quam  
 mulieres.

Etenim vivente B. FRANCISCO Tertiarii Habitum ab eodem, & ab ejusdem Fratribus Min. de anno 1221. usque ad S. Patris mortem suscipere consueverunt. Ut ex Lib. Mon. Ord. Min. ex Lib. Firmam. 3. Ord. L. 5. & ex Episc. Port. parte 1. Chron. Min. L. 1. C. 33. & L. 9. C. 1. & reliquis per tot. & in Chron. Illni Archi-Episc. Mant. p. 1. §. cum autem pa. 3. & ex Mirand. super Reg. Tert. à C. 13. f. 170. usque ad C. ult. de viris illustribus hujus Ordinis appetet.

Primus fuit B. Luchesius, & ejus uxor B. Bona de anno 1222. nec non aliæ multæ Personæ Nobiles, ut Petrus de Coll. & Brunus, magnæ perfectionis viri, aliquæ plures de populo Canario, vel Cornetio à B. FRANCISCO Habitum suscepereunt. Inter quos de anno 1223. numeratur Bartholomæus Cumanus, Advocatus, & Procurator. Anno 1224. vestitus fuit à S. Patre Matthæus Rubius Cajetanus, qui fuit Pater bon. mem. Nicolai III. Ita Chron. Archi-Episc. Mant. p. 2. L. 9 C. 9. Mirand. C. 14. Anno 1226. idem S. Pater vestivit in Florentia Orlandum Chiusi, qui &c oblitus Ordini Montem Alverniam, cuius erat dominus. p. 2. Chron. L. 1. C. 52. Eodem anno simpliciter fuit vestitus ab eodem Sancto, Comes de Monte Aculo (dictus Albertus, cui etiam donavit suum Habitum, qui hodie adhuc videtur Florentiae. Anno 1231. S. Elisabeth Hungariae Regina suscepit Habitum à F. Conrado, ejus Confessori Minoritâ. p. 1. Chron. L. 3. C. 10. Anno 1246. B. Humiliana accepit Habitum à F. Michaële de Florentia. ita Episc. Port. p. 2. Chron. L. 1. C. 52. Anno 1277. B. Margarita de Cortona accepit Habitum à Fratribus Minoribus. p. 3. Chron. L. 4. C. 19. ut ipse Christus crucifixus retulit, suo ore dicens eidem Margaritæ: Recordare mulier; quomodo nolentibus FF. Minoribus te Ordinem illum & Habitum suscipere: ego fe-

cerim, ut admirereris ab ipsis. Ita in antiquo Chron. Ulyssip. Anno 1309. S. Elzearius Comes Ariani (cum S. Delphina Conjuge sua) sumpsit Habitum à Minorita Confessario suo, quem quidam dicunt fuisse F. Franciscum de Mayronis subtilissimi Scotti Commentatorem. p. 2. Chron. L. 9. C. 20. Anno 1325. S. Elisabeth Regina Portugallie, defuncto Rege Marito suo, suscepit Habitum in Monasterio S. Claræ, Conimbricæ, ibique sub Obedientia Fratrum Min. usque ad mortem permanxit, de quo extat Bulla Urbani VIII, anno 1626. declarans Habitum ejus fuisse Tertiæ Ordinis, idemque S. Rit. Cong. declaraverat. uti p. 2. Chron. L. 7. C. 26. Orb. Seraph. Tom. 2. edito Lugduni. 1685. fol. mihi 808. Anno 1351. B. Conradus Placentinus Habitum suscepit Franciscanum Tertiæ Ordinis, & apud Netinos in Sicilia Eremita in Xenodochio, & uxor ejus Placentiae Velum suscepit. Ita Urbanus VIII. in Let. Breviar. Anno 1356. B. Michaëla in Conventu Fratrum Min. orans vocem audire meruit Crucifixi, ibique Habitum Tertiæ Ord. suscepit. ita p. 2. Chron. L. 8. C. 17. Anno 1415. Robertus de Malatesta, Dux de Arimino, summè addictus B. FRANCISCO (a quo mediâ nocte suscitabatur ad Matutinum) IV. Octobr. audivit S. Patris vocem: Vade ad Conventum FF. Minorum, ibique suscipes Habitum Tertiiorum, erisque filius meus. p. 3. Chron. L. 2. C. 20. De anno 1595. extant 17. Martyres Japon. Tertiæ Ord. per Fratres Minores conversi, & ad hunc Ordinem assumti, nec non per Urbanum VIII. inter Martyres Tertiæ Ordinis Alumni declarati, qui principale ejusdem novi Orbis decus & ornamentum existunt. Apud Indos etiam innumeri extant ad Tertium hunc Ordinem per Fratres Min. admissi, in quo & in Fide Orthodoxa uberrimos fructus ediderunt. De quo infinitæ relationes illorum regno-

regnorum factæ sunt ad S. Cong. de prop. Fide. Et ab anno 1600. ex tota Hispania sufficientissima producta sunt in publicis Actis Romæ testimonia , de collatione Habitū Tertiariorum , & Tertiariarum Sæcularium per Fratres Minores in omnibus Hispaniarum partibus ; uti &c in Provincia Portu-Galliæ per Fratres Minores vestiti sunt Tertiarii 1800. uti scribit Gubern. de anno 1687. Orb. Seraph. L. 12. C. 5.

Ex quibus relationibus Rota Romana decidit 1635. 17. Decembr. contra Regulares Tertiarios , qui 200. annis (post Ordinem Religiosum Fratrum Minorum ab anno 1708. inchoatum) numero verorum Religiosorum, & Regularium sub Leone X. sunt adscripti ; Fratribus Minoribus Observantibus competere jus absolutè dandi Habitum Sæcularibus Tertiariis ; Tertiariis verò Regularibus , eorumque Ministris competere illud Jus dependenter à Ministro Generali totius Ordinis. de quo extat Edictum Cardin. Barberini . S. R. E. Vice-Cancellarii , totiusque Ordinis S. Francisci Protectoris , Gubernatoris, & Directoris de anno 1640. 22. April. in Orbe Seraph. L. 12. C. 5. idem pronuntiavit S. Rota Ulyssipone Jus conferendi Habitum competere Fratribus Minoribus de Obs. 27. Jun. 1636. coram Merlino apud Tamb. de Jure Abbat. Decis. 9. Official. Cnria C. 22. Et expresse habetur in Constitut. Sixti IV. apud Conf. p. 1. de privil. Mendic. in qua pleno jure Fratres Tertiī Ordinis (exclusis etiam locorum Ordinariis) subjiciuntur Generali , & Provincialibus Ordinis FF. Min. de Obs. vel Conventualium , cum facultate , pet se , vel per alios , suos Fratres visitandi , & cortigendi , etiam per ablacionem Habitū , illūmque dandi volentibus Ordini aggregati , ac constituendi Visitatorem Religiosum, moribus , & ætate idoneum. Vide Constit. Exponi nobis. Alexandri VII.

1657. 28. Julii. Et clausulas aliorum Brevis um infrareferendas c. 16. n. 40. & C. 20. & C. 21. Kerckbo. C. 7. §. 25. de admissione Secul. ad 3. Ord. quæ potestas ita restricta est ad Prælatos FF. Min. de Obs. & Conventualium ; ut [qui præfatum Habitum à Prælatis Ordinis Seraphici non recipiunt] favoribus , & Indulgentiis Ordini isti concessis non potiantur. Juxta Bullam Innocentii IV. Vota Devotorum. Datam 1246. Nicol. IV. Unigenitus Dei Filius. Datam anno 1292. Martini V. inter cetera. datam 1471. S. Pii V. Ea est Officii. Datam 1568. Unde mirum est , inquit. Lantosca in Theat. Regul. f. 168. quomodo quidam Ordinarius adserit in quadam Ecclesia novam Congregationem Tertiariarum S. FRANCISCI , quæ acceperunt Habitum Tertiī Ordinis à FF. de Observantia ; à quorum gubernio & jurisdictione recesserant propter dissensionem ortam ; sèque sponte submiserant Ordinario ; qui eisdem assignavit Presbyterum Cathedralis Ecclesiæ pro Confessario, ac Moderatore in Spiritualibus ; ipse Ordinarius autem conferebat Habitum mulieribus volentibus aggredi huic Congregationi , & chordam benedictam , quasi foret verus Prælatus Ord. S. FRANCISCI. Quibus prænarratis , queritur de validitate ? Pro responsione sciendum : quod Innocentius IV. ad petitionem Confratrum Tertiī Ordinis de Pœnitentia mandaverit universis Provincialibus Ord. FF. Min. ut opportuni temporibus , vel per se , vel per alios FF. idoneos visitarent prædictos Confratres , & Ministros Tertiī Ord. cùque regularibus disciplinis instruerent , corrigerent , & reformatarent , tam in capite , quam in membris , ea , quæ officio correctionis , & reformationis cognoscerent indigere. Quod idem confirmavit , ampliavit ; & de novo concessit in specifica forma pro Ministro Generali , Vicario Generali , & Provincialibus Ord.

Ord. FF. Min. de Obs. ubique terrarum *Sixtus IV.* anno 1. sui Pontificatus. in Bullæ, quæ incipit. Romani Pontificis providentia. in Bull. Rhod. Bullæ 4. hujus Pontificis. Cum facultate, charitatib[us], in capite, & in membris eos visitandi, & juxta Statuta dicti Ordinis eos reformandi, & corrigendi, etiam per ablationem mantelli, & Habitū Tertiī Ordinis, si qualitas excessus id exegredit, volentesque Tertio huic Ordini aggregari recipiendi, eisque Visitatorem assignandi eādem auctoritate licentiam & facultatem concedimus, districtiū inhibentes locorum Ordinariis, aliisque quibuscumque personis (cujuscunque statū, gradū, vel conditio- nis existant, & quācunque auctoritate fun- gantur) ne prætextu quarumvis litterarum, & facultatum iisdem fortè concessarum, & pro tempore concedendarum; de præmissis, quæ ad vos spectant, se quomodolibet immi- scere præsumant, ac decernentes, ex nunc irritum, & inane; si secus super his per quācunque personas, quāvis etiam auctoritate pollentes, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Siquis autem hoc attentare præ- sumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Hæc sunt verba Bullæ. His suppositis patet, præfasas Tertiarias, quæ indebet recesserunt à Jurisdictione Ministri Provincialis de Observantia, non amplius numerari inter Consorores Tertiī Ordinis, privarique omnibus Indulgentiis, Indulcis, & gratiis spiritualibus Tertio Ordini de Pœn. concessis. Habitūque collationem, & Chor- dæ benedictionem, quam exercet præfatus Episcopus, in volentes aggregari Congrega- tioni Tertiariarum, seu Chordigerarum; nullius esse valoris ob parentiam auctorita- tis. Nam *Sixtus IV.* in dicta Bulla, Præla- tis Ordinis Fratrum Minorum tantum, sive Conventualium, sive de Observantia con-

cessit facultatem conferendi Habitum tertii Ordinis. Aliud foret, si de licentia Sedis Apostolicæ Congregatio Tertiariarum subji- ceretur alicui Episcopo; tunc enim gauderent eisdem Indulgentiis, Tertio Ordini concessis. Ut sapientis Romæ decimum est.

Nec Conventuales prætendere possunt, quod Fratres Minores de Observantia, ubi ipsi sunt, non conferant formalem Habitum Tertiariis. Contra eosdem enim id præten- dere præsumentes resolvit *S. Congregatio Episc. & Regul. in una Reatina* 1689. 12. *Ang. ut in Registro 27. Curie Cis-Mont. Ara Celit. habetur.* Item contra eosdem Fratres Conventuales decisum & pronuntiatum est in *S. Rota coram Pet. A.C. in Sarnensi.* 1700. 27. Martii pro FF. Min. de Observantia.

An FF. Capucini admittere possint ad Ha- bitum Tertiī Ordinis, præsertim mulieres, eaque spiritualiter dirigere? meum non est hic examinare. Multas inhibitiones Fratribus Capucinis factas à *S. Congreg. Episc. & Reg. affert. Orb. Seraph. L. 12. C. 5. & Offic. Cur. C. 52.* in specie, varia Decreta Apostolica, ut abstineant à munere admittendi præsertim mulieres ad Tertiī Ordinis Habitum *Anno 1672. 20. Martii.* quibus 10. Octob. ejusdem anni accessit confirmatio *Clementis X. Constit. Exponi nobis.* Qui in terminis disponit; (ne imposterum Fratres Capucini in admittendis mulieribus ad Habitum Tertiī Ord. S. FRANCISCI, sive in ipsis dirigen- dis se ingerant, auctoritate Apostolicâ præ- sentium interdicimus, ac prædictis FF. Ca- pucinis perpetuum super præmissa silentium imponimus.) *Orb. Seraph. To. 2. L. 12. C. 5. n. 107.* Nihilominus A. R. P. Gaudentius Kerckhoven Provincia Comitatus Flandriæ FF. Min. Recoll. in suis Comment. C. 7. §. 25. in favorem PP. Capucinorum adducit Breve, & Privilegium Capucinis à *Clemente X.* Romæ 1675. 20. Febr. datum. Quo De-

Decreto dato non dubitant amplius id praeticare; quantumvis aliqui contendant, nullum novum Jus Capucinis ex eo tribui, sed solùm permitti; ut utantur & maneant in Jure suo antiquo; adeoque si ante hoc Decretum jus nullum habuerint; nec modo habent. Interim nos gaudemus, & favemus, ut suis privilegiis utantur, quando omnes intactos in suis Juribus, titulis, & prærogativis intendimus venerari.

## CAPUT XIV.

Exhortatio pro Receptione Habitū Tertiī Ordinis S. FRANCISCI de sumpta ex Sermone 27. Rosarii Ven. Servi Dei Bernardini de Bustis, qui sub annum 1500. florebat.

**XXXVII.** **C**onsilium vobis trado de assumptione statū pœnitentialis; ipse enim D. JESUS (cujus vestigia imitari debemus) opera pœnitentiæ fecit, & austerioritatis. *Matt. 4.* quamvis pœnitentiâ non egebatur. Quod quidem egit, ut nos ad pœnitentiā animaret. Ideo si non vultis totaliter mundo renunciate per Religionis strictæ ingressum, juxta consilium Christi docentis *Matt. 19.* *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Saltem tertium Ordinem B. FRANCISCI suscipe, si legitimo impedimento non esset impeditum. De Regula enim illa dici potest illud *ad Gal. 6.* *Quicunque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei.* Inter alias enim figuræ & oracula Religio S. FRANCISCI fuit figurata *Gen. 40.* ubi Joseph Patriarcha vidit vitem cum tribus propaginibus florere; hæc enim vitis significavit B. FRANCISCUM, qui fuit similis Christo, ita ut de eodem dici

Vinea Seraphica.

possit illud; quod ait Joannes *Apoc. 1.* *Vidi similem filio hominis.* Quod probat Mag. Barthol. *Pisanus in lib. Conform. S. FRANCISCI* cum Christo, ipse autem D. JESUS de se ipso ait *Joan. 15.* *Ego sum vitis vera.* Similiter B. FRANCISCUS dicere poterit illud *Eccl. 24.* *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.* Et Flores mei fructus honoris & honestatis. Hæc enim vitis (*S. Franciscus*) emisit tres propagines, id est, tres Ordines, à quibus multi flores & fructus suavissimi emanarunt. *De primo enim Ordine* emanavit post ipsum S. Patrem tanquam flos amoenissimus, & fructus celeberrimus S. Antonius de Padua & S. Ludovicus Filius primogenitus Regis Siciliae, trium Regnum ex Jure haeres; sed relictis omnibus tractus odore vineæ Franciscanæ factus est pro Domino pauper Frater minor. Item S. Bonaventura S. R. E. Cardinalis de Balneo Regio. Episcopus Albanensis. S. Bernardinus de Senis. Et quinque SS. Martyres apud Marochium passi cum aliis quam plurimis Martyribus. De quorum Martyrio tractat Mag. Barthol. *Pisanus fructu 5. Conf. 8. p. 2.* De aliis Ss. Tribus miraculorum fructu, vitæque gloriæ clarissimis longum nimis foret in parvo compendio recitare.

*De secundò etiam Ordine* produxit plures flores, & fructus. scilicet: S. Claram de Assisio, cum B. Hortulana matre, & B. Agneta sorore sua. Item S. Agnetem filiam Regis Poloniae, quæ erat sponsata Friderico II, Imperatori, sed spredo Sponso, regnique deliciis intravit Ordinem S. Claræ, multisque claruit miraculis. Item produxit S. Salomæam de domo Illustrissima Regis Poloniae. S. Helenam de Padua. B. Claram de Viterbio, & S. Catharinam de Bononia, cui persæpe apparebant illi Sancti, de quibus Officium recitabat, cujus corpus in hodiernum usque diem adhuc integrum, & palpabile

G.

bile monstratur : si autem quis peccato lethali fœdatus illud visitet ? eidem sancta Catharina adhuc post mortem quasi viva faciem turbulentam ostendit ; si vero in gratia, & amicitia Dei fueris : faciem tibi jucundissimam exhibebit. De aliis Ordinis hujus Sanctis, & propaginis secundæ fructibus plura scribere, angustia libelli non patitur.

*De tertio etiam Ordine* non pauci Flores propullulârunt ; scilicet : S. Ludovicus Rex Franciæ. S. Elzearius Comes Arriani, qui cum S. Delphina conjugé sua perpetuam in matrimonio virginitatem servavit. S. Ivo Juris utriusque Doctor, summae contemplationis vir, cuius caput (cum quondam ad aram ficeret) sub elevatione S. Hostiæ igneus globus visus est ambire. B. Luchesius [teu Lucius] Confessor Ordinem Tertium primâ Sanctitatis notâ illustravit. Item præter S. Nicolatum de Senis, B. Jacobum de Laud Presbyterum, miraculis clarum. B. Petrum Romanum, qui sub Sultano fuit martyrio affectus. S. Bonosum de Vult. B. Petrum de Coll. B. Alexandrum de Perus. B. Leonem Archi-Episcopum Mediolan. B. Gualterium Episcopum Trivisi. B. Richardum Episcopum Fossum-Broni. B. Alexandrum Ss. Theol. Magistrum. B. Carolum, B. Laudonem de Monte Feltro. B. Joannem de Urbin. B. Joannem de Ravenna, B. Forellum de Pupio. B. Bartholom de S. Geminiano. B. Petrum Peñecenacum de Senis. Et B. Robertum Dominum Arimini, B. Tomasutius de Fulgin. Prophetâ & miraculis clarissimus surrexit. Similiter, quoad mulieres hæc propago produxit S. Elisabeth filianu Regis Hungariae, uxorem Landgravii Hassiae & Thuringiae. Item S. Rosam de Viterb. S. Margaritam de Corton. S. Bonadonnam de Podio, uxorem S. Luchesi. B. Claram de Monte Falco, in cuius corde inventus est Crucifixus cum om-

nibus Mysteriis Passionis, & tres parvi globuli in ejus pectore reperti sunt, quorum unus tantum ponderat, quantum duo, & quantum omnes tres simul, nec plus pondent omnes tres simul, quantum unus solus, per quod significatur, ipsam frequentem habuisse memoriam Passionis Christi, & Mysterii Ss. Trinitatis, quæ omnia ego propriis oculis cum corpore ejus incorrupto, pulcherrimo, & candido Româ redux vidi anno 1717. Item B. Elisabeth Imperatricem Romanorum, Uxorem Caroli IV. Regis Boëmorum & Imperatoris, miraculis claram. B. Blancam Reginam Franciæ, Matrem S. Ludovici Regis Francorum, quæ signis & miraculis itidem clavuit. B. Mejam de Sen. B. Paschalinam de Fulgin. quæ duodecim annis quotidie Dominicum Corpus sumpsit, nil aliud manducans; sed illo cibo cælesti refecta, orationi & contemplationi jugiter vacabat. B. Beatrix de Ruscon. Comitissa, & illa Regina Hungariae, quæ construi fecit Cœnobium Campi Regis in Austria & quædam Imperatrix Constantinopolitana cum una Regina Catalauniae, Rex Jacobus, Dux Burgund. B. Bartholomæus de Vignate, cuius Pro-Avi fuerunt Domini civitatis Laudensis cum aliis innumerabilibus Habitum Tertiæ Ordinis induerunt, & ut sancti honoris fructus floruerunt.

Est autem sciendum secundum *Mag. Bar. thol. Pisanum L. 1. Conform. 5.* quod S. FRANCISCUS non statim (ut mundo renuntiavit) prædictos Ordines instituerit; nam (ut dicit Legenda 3. *Sociorum.*) primò vilem Habitum Eremiticum, non alicujus Religiosi, sed pœnitentiale duobus circiter annis portavit; posteaque Habitum, quem suis Fratribus dedit, assumpsit, sique anno secundo à conversione sua Ordinem Fratrum Minorum instituit, scilicet anno M.CC. VII. XVI. Aprilis. Ordinem. S. Claræ anno sex-

## VINEA SERAPHICA.

to à sua Conversione. Ordinem Tertium  
verò anno decimo quarto à sua Conver-  
sione.

Fuit autem S. FRANCISCUS à Deo di-  
rectus in mundum , ad instituendum hos  
tres Ordines (*ut ait S. Bonav. in prol. ma-  
joris Legende*) præfiguratus in Angelo *Apoc.*  
*6. & 7.* ubi ait . quòd fuit à Deo missus An-  
gelus, id est , Angelicus vir FRANCISCUS,  
habens signum Dei vivi , id est , Stigmata  
Domini JESU ; ipsèque D. JESUS revela-  
vit S. Birgittæ , S. Joannem verba dictæ  
prophetiae de nullo alio, quam de S. FRAN-  
CISCO intellexisse , quod ipse S. Bonav.  
legens Parisis , sic verum esse publicè affir-  
mavit; ille etiam est , qui reseravit & ape-  
tuit sigillum Pœnitentialis & Passionalis Cru-  
cis, tempore Friderici II. Imperatoris. Anno  
1206. quando [ut prædictum fuerat *Apoc.*  
*6. factus est terra motus magnus*] scilicet per-  
secutionis Ecclesiæ ( *& Sol. factus est niger.*  
Id est , Dominus Papa , qui tempore hujus  
Imperatoris ob persecutionem fugit, nec in-  
veniebatur, tandem tamen repertus est Vene-  
tiis in Hospitali. *Et Luna facta est sanguinis.*)  
Id est , Ecclesia designata per Lunam, facta est  
sanguinolenta , dum multi Clerici Friderico  
non adhærentes occisi sunt. (*Stelle quoque de  
celo ceciderunt.*] Quoniam multi Prælati per  
stellas designati ceciderunt de celo militantis  
Ecclesiæ per adhæsionem ad Fridericum,  
tempore Friderici enim Romana Ecclesia  
valde vexabatur per Saracenos ab ipso Impe-  
ratore ad partes Fidelium deductos ; ita ut  
pauci auderent Papam , vel Romanam Ec-  
clesiam nominare , nec Christum, vel Apo-  
stolos sequi ; sed vita Christi erat in contem-  
ptum , propter despectum paupertatis , &  
per nimium appetitum divitiarum , & su-  
perbiae ambitionem. Tunc autem, uti testa-  
tur *S. Joannes Apoc. 7. ab Ortu Solis* ( id est  
de civitate Assisi ad Orientem positâ ) *ascen-*

*dit Angelus* (id est, FRANCISCUS puri-  
tate & sanctitate Angelis par, directus à Do-  
mino) *cum signo Dei vivi*, ad renovandam  
perfectionis semitam , prædicandam pœni-  
tentiam jam exoletam , & imprimendam  
memoriam Passionis Christi, figuratus deinde  
per Angelum *Ezech. 9.* cui præcepit Deus,  
ut signaret Tau super frontem virorum ge-  
mentium , & dolentium , ut acceptâ cruce  
pœnitentiæ non timerent Diabolum , aut per-  
secutionem Anti-Christi venturi. Ideoque  
Christus sua Stigmata dedit B. FRANCIS-  
CO, tanquam vestimenta Camerario suo di-  
lectissimo, tanquam insignia Nuntio suo fide-  
lissimo , tanquam Bullam Præconi suo ma-  
ximo , tanquam arma militi strenuissimo ,  
tanquam vexillum valenti suo Capitaneo , ut  
omnes eum securè sequerentur per viam Pœ-  
nitentiæ. *S. Bonav. p. 4. Legend. majoris ait :*  
quod post Religionis approbationem ab *In-  
nocentio III.* factam cœperit S. FRANCIS-  
CUS tractare cum sociis suis : utrum inter  
homines conversari deberet, an ad loca soli-  
taria se conferre ? requisito autem per assi-  
duæ orationis instantiam , super hoc divi-  
næ voluntatis beneplacito, intellexit vir Dei,  
supernæ veritatis illuminatus oraculo, se à  
Domino missum , ut animas lucrifaceret.  
Unde in quodam tuguriolo prope Assisium  
se recollegit , ut pro loco & tempore ad  
populum dicere posset. Sed cùm illo tem-  
pore vir Dei assidue non prædicaret, si-  
cuti postea fecit , quia magis orationi & con-  
templationi , quam prædicationi se dabat,  
raptus est in agoniam dubitationis , an po-  
tius orationi quam prædicationi vacandum ?  
in oratione enim videbatur ipsi lucrum , &  
cumulatio gratiarum , in prædicatione verò  
distributio donorum cælitus acceptorum. In  
oratione est purificatio interiorum affectuum,  
Unio ad unum , verum , summum bonum ;  
in prædicatione verò distractio spiritualium

G 2

affe-

affectuum circa externa , & relaxatio disciplinæ. In Oratione Deum alloquimur, & ipse nos , & quasi angelicam vitam agentes inter Angelos conversamur ; in prædicacione verò multis oportet uti condescensionibus ad homines , inter eos vivendo humana videre , cogitare , dicere , & audire. Pro alia autem parte prædicacionis ponderat argumentum apud Deum , quod D. N. J. C. de sinu æterni Patris descendens verbum salutis hominis loqui , & prædicare voluerit , cuius exemplar intermissa orationis quiere sequendum est. Cum igitur humillimus esset S. FRANCISCUS, non erubesceret à minoribus parva querere , qui magna didicerat à Magistro supremo. Unde F. Massæum socium suum misit ad F. Silvestrum in monte Subatio [ad carceres dicto morantem , tantæque sanctitatis virum , ut , quæ in oratione peteret , à Deo obtineret , cum quo loquebatur , ut amicus cum amico. Ut scilicet Deum enixè pro se rogaret , quatenus indicaret , utrum sibi placeret , an FRANCISCO prædicandum , an verò orationi instantum foret ? Quem in finem etiam ad Virginem Claram misit , ut ipsa etiam cum Sororibus suis divinum beneplacitum desuper exquireret. Confestim ergo F. Silvester cum F. Massæo ad orationem perrexit , cui in extasi revelavit Dominus dicens : Scias , quod Franciscum non vocaverim propter se solum , sed ut fructum facheret animarum , & multos per eum lucraret. Idem etiam respondit B. Clara dicens : se accepisse à Domino , suum beneplacitum esse , si ad prædicandum exiret. Quo percepto Domini Mandato succinxit se ad prædicandum pœnitentiam tanto cum fervore , & fructu ; ut compulsus fuerit divinâ inspiratione instituere tertium Ordinem de Pœnitentia. Quare de illo ait S. Bonaventura p. 4. *Legend. major.* Factus igitur Evangelicus Præco civitates

circuibat & castra , non in doctis humanæ sapientiæ verbis , sed in virtute spiritus annuntians regnum Dei , Domino dirigente loquentem revelationibus præviis , & sermonem signis & miraculis confirmante ; erant enim ejus eloquia virtute Spiritus S. plena , & medullas cordis penetrantia , ita ut in vehementem stuporem audientes converterent , & obstinatorum mentes efficaciâ virtuosâ mollirent. Unde prædicacionis ejus fervore succensi quamplurimi utriusque sexus , in conjugali pudicitia Domino famulantes , secundum formam à viro Dei præscriptam novis pœnitentiae legibus se vinciebant , & B. FRANCISCUS tanto zelo , & impetu executus est mandatum Domini , ut non attenderet vias & semitas , sed factâ super eum manu Domini , novâ indutus virtute ex alto , quasi fulgur spiritus pergebat. *Ut legitur in Legenda.* Sicque currendo & volando pervenit ad castrum quoddam nomine Canarium , Affilio distans 4. milliaribus , quo in castro tanto cum fervore & efficacia prædicavit , ut omnes tam viri , quam mulieres concluserint , relicto castro S. Virum sequi , quod S. Pater ipsis dissuasit , dicens : se ordinaturum pro eorum salute , quid facere deberent. Et ex eo tempore cogitavit instituere Tertium Ordinem de Pœnitentia. Hinc S. Bonav. in Legenda S. Francisci ait : Sicut in cælum tendentibus constat pœnitentiae viam omnibus esse communem ; ita & hic Status , & Clericos , & Laios , & Virgines , & Conjuges , in utoque sexu admittens , quanti sit apud Deum meriti ? ex pluribus patratis miraculis innotescit. In qua Regula continentur XII. Perfectiones de sacro fonte Evangelii , & veteri Testamento collectæ ; quæ sunt quasi XII. Portæ cælestis Jerusalēm. *Apoc. ultimo.* Quas recentet Bern. à Bust. sed brevitatis causâ omitto , solùmque allego maximam discretionem

VINEA SERAPHICA.

tionem in hac Regula contentam, videlicet:

Quia in omnibus præceptis potest dispensare Visitator ex causa rationabili; omnis enim pœnitentia debet esse discreta, & discrecio mater est virtutum C. de off. cast. & pref. 1. q. 5. Virtus autem indiscreta pro viatio reputatur; quia Deus non exigit ab hominibus, nisi id, quod facere possunt, ideoque nimia austeritas in vigiliis, & jejuniis reprehenditur. C. non medicocriter de Cons. Dist. 5. Sicut ergo nimis negligens Deo exosus est, ita nimis indiscretè austerus ipsi non placet, quia omnia extrema sunt vitiola, ut dicitur II. Ethic. Medium autem tenuere Beati, Sanctique omnes. Ideoque Poëta 2do Metamorph. ait: Inter utrumque tene, medio tutissimus ibis. Et quæ major posset esse conscientiæ quies, & securitas? cum Nicolaus IV. hanc Regulam confirmans expresè statuat: Nullum peccare mortaliter transgrediendo aliquod præceptum ex his, quæ in Regula continentur. Neque voventes hanc Regulam intendunt se in professione aliter obligare, quam secundum obligationem Præceptorum Regulæ, & voluntatem Pontificis Regulam approbantis. Hæc ergo Regula est suave jugum, & leve onus, de quo Christus Matt. 11. Tollite jugum meum super vos, & invenietis requiem animabus vestris. Hæc est sancta Regula, quæ Observatores suos coronat in cœlis, adeoque illam profitentibus bene promittitur vita æterna, dum recipiens eos ad professionem cuilibet dicit: Si hæc servaveris, promitto tibi vitam æternam. Ipsa est seps ad divina Mandata servanda, & renovatio Sacramenti Baptismatis, in quo Christiani omnes renuntiaverunt diabolo, ac pompejus. Hæc est Regula dignificata propter Bullificationem; nam ad ostendendam Excellentiam hujus Regulæ D. JESUS insignivit institutorem sigillo suæ Passionis; imprimendo eidem biennio ante mortem in

monte Alvernæ 5. sacra sua Stigmata. Ut constat ex Legend. Ord. & ex S. Bonav. in Lection. II. Nocturni pro Feste Ss. Stigm. Sicut apposito sigilli authenticæ dat fidem veritati. C. scripta vero. Author. de fide instru. Ita Dei Filius non sigillo cereo, vel plumbeo, aut aureo; sed sigillo Dei vivi, & 5. Vulneribus sub specie Seraphim B. Patri impressis voluit hanc Regulam esse sigillatam, & plumbatam. Hucusque Venerabilis Servus Dei Bernardinus de Bustis.

C A P U T XV.

De Morte, & Sepultura Seraphici P.  
FRANCISCI.

XXXVIII. S. FRANCISCUS [dictus de Assisi, quia Assisi natus anno 1185. in stabulo bovem inter & asinum, secundum Angeli sub specie Mendici apparentis vaticinium] quod stabulum jam in Sacellum Piorum fidelium operâ fabricatum excrevit; ut & domus paterna Seraphici Patris; in qua renitente matre à proprio parente carceri datus fuit, ante quam Basilicam sculpti sunt sequentes versus:

*Sacra Dei surgunt FRANCISCI testa parentum,  
Carcer ubi est missus, vincla paterna manent.*

Ecclesiæ hujus cura demandata est PP. Franciscanus de Observantia. S. FRANCIS-CUS à Mundo conversus habitum pœnitentialem induit 1206. primæ suæ Regulæ confirmationem accepit à Ss. D. Innocentio III. anno 1210. secundæ suæ Regulæ pro Fratribus conscriptæ, & ab ipso Domino nostro JESU S. Patri dictatæ, per Diploma Apostolicum approbationem obtinuit ab Honorio III. Pontificatus sui anno VIII. Capitula Generalia servavit IV. Primum Assisi à CC. La-

G 3 tera-

teranensi post approbatam Regulam redux sub *Honorio III.* secundum itidem servavit Assisi anno 1219, in quo ultra 5000. Fratres censemur convenisse, à S. Patre conscripti, exceptis iis, qui ad divina & domestica officia remanserant, præsentibus S. Bonaventurâ, & S. Dominico, cum Cardinale Hugolino, primo Ordinis Seraphici protectore; qui Fratrum exercitia quodam die perlustrans, advertensque omnes unanimi fervore Divina pertractare, & vario, miroque modo de Mundi, morumque reformatio agere, ad suos redux admirabundus dixit: verè castra Dei hæc sunt.

Ubi bene notandum. Tenebrarum infernaliū rector sub eodem hoc generali Ordinis Concilio multa millia suæ farinæ ex orco convocavit (*R. P. Alphonsus Rhoderiq. p. 3. Christ. Virt. T. 5. C. 18.* numerat eorum 18. millia.) Et in hospitali quodam non longè à Conventu Franciscanorum sito, Comitia Comitiis, consilia consiliis opposuit; eum in finem: quomodo neo-coepitam, & adolescentem Religionem Seraphicam in flore succideret. Quæ fusiū videri possunt in *Chron. Relig. Seraph. impressa Neapoli anno 1650. pag. 11.* Sed non diu latuit Seraphicum Patrem hostis aernalis dolus, quin conciliabuli istius acta resciret. Hinc interpositis ad Deum suis suorūmque precibus, distracto Dæmonum conciliabulo, acjēque hostili dispersā Confratres suos Capitulo dissoluto in pace dimisit, novam Apostolorum vitam, Evangelium, & pœnitentiam per orbem disseminatiros. Tum Capitulum Generale celebravit iterum Assisi anno 1220. in æde Portiuncula, in quo ab officio, & Vicariatu Generali absolvit F. Eliam, ejusque loco substituit F. Petrum Cataneum, Virum sanctum. Ubi NB. nullatenus Fratres, vel Ordinem consensisse, ut vivente S. Patre aliquis Minister Generalis

poneretur, sed Vicarius Generalis tantummodo appellaretur. Atum Capitulum Generale à S. Patre celebratum est anno 1221. in quo in defuncti F. Petri Catanei locum ex mirabili Dei dispositione denuo reassumpsit in Vicarium Generalem F. Eliam; cùmque Capitulum mox dissolvendum esset, jussit S. Pater omnes surgere, quibus pro lucranda animarum salute in Saxoniam, Germaniam, aliásque partes nondum penetratas contendendi esset animus; & ecce tibi! Spiritus Domini super eos] surrexerunt Fratres numero circiter nonaginta, quibus pro Deo, Fide, & animatum salute mori paratis præfecit F. Cæsarum de Spira, hominem à fervore, & sanctitate commendatissimum. Erat hic à S. Patre designatus Germaniae Minister, qui ad opus hoc exequendum duodecim Clericos, cum quindecim Laicis secum assumpsit, alios per Lombardia, alios per Tridenti, alios per reliquas Saxonias, & Teutoniae plagas distribuit, ut sacrum Dei verbum disseminarent, pœnitentiæ viam aperirent, hæreticis lumen darent, peccatores converterent, omnisque ad cælum ducerent.

Ægrotanti denique & ultimâ infirmitate correpto S. P. FRANCISCO prope finem dixit quidam Frater: Pater! Tu transibis ad gaudium, & Familia hæc in valle lacrymarum relinquetur? innue nobis aliquem in Ordine, qui sit Generalis Minister, in quo tuus animus conquiescat. Respondit S. Pater miscens cantus verba suspirii: Tam magni, & multi modi exercitus Ducem, tam ampli, & dilatati gregem Pastoris, nullum (Fili) sufficientem intueor; sed volo vobis unum depingere, in quo reluceat, qualis esse debet at hujusmodi familiae Pater. Homo hic debet esse vitæ gravissimæ, discretionis magnæ, famæ laudabilis; homo, qui privatis amoribus careat, ne (si in parte plus diligit) in toto scandalum generet: homo, qui san-

et

Et orationis studio sit addic<sup>t</sup>us, qui certas horas animæ suæ, certas gregi sibi commisso impendat. Nam primo mane Missarum Sancta debet præmittere, longâque devotione se ipsum, & gregem divinæ tutelæ commendare; post orationem verò se ipsum in publico statuat, ab omnibus disputandum, omnibus responsurum. Homo, qui personarum sordidum non faciat angulum; apud quem tam minorum, & simplicium cura vigeat, quām sapientum, & majorum; Homo, qui (si concessum est literaturā præcellere) plūs in moribus piæ simplicitatis imaginem ferat, faveātque veritati. Homo, qui execretur pecuniam nostræ Professionis, & perfectionis præcipuam corruptelam. Homo, qui nostræ Religionis caput imitandum se cæteris præbeat, nullis unquam loculis abutatur; sufficere debet huic pro se habitus & libellus, pro Fratribus verò scriptorium & sigillum. Non sit aggregator librorum, nec lectioni multū intentus, ne detrahat officio, quod erogat studio. Homo, qui consoletur afflitos, cùm sit refugium, seu bonum tribulatis; ne, si apud eum remedia defecerint sanitatum, desperationis morbus in infirmis prævaleat. Protervos ut ad mansuetudinem alliciat, se ipsum prosternat, & aliquid sui juris relaxet, ut animas lucrificat Christo. Ad refugium Ordinis reducat oves, quæ periérunt. Viscera pietatis non claudat, sciens tentationes esse prævalidas, quæ ad tantum possunt impellere casum. Non oportet eum arridere honoribus, nec favoribus plūs, quām injuriis delectari; promptiorem cibum, si quo indiget, non in abditis, sed publicis locis sumat, ut aliis tollatur verecundia debilibus providendi corporibus. Ad eum maximè spectat latentes distinguere conscientias, & ex occultis venis eruere veritatem, aurēisque non offerre multiloquiis. Talis denique debet esse, qui retinendorum

honorum cupiditate universalem formam justitiæ nullatenus labefaciat; non tamen ut ex superflua mansuetudine torpor nascatur, nec ex lassa indulgentia dissolutio disciplinæ, sīcque ab omnibus timeatur, ut ab ipsis timentibus diligatur. Vellem etiam Provinciales Ministros affabiles esse Minoribus, tantâque benevolentia præditos, ut eorum affectui non vererentur committere delinquentes. Vellem eos moderatos esse in præceptis; propitios in offensis; ferre magis peccatores, quām inferre injurias; hostes vitiis; medicos vitiosis; tales denique esse vellem, quorum vita cæteris esset spectaculum disciplinæ. Eos tandem vellem omni honore venerari, & diligi, sicuti qui pondus portant solitudinis, & laboris; summis eos præmiis apud Deum reputarem esse dignos, qui tali formâ, talique lege creditas sibi animas gubernarent. Vellem etiam eos habere socios præditos honestate, qui se omnibus præberent bonum exemplum; rigidos adversus voluptates, fortes adversus angustias, convenienter affabiles, ut omnes, qui ad se convenirent, sanctâ cum jucunditate reciperen<sup>t</sup>. En (inquit) Generalis, & Ministri Provinciales tales esse deberent, talesque habere socios.

BENEDICTIO S. P. FRANCISCI  
data Zelatoribus Regulæ.

**B**enedicti vos à Domino, qui errantes peccatores ad Dominum reducitis, viam veritatis illis ostenditis, & vos in sancta Evangelii observatione pueros sincerōsque custoditis; qui vobis benedicit, à Domino benedicatur; qui vos sovet, aut suscipit, mercedem recipiat æternam. Nullam in vobis potestatem Satan exerceat, supra id, quod potestis, non tentet; vobis super illum, illiusque asseclas sit imperandi facultas; portas illius possidete, & spolia diripite. Patris  
vos

vos adjuvet Potentia, Filii vos dirigat Sapientia, & Spiritus S. vos foveat clementia. Amen.

*MALEDICTIO S.P. FRANCISCI  
in scandalosè viventes.*

**A** Te sanctissime Pater, & à tota cælesti Curia, & à me pauperculo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt, & destruunt, quod per sanctos Fratres hujus Ordinis ædificasti, & ædificare non cessas.

*Ultima Seraphici Patris morituri  
BENEDICTIO.*

**A** Lloquebatur morti appropinquans S. Pater F. Benedictum de Pirastro Sacerdotem suum sequentibus verbis: Scribe Sacerdos Dei, qualiter benedico omnibus Fratribus meis, qui modò sunt in Religione, & qui venturi sunt usque ad finem sæculi, quoniam propter infirmitatem meam loqui non valeo; breviter voluntatem meam, & intentionem, in signum memorie meæ, benedictionis, & Testamenti cunctis Fratribus, presentibus, & futuris patefacio. Fratres sese invicem semper diligent, sicut ego dilexi, & diligo illos. Semper diligent, & observent Dominam meam Paupertatem, semper Prælatis, & Clericis sanctæ Matris Ecclesiæ fideles sint, & subjecti. Benedicat & custodiat eos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

*Alia in suo Transitu.*

**V**Alete Filii omnes in timore Domini, & permanete in eo semper. Et quia futura tribulatio, & tentatio appropinquat; flices, qui perseverabunt in his, quæ coeperunt. Ego verò ad Deum propero, cuius gratia vos omnes commendo. Ego, quod meum est, feci; quod vestrum est, edoceat Christus.

*BENEDICTIO data*

*F. Eliae totius Ordinis Vicario Generali.*

**T**E Fili mi! in omnibus, & super omnia benedico, & sicut in manibus tuis Fratres meos, & filios augmentavit Altissimus; ita & super te, & te in omnibus benedico in cælo, & in terra. Benedicat te Rex omnium Deus. Benedico te, sicut possum, & plus quam possum; & quod non possum ego, possit in te, qui omnia potest. Recordetur Deus operis tui, & laboris; & in retributio-ne Justorum sors tua servetur. Omnem Benedictionem [quam cupis] invenias, & quod dignè postulas, impleatur.

Tandem seu nimii doloris, seu Seraphici amoris vi exhaustus, laboribusque pro animarum salute suscepit fatigatus S. Pater, ultimam mortis horam instare sibi persentiens, innumeris Meritorum splendoribus radians, dulci morre correptus, annum ætatis agens circiter quadragesimum quintum, vitam hanc transitoriam cum cælesti sanctissimè commutavit in Conventu S. MARIAE Angelorum, Assisi. Anno 1226. IV. Octob. Die Sabbati serò. Cujus mortem F. Elias Vicarius Gen. Ord. sequentibus litteris, modestiæ & affectu plenissimis Fratribus per orbem dispersis significavit.

*Dilecto sibi in Christo F. Gregorio, Ministro Fratrum, qui sunt in Francia. cum omnibus Fratribus suis, & nostris,*

*F. Elias Peccator Salutem.*

**A** Ntequam loqui incipiam, suspiro! & merito. Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor [quem timebam] evénit mihi, evénit & vobis; & quod verebar, accidit mihi; accidit & vobis; quia longè à Nobis

Nobis factus est Consolator; & qui portabat nos velut agnos in brachio suo, peregrè profectus est in regionem longinquam. Dilectus Deo, & hominibus, receptus est ad lucidissimas regiones. Qui legem vitæ, & disciplinæ docuit Jacob, & testamentum Patris tradidit Israël. Gaudendum nimis est, præterpum eum; sed dolendum nobis, quos, ipso absente, circumdant tenebræ, & operit umbra mortis. Commune damnum, sed meum singulare periculum, quem in ipso tenebrarum medio dereliquit multis occupationibus circumdatum, & oppressum flagellis innumeris! Propterea deprecor, dolete mecum, Fratres! quia ego nimis doleo, & condoleo vobis; quoniam pupilli sumus absque Patre, & orbati lumine oculorum nostrorum! Verè, verè lumen erat Præsentia Fratris & Patris nostri FRANCISCI; non nobis solum, qui eramus propè: sed & his, qui longè erant à nobis Professione & vitâ. Erat enim lux à verâ luce emissa, illuminans hos, qui longè erant à nobis professione, & vitâ; & in tenebris erant, & in unbrâ mortis sedebant: ut dirigeret pedes eorum in viam pacis. Quod & fecit, prout verus Meridies exalto illustrabat cor ejus, & accendebat voluntatem igne amoris sui, prædicans regnum Dei, & convertens corda Patrum ad Filios, & imprudentes ad prudentiam Justorum; & in univerlo mundo paravit Domino plebem perfectam, & novam. Ad insulas longè divulgatum est nomen ejus, & mirata sunt universæ terræ mirabilia opera ejus. Propterea nolite Filii, & Fratres tristari: Quod excedat modum; quoniam orphorum Pater Deus consolabitur nos consolacione suâ sanctâ; & si fletis Fratres: Super vos ipsos flete; non super illum. Nam mediâ vitâ in morte sumus; ipse verò transit de morte ad vitam. Jucundamini, quia (antequam tolleretur à nobis) tanquam alter Jacob om-

Vinea Seraphica.

nes Filios suos benedixit, & omnibus remisit culpas, quæ in eum factæ fuissent, vel cogitatæ ab aliquo nostrûm. Et his diuinis annuntio vobis gaudium magnum, & miraculi novitatem. à sæculo non est auditum tale signum, præterquam in Filio Dei, qui est Christus Deus. Non diu ante mortem Frater, & Pater noster apparuit crucifixus, quinque plagas (quæ verè sunt Stigmata Christi) portans in corpore suo; nam manus ejus & pedes quasi puncturas clavorum habuerunt ex utraque parte confixas, referentes cicatrices, & clavorum nigredinem ostendentes; Latus verò ejus lanceatum apparuit, & saepè sanguinem evaporavit. Dum adhuc vivebat spiritus ejus in corpore, non erat in eo aspectus, sed despectus vultus ejus; & nullum membrorum in eo remansit absque nimia passione, & contractione nervorum. Membra ejus rigida erant, sicut esse solent hominis mortui; sed post mortem ejus, pulcherrimus aspectus est miro candore rutilans, laetificans videntes: Et membra, quæ priùs rigida erant, facta sunt mollia nimis, se revertentia luce, atque illum, secundum positionem suam, tanquam pueri delicati. Ergo Fratres! benedicte Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit nobiscum misericordiam suam, & habete memoriam Patris, & Fratris nostri FRANCISCI, ad laudem, & gloriam ejus: qui magnificavit eum inter homines, & coram Angelis glorificavit illum. Oretis pro ipso, sicut antea à vobis postulavit, & ipsum orate, ut Deus nos cum ipso efficiat suæ gratiæ sanctæ participes. Amen.

IV. Non. Octob. die Dominicâ, primâ hora noctis præcedentis, Pater & Frater noster FRANCISCUS migravit ad Christum. Nos ergo (charissimi Fratres! omnesque ad quos litteræ præsentes pervenerint) Israëlici populi sequentes vestigia, deplorantis

Moylen & Aaron, inclytos Duces suos, viam demus lacrymis tanti Patris solatio destituti! Licet enim pium sit congaudere FRANCISCO, pium est tamen flere FRANCISCUM. Revera pium est congaudere FRANCISCO; quoniam ipse non obiit, sed ad caelestes nundinas abiit, saccum pœnitentiae secum ferens, & in pleniluniis reversurus. Pium est flere FRANCISCUM, quoniam qui egrediebatur, & ingrediebatur tanquam Aaron, & ferens nobis de thesauro suo nova & vetera, & consolans nos in omni tribulatione nostrâ, de medio nostrâ sublatus est, & nunc pupilli dicimur absque Patre. Sed quoniam scriptum est: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor; omnes (Fratres charissimi) oretis instanter; quod si laguncula testea confracta est in valle filiorum Adam; summus tamen ille Figulus aliam honorificam restaurare dignetur, quæ sit super multitudinem gentis nostræ; & nos sicut verus Machabæus antecedat ad prælium. & quia non est superfluum, orare pro mortuis: pro Anima ejus oretis ad Dominum. Quilibet Sacerdos dicit III. Missas singuli Clerici Psalterium; Laici V. Pater noster. Clerici dicant solemniter Vigiliam in Communi. Amen.

F. Elias Peccator.

**A**nno Domini 1230. octavo Kal. Jun. sacrum ejus corpus, quod in Ecclesia Parochiali ad S. Georgium Assisi prius tumulatum requieverat, jussu Ss. D. Papæ Gregorii IX. translatum est ad sumptuosam Basilicam B. FRANCISCI honori dedicata-

tam, constructam in loco (Collis inferni dictam) ubi solebant malefactores plecti. Sic enim ante mortem petens S. Pater Fratribus suis mandaverat, ut in eodem intam suppliiorum loco sepeliretur, ad exprimendam eò majorem Francisci cum Christo Domino similitudinem; ut (qui in Nativitate suâ in stabulo natus eidem assimilatus fuerat) eadem quoque post mortem non dissimilis haberetur. Papa autem *Gregorius IX.* pro splendidâ hac Basilicâ Assisi S. FRANCISCI honori dedicatâ primum lapidem posuit, locum istum (Collem Paradisi nominando; quo & nomine in hodiernum usque diem honoratur. Hæc Ecclesia cum triplici formice fabricata conspicitur, in cuius fornice infimo requiescit S. Corpus Seraphici Patris in pedes diametraliter erectum, integrum, illæsum, oculis patentibus, vulneribus recente subinde sanguine manantibus. Quorum omnium testis oculatus fuit *Nicolaus Papa V. Franciscus de Bautio, Dux Andrie, Thomas Bozzius, Albornatius Card. Hisp. Sixtus IV. Pontifex Maximus.* vide *Sedul. ad vitam S. Francisci C. 5: Fortun. Huber in Menolog. fol. 1139.* Quod autem mirificum hoc corpus oculis publicè non pateat: specialis est summi Dei dispositio, qui mirabilis est in Sanctis suis; quique (quod sacrum, & silentio dignum est) propalari, & inspici prohibetur. Cum rebus religione & sacramento plenis Deus talem aliquando venerationem & reverentiam conciliet; uti ait *S. Bonaventura, S. Antonin. Wading. Artur. apud Fort. Huber. fol. 1139.*



## E P I T A P H I U M

In Delubro Basilicæ Assisiensis,  
Viri Seraphici, Catholici, Apostolici,

## F R A N C I S C I

Romani, celsâ humilitate conspicui,

Christiani Orbis Fulcimenti,  
Ecclesiæ Reparatoris.

Corpori, nec viventi, nec mortuo.

## C H R I S T I C R U C I F I X I

Plagarum clavorūmque Insignibus  
admirando.

## P A P A

*Collacrymans, letificans, & exultans,  
Jussu, manu, munificentia  
posuit*

Anno Domini M. CC. XXVIII.

## C A P U T X V I .

In quo Regula, & Statuta Tertiī Ordinis de Pœnitentia; ex Constitutionibus Apostolicis, & Decretis Capitulorum Generalium, Ordinis S. FRANCISCI de Observantia, ab *Innocentio XI.* specificè confirmata, deprompta, & compilata continentur.

XXXIX. **P**ræmittimus pro firmitate Regulæ, ac statutorum ejus; (quæ infra pluri transribentur) quod Tertius Ordo de Pœnitentia à S. P. FRANCISCO

1221. non ad formam Religionis (prout primus Ordo Fratrum Minorum, & secundus S. Claræ) sed sub certo, ac honesto vivendi, sequē vestiendi modo, pro personis

sæcularibus cuiuslibet statu, & sexu, extra Claustra, in propriis ædibus degentibus institutus fuerit; pro quo Ordine quam plurimæ emanarunt à Sede Apostolica Constitutiones, quæ illius privilegia, & gubernium concernunt, harum principaliores à summis Pontificibus hinc nominandis sunt expeditæ. Quid *Honorius III. & Gregorius IX.* pro dicto tertio Ordine statuerint; videri poterit in litteris: *deteriora. Et minus patenter.* Et cum illorum. Nec non: *cum delicti.* incipientibus. XXX. Martii. XXVI. Maii. II. Augusti. & IV. Junii. annorum 1223. 1229. & 1230. expeditis.

XL. Horum vestigia in elargitione favorum & gratiarum sequendo, *Innocentius IV.* in litteris: *Vota Devotorum.* XIII. Junii datis, hunc Ordinem Ministro Generali, ac Provincialibus Fratrum Minorum regendum, corrigendum, ac visitandum subjecit. *Alexander IV.* in Brevi: *Pia desideria.* XXVII. April. 1255. & *Urbanus IV.* in Brevi: *Pium arbitrantes* V. Julii 1264. Privilegia per suos Prædecessores Tertio Ordini concessa conservando, alia addiderunt; quibus *Nicolaus IV.* ampliorem gratiam adjunxit, dum in Bulla: *Supra montem.* tertium prædictum Ordinem anno 1289. de novo approbavit, & illius Regulam ad meliorem formam reduxit, Ordinisque ejusdem Visitatorem ex Ordine Fratrum Minorum assumi debere per alias litteras: *Unigenitus Dei.* 1290. mature fancivit. Privilegia dicto Ordini tertio de Pœnit. concessa, & concedenda ad Tertiarios (Tertiarias) Visitatorem ex Ordine Fratrum Minorum amplectentes restringendo. *S. Calestinus V.* in litteris, quarum initium est: *Dignum esse.* V. Septemb. 1291. promulgatis. Privilegia Tertiariis Aquilæ auxit, idemque extendit ad Tertiarios Alemanniae in propriis ædibus degentes, pro ut appareat ex litteris: *Devotionis vestra.*

28. Julii. 1296. expeditis. *Gregorius XI.* in Constit. *Tenor quarundam,* *Nicolai IV.* constitutionem anno 1372. ad Tertiarios Diœcesis Leodiensis transmisit; sub quibus ordinationibus ac privilegiis, Alumni hujus Ordinis, usque ad tempus *Bonifacii IX.* in propriis domibus permanserunt. Cæterum sub regime hujus Pontificis permulti in communi, seu religiosa, & claustralí Communitate vivere cœperunt, & Superiores ac Visitatores ex Ordine proprio obtinuerunt; alii verò in communem vitam, & claustralem perfectionem condescendere noluerunt; proindeque sub visitatione, correctione, & gubernio ab *Innocentio IV.* & *Nicolaio IV.* (ut præfertur) præscriptis, sunt conservati. Idque in litteris *Ioannis XXIII.* *Cum privilegiis.* 17. Junii. 1414. expeditis sanctum fuit, & ampliore modo à *Martino V.* in Brevi: *Licet inter cetera.* 9. Octob. 1427. stabilitum reperitur. Licet autem tempore *Eugenii IV.* Tertiarii quidam ex illis (qui in Conventu vivebant) obtinuerint, Vota Religionis emittere, ac Visitatores à summâ Sede habere. Ut constat ex litteris *Clementis VII.* *Ad uberes fructus.* ubi dicitur; Et licet Regula de Pœnitentia per *S. FRANCIS-CUM* instituta, & per *Nicolaum Prædecessorem* approbata [prout in ea appetet] pro Christi fidelibus, Conjugatis, & aliis in sæculo existentibus, ordinata fuerit, & à tempore dicti *Eugenii* Prædecessoris (ut ex ejus litteris prædictis appetet) Fratres Ordinis de Pœnitentia, hujusmodi domos, & loca in communi habitare cœperint: tamen præfatus *Eugenius IV.* in aliis litteris, quarum initium est: *Exposeit dilectorum* Tertiarios utrinque sexu in terris Austriacis, & Diœcesi Aquilejensi existentibus, directioni, ac visitationi Fratrum Min. de Obs. anno 1444. subjecit, ac facultatem recipiendi ad Habitum, & Professionem dicti Ordinis, præfatis

fatis Fratribus Minoribus concessit; & id ipsum Fratribus Minoribus de Obs. in Hungaria & Bosnia degentibus, in aliis litteris, sub simili forma incipientibus 31. Janua. 1444. ex certa scientia indulxit; & in Brevi: *Ordinis tui.* Sorores Tertiæ Ordinis in communi in partibus Hispaniæ viventes Ministro Generali Observantium subesse debere Anno 1446. sancivit; idemque *Calixtus III.* in litteris, quarum initium est: *Devotionis vestrae.* 1457. datus pro Terra Sancta decrevit. Item quod Guardianus, sive ejus locum tenens possit quoscunque recipere, & induere Habitum Tertiæ Ord. & instituere inter illos Ministrum, vel Ministram juxta morem Regulæ Tertiæ Ord. in partibus Ierosolymitanis. *Pius II.* 13. Julii. 1462. constitutionem: *Pia Deo.* expedivit, in qua personas utriusque sexus dicti Tertiæ Ordinis, sub receptione, curâ, visitatione, correctione, & Pralatura omnimoda Fratrum Minorum de Obs. Regni Castellæ constituit, omnésque Prædecessorum litteras in contrarium facientes annulavit.

*Sixtus IV.* 29. Novemb. 1471. litteras: *Sedes Apostolica.* Tertiariis Religiosis Italiam dedit, in quibus privilegia, & exemptionem à gubernio Fratrum Minorum per aliquos Prædecessorum suorum iis concessam confirmavit. Cæterum 15. Octob. ejusdem anni, constitutionem: *Romani Pontificis.* expedivit; in qua universum gregem Tertiæ Ordinis ubique terrarum (juxta dictam *Innocentii IV.* Constitutionem) directioni, visitationi, correctioni, receptioni, ac gubernio Fratrum Minorum supposuit, irritum & inane declarando, quidcunque ab aliquibus in contrarium fieret. Quæ constitutio ad viridem Observantiam fuit redacta quoad Tertiarios Sæculares, & etiam quoad plurimos in communi, aut in Clausura sub III. votis Religionis degentes; ut constat ex aliis

litteris præcedentium confirmativis 26. Octob. 1477. quorum initium est. ex *Apostolica servitutis.* nec non ex sanctione *Innocentii VIII.* qui in Brevi: *Exhibitæ* 5. April. 1492. dato, Judices nominavit, qui Fratres Minores Germaniæ in dicta superioritate conservarent, præfatisque *Innocentii IV.* & *Sixti IV.* constitutiones observari facerent. Colligitur ex aliis litteris *Alexandri VI.* *Rationi congruit.* 26. Aug. 1492. ex constitutione. *Exponi nobis* ab eodem Pontifice 16. Maii. 1500. factâ, in qua concedit Superioribus Observantium, quod possent assignare Tertiariis, ubique ultra Montes commorantibus, Confessores sæculares, vel alterius Religionis. *Julius II.* per quoddam Breve: *Exponi nobis.* præmemoratas *Innocentii IV.* & *Sixti IV.* Constitutiones 15. Octob. 1507. confirmavit, ac per orbem universum observari præcepit. Deinde 8. Februa. 1508. in Brevi: *Romani Pontificis.* declaravit Tertiarios Religiosos Congregationis Lombardie in prædicta sæpius constitutione comprehendi debere. Cæterum pro aliis iterum in alio Brevi: *Exponi nobis.* suas *Innocentii IV.* & *Sixti IV.* litteras, superioritatem hanc FF. Minoribus concedentes 7. Janua. 1509. innovavit. *Leo X.* in Brevi: *Dudum.* 10. Octob. 1519. omnia supradicta in suo vigore, & robore permanere debere, etiam post Decreta, hac super re in CC. *Lateranensi* facta, benignè sancivit, éaque omnia *Clemens VII.* in Brevi: *Dum uberes fructus.* 30. Maii. 1525. Et *Paulus III.* in Brevi: *Ad fructus uberes.* 8. Novemb. 1534. sub amplissima forma confirmarunt. Et quamvis *Clemens VII.* in Brevi: *Ad uberes fructus.* Tertiariis in pluribus Hispaniæ partibus commorantibus, Visitatorem Generalem ex proprio Ordine assumendum 15. Martii 1526. concesserit, ipsumque privilegiis, ac gratis Ministro Gen. Fratrum

H 3

Mino-

Minorum, pro gubernio, visitatione, ac correctione, uti & pro receptione Sæcularium, in propriis domibus, etiam in Matrimonio manentium, ad Habitum & Professionem dicti Ordinis, concessis, frui posse, ac debere disposuerit; tamen præfatus *Paulus III.* in Brevi: *Exponi nobis.* instantiam audivit FF. Minorum sic reclamantium,

(*Exponi nobis* nuper fecerunt dilecti Filii, tam Generalis, quam per Provincias Castellæ, & Legionis, Regnorum constituti, universi, ac singuli Provinciales Ministri Ordinis Fratrum Minorum Reg. Observantie; quod, licet ipsi juxta Privilegia, & Indulta Apostolica, tam per fel. mem. *Nicolaum IV.* *Eugenium IV.* ac *Sixtum IV.* *Alexandrum VI.* *Julium II.* ac *Leonem X.* quam per alios Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, dicto Ordini concessa, quibus inter alia cayetur expressè; quod Moniales, vel Sorores, & alias utriusque sexus personæ, tam conventionaliter, quam in saeculo degentes, Tertiæ Ordinis S. FRANCISCI de Penitentia nuncupati, qui etiam conjugati in ipso conjugio permanendo, juxta Regulæ istius Tertiæ Ordinis Instituta, profiteri possint; illorumque domus, & Monasteria visitationi, correctioni, regimini, curæ & administrationi Fratrum Minorum Reg. Observantie omnijs subjacere debeant, fuerint hactenus (pro ut adhuc existunt) in possessione, vel quasi Jure, visitandi, corrigendi, & reformati Monasteria, & domos, illorumque Moniales, & Sorores, & alias personas Tertiæ Ordinis hujusmodi. Nihilominus.&c.) maturoque habito super præmissa consilio Judices delegatos constituit, qui prædictas *Clementis VII.* litteras in omnibus, quæ iisdem exponentibus, vel eorum juribus præjudicium generate reperirent, ad terminos Juris reducerent, easque sine dictorum exponentium præjudicio intelligendas

esse stabilivit; nec sinè effectu, ut constat ex ejusdem Pontificis litteris: *Exponi nobis;* 11. Octob. 1538. Et: *Honestis potentium desideriis.* 12. Ibris. 1544. datis. Omnesque præmemoratae litteræ, ac facultates, visitandi, corrigendi, gubernandi, ad Habitum & Professionem Tertiæ Ordinis Sæculares in propriis ædibus, etiam in Conjugio permanentes recipiendi, à Pontificibus supra relatis concessa FF. Minoribus de Obs. in diversis confirmationibus Privilegiorum, & gratiarum, tam prædicti Ordinis FF. Min. de Obs. quam Tertiæ Ordinis, per diversos summos Pontifices, ejusdem *Pauli III.* Successores confirmatae, & innovatae fuerunt, & signanter per *Julium III.* in Brevi: *Dum Regularis.* 28. Julii. 1550. per *Paulum IV.* in Brevi: *Ex clementis Sedis.* 27. April. 1561. ac *S. Pium V.* in Brevi: *Ea est Officii.* 3. Julii. 1568. in quo (ut jam dictum) gremium universum Tertiæ Ordinis, Generali, & Provincialibus Ministris Fratrum Minorum de Obs. subjecit; & ex tunc sub præfatorum Superiorum obedientia, & directione, omnes personæ Tertiæ Ordinis generaliter permanserunt, & tam ex Tertiariis trium Statuum, qui vigore præmemoratum litterarum *Clementis VII.* & *Pauli III.* nec non aliorum Prædecessorum Pontificum, sub obedientia Prælatorum sui Ordinis exempti à gubernio, directione, & correctione Superiorum Observantium, sive in communi, sive in particulari vivebant; quam ex aliis, qui juxta præfatas plurium Pontificum præmemoratorum constitutiones, obedientiae, directioni, ac visitationi Fratrum Minorum de Obs. suppositi in tribus statibus vivebant, effectum est unum corpus mixtum, cum corpore aliarum Provincialium obedientiarum dictorum Superiorum de Obs. subjectarum, salvis tamen semper manentibus Regulæ statutis, & reliquis privilegiis, quibus prædicti

dicti Tertiarii uti poterant, & consueverant ante præfataam S. Pii V. constitutionem, additâ ad illorum favorem Privilegiorum communicatione, quæ in dictâ constitutione continetur. Et licet omnia prædicta ex certâ scientiâ innovata ac confirmata fuerint, per litteras Gregorii XIII. incipientes : *Ex benigna*, quibus privilegia & concessiones trium Ordinum 21. Mart. 1575. confirmavit; tamen Sixtus V. in Brevi : *Romani Pontificis*. 29. Mart. 1586. expedito. Tertiarios Regulares, per totam Italiam existentes, ad statum (in quo ante fatam S. Pii V. constitutionem permanserant) restituit; facultatem simul Generali Ministro Fratrum Minorum de Obs. concedendo : ut Visitatorem Generalem dicti Ordinis confirmaret, ipsumque Ordinem singulis quadrienniis visitare posset. Cæterum pro aliis mundi partibus dicta S. Pii V. constitutio in suo vigore reliqua fuit. Et ex vi illius, aliarumque litterarum Pontificum suprà nominatorum Superiores Regularis Observantiae S. FRANCISCI Jure proprio, & ordinario, omnibus Privilegiis, juribus, consuetudinibus usi fuerunt, quoad gubernium, receptionem ad Habitum, visitationem, ac correctionem trium Statuum dicti Tertiij Ordinis : quibus uti poterant, & consueverant Superiores, qui antea ex eodem Tertio Ordine assuebantur, ipsique Tertiarii trium statuum à tempore illo, usque ad præsens tempus, communicatione Privilegiorum, ac concessionum, de qua fit mentio in litteris *Gregorii XIII. Ex benigna*. & in aliis ejus Prædecessorum, præmemoratorum Pontificum gaudere non destiterunt. Omnia supradicta comprehensa debent intelligi in Generalibus Constitutionibus Privilegiorum trium statuum S. FRANCISCI videnda in litteris

Sixti V. Et si Mendicantium. 5. Octob. 1597.  
Pauli V. Injuncti nobis. 1. Decemb. 1609.  
Urbani VIII. In plenitudinem. 1625. Et Sanctissimi Domini nostri Innocentii XI. Exponi nobis. 5. Septemb. 1686. quæ confirmatio-  
nes ad alia etiam privilegia, Indulta, & Bre-  
via extenduntur, quæ ad favorem, seu in-  
stantiam Fratrum Minorum de Obs. à summa Sede, pro personis trium statuum Ordini-  
nis prædicti de Pœnitentia, ac pro Oratoriis,  
Ecclesiis, Capellis, & Locis piis ipsarum : nec  
non pro subsistentia Statutorum, & Con-  
stitutionum, juxta tenorem præcedentium,  
horumque Brevium. (prout infra dicetur)  
editorum, & præfatarum personarum gu-  
bernio, ac directione; & ad Habitum, ac  
Professionem legitimâ receptione, & pro  
exclusione tam Fratrum Capucinorum, quam  
aliorum Ordinum, nec non aliorum Ordini-  
nariorum loci à præfato gubernio, recep-  
tionēque dictarum personarum ad Habitum, &  
Professionem sub diversis Pontificalibus ema-  
nârunt, quæ ad longum continentur in lit-  
teris felicis record. Sixti IV. Sacri Prædicatorum, & Minorum Ordines. de Anno  
1479. Leonis X. Superioribus diebus. 14.  
Maji. 1517. Pauli V. Qua pro augenda. 14.  
Martii 1613. Urbani VIII. Injuncti nobis  
& : divina Majestatis. Et : Ad eximios. nec  
non : Cum sicut. sub diebus. 16. Octob. 24.  
Jun. 31. Octob. & 5. ejusdem mensis : an-  
norum 1625. 1626. 1634. 1638. Alexan-  
dri VII. Emanavit ac : Exponi nobis. 10.  
Octob. 1671. & Innocentii XI. Ecclesie Ca-  
tholicae. 28. Jun. 1686. in ultimis his litteris  
autem approbatum receptio Sæcularium ad  
Tertium Ordinem juxta Statuta in speculo  
Seraphico contenta, & Regulam à Nicolao  
IV. dispositam ; quæ hic cum memoratis  
Statutis transscribitur.

RE-

REGULA TERTII ORDINIS  
de Pœnitentia

cum Statutis approbatis  
ab INNOCENTIO XI.

NICOLAUS Episcopus. Servus  
Servorum Dei.

Dilectis Filiis, Fratribus: & dilectis in Christo Filiabus, Sororibus, Ordinis Fratrum Minorum de Pœnitentia: tam præsentibus, quam futuris, Salute in, & Apo stolicam Benedictionem.

LXI. **S**upra montem Catholicæ fidei, quam populos gentium (qui ambulant in tenebris) Discipulorum Christi sincera devotio, igne charitatis exæstuans, verbo sollicitæ prædicationis edo uit, quāmque Romana tenet, ac servat Ecclesiæ; solidum Christianæ Religionis noscitur positum fundatum, nullis unquam concutiendum turbibus, nullis quasandum fluctibus tempestatum. Hæc etenim est recta, veraque Fides; absque cuius consortio nemo in conspectu Altissimi acceptus redditur, nemo gratiosus occurrit. Hæc est, quæ salutis semitam præparat, & felicitatis æternæ præmia, gaudiisque pollicetur, adeoque glorirosus Christi Confessor B. FRANCISCUS hujus Ordinis Institutor, viam ascendendi ad Dominum, verbo pariter, & exemplo denonstrans, ipsius sinceritate Fidei suos filios eruditiv, eoque illam profiteri, constanter tenere, verbo simul ac opere voluit adimplere, ut per ejus semitam salubriter incedentes mererentur post vitæ præsentis ergastulum, æternæ Beatitudinis effici possesores.

*De Modo examinandi Volentes ingredi  
Tertium Ordinem.*

C A P I T U L U M I.

XLII. **N**os igitur Ordinem ipsum offerentes, & ad ejus augmentum benignius intendentest, statuimus, ut omnes, quos ad servandum hujusmodi vitæ formam assumi contigerit; ante receptionem ipsorum, de Fide Catholica, & obedientiâ erga præfata Ecclesiæ diligentem examini subdantur. Sique eam professi firmiter fuerint, verāmque crediderint, ad eundem admitti, seu recipi tutò poterunt. Cavendum tamen est; ne quis Hæreticus, vel suspectus de Hæresi, aut etiam infamatus, ad vitæ ipsius observantiam quomodolibet admittatur. Et si talem inveniri contigerit, fuisse receptum, assignetur quantocius Inquisitoribus hæreticæ pravitatis puniendus.

STATUTA CAPITULI I.

**S**i Volens ingredi Ordinem fuerit Dominus, vel Domina alicujus tituli, Eques aliquis Ordinis Militaris, Sacerdos, notoriae Nobilitatis, familiaris S. Officii, vel notæ qualitatis homo: ratione Statu, aut Personæ non est de ejus genete inquirendum. Sicut neque, si fuerit frater, aut filius prædictarum Personarum, vel Fratris alterius ex hoc Ter tio Ordine. Non est etiam facienda inquisitio de illorum genere, qui Fratrem habent in aliqua Religione ab Ecclesia Dei approbata. Quando etiam Prælati superiores, vel is, qui Habitum concedit, novit ejusmodi Personas esse virtuosas, ac devotas, non autem dissolutas, aut scandalosas; poterit eos admittere ad Ordinem, absque prævia inquisitione de vita

vita & moribus. Non debet etiam concedi Habitus alicui Personæ ; quæ non habet officium, facultates , redditus , commercium: quo se possit sustentare, ne detur occasio murmurandi in populo , quod Habitum suscipiat in ordine ad mendicandum, vel gravandum alios. Non dabitur etiam Habitus Eremitis extra hæc Regna degentibus; ut nec iis: quorum ignoratur Domicilium : ut & iis est negandus, qui non possunt se exercere aliquo labore honesto, unde possint sustentari , aut qui non sunt notæ virtutis. Vestiantur semper in Capella Tertiæ Ordinis, si sit ; ubi verò hæc non est ? in ea , quæ in Conventu pro Tertiariis destinatur ; ubi verò non sunt Conventus Ordinis nostri ? Si sint Moniales nostræ ? in earum Conventibus teneant suam Capellam, & exercitia. Quod si nec harum Conventus adsit; in Ecclesia Parochiali sua servabunt Exercitia (de licentia tamen eorum, quorum interest) & Habitum conferent. Nunquam verò concedatur Habitus in Oratoriis, aut ædibus privatis, nisi ob causam urgentissimam, & cum dispensatione , Superiorum, vel Visitatoris , aut ex consensu Discretorum Tertiæ Ordinis.

*De Forma recipiendi Volentes ingredi  
Tertium Ordinem.*

## C A P I T U L U M II.

**XLIII.** **S**i quis Fraternitatem hanc ingredi voluerit ; Ministri ad eorum receptionem deputati, ejus Statum , conditio nem , & officium diligenter explorent, Fraternitatis hujus onera , & præcipue restitu tionem Bonorum alienorum eidem expo nentes. Quibus præmissis ( si eidem placuerit) juxta formam hujusmodi induatur , & de alienis ( si quæ apud eum fuerint) satisfacere studeat, in pecuniâ numeratâ , vel secundum

*Vinea Seraphica.*

prästatam pignoris cautionem ( sequenti nihilo minus reconciliare procuret. Quibus omnibus ad effectum perductis , post unius anni spatium , cum aliquorum Discretorum Fratrum consilio ( si iis videatur idoneus) recipiatur. Hoc modo , videlicet: ut promittat se Præcepta Divina omnia servaturum, atque satisfacturum [ ut convenit ] de transgressionibus : quas contra hanc vivendâ methodum commiserit ; ubi interpellatus fuerit, ad Visitatoris voluntatem. Et hæc præmissio ab eo facta per manum publicam scripto no tetur. Alio autem modo nullus à Ministris recipiatur , nisi eisdem aliter visum fuerit, conditione Personæ , & ipsius instantiâ , sollicitâ consideratione discussis. Ordinamus præterea statuentes, ut nullus post istius Fraternitatis ingressum , de eadem egredi valeat, ad sæculum reversurus , possit tamen liberè transire ad aliam Religionem approbatam. Uxoribus verò in Matrimonio constitutis, non pateat ad consortium dictæ Fraternitatis ingressus , nisi de Maritorum suorum licentiâ & consensu.

## STATUTA CAPITULI II.

**S**i aliquis infirmus in mortis periculo petierit Habitum, poterit eidem concedi , si Ministro , Visitatori , aut Discretis videatur conveniens , sed Professionem non emittat, donec annum compleverit. Quod si tempore sanitatis Habitum suscepit ; in periculo mortis poterit ad Professionem admitti ad lucrandas Indulgencias plenarias in Forma Jubilæi , prout in omnibus Ordinibus conceditur Novitiis. Minister instruat Vestitum de omnibus, ad Regulam & Constitutiones spe ctabilibus. Quod si ipse Minister nequeat præstare ; onus illud imponat alteri [ ex Fratribus vel Sororibus ] Personæ bonis moribus, & exemplari vitâ probatae, quæ devotum

I

illum

illum vivendi modum doceat Novitium vel Novitiam. Ante Professionem verò examinabuntur, an calleant, sciántque suas obligatio-nes, quas ubi rite noverint, poterunt ad Profes-sionem admitti; quæ in eodem loco fiet, in quo diximus dari debere Habitum. In locis, in qui-bus non datur competens Fratrum, aut Soror-um numerus ad congregations, & distribu-tiones officiorum faciendas; Guardianus, aut Visitator illarum partium, cum consilio Fra-trum ejusdem loci, poterit facere; quod ma-gis Deo placere, & Ordini proficere conspe-xerit.

*De Forma Habitū, & Qualitate  
Indumentorum.*

CAPITULUM III.

XLIV. **F**ratres hujus Fraternitatis panno humili (in pretio, & colore) non prorsus albo, vel nigro vestiantur; nisi per Visitatores, de consilio Discretorum, pro loco, & tempore, cum aliquo ob legitimam, & patentem causam dispensatum fuerit. Chla-mydes quoque ac pelles, absque collaturis scissas, vel integras, affibulatas tamen, non pa-tulas (ut congruit honestati) clausasque manicas habeant. Sorores etiam chlamyde in-duantur, & tunica de hujusmodi humili panno factis, vel saltē cum chlamyde habeant quarnellum, seu placentinum, coloris albi vel nigri, aut paludellum amplum de cana-bo, seu lino absque ulla crispatura consumut. Circa humilitatem pauci verò, & pelles Soror-um, juxta cond̄itionem cuiuslibet, aut loci con-suetudinem poterit dispensari. Ligaturis sericis non utantur; pelles duntaxat agninas, bursas de corio, & corrigias similiter absque ullo serico factas, & non alias, tam Fratres habeant, quam Sorores. *Depositus ceteris (juxta B. Petri Apostolorum Principis consilium) vanis hujus seculi ornamentis.*

STATUTA CAPITULI III.

**A**D evitandas graves inconvenientias ordinatur, & præcipitur: quod ante Professionem nullus Frater portet Habitum, nec Mulieres saccum, vel formam Habitū cum manicis largis, vel mantellum ejusdem cum mantello coloris fusci. Forma Habitū pro viris, est tunica cum manicis in formam crucis, coloris subcinericei [prout in Ordine consuetum] cum chorda. Pro mulieribus verò Scapulare ejusdem coloris, quod ad mi-nus habeat tertiam partem ulnæ quoad lon-gitudinem, & Chordam. Possuntque porta-re cooperatum, vel discooperatum pro sua de-votione, ut tamen post Professionem disco-operum portent, dabit Prætendens libel-lum supplicem in Congregatione Visitatoris, Ministri, & Discretorum; qui attente per in-formationes secretas considerabunt qualita-tes officiorum, & virtutes petentium: ad-vertendo majorem partem honoris exterio-ris, & exempli Ordinis Tertiū consistere in bo-no exemplo, quod præbent illi, qui portant Habitum discooperatum, cum ex illis forme-tur exemplum de reliquis. Itaque hæc licen-tia non detur, nisi viris, & mulieribus boni exempli, notæ modestiæ, & virtutis, nec con-cedatur, nisi in Scriptis, chartâ subscriptâ à Visitatore, Ministro, & Secretario, & sigillatâ Sigillo Ordinis. Sinè quibus conditionibus nemo poterit ferre Habitum discooperatum. Idem dicendum de Sororibus, ut portent ru-dem Habitum discooperatum. Pro nullo au-tem casu dabitur licentia viro, seu mulieri vilis officii; scilicet: in officina, vel simili munere, aut collectori vesticigalium, vel Tri-butorum, taliaque officia exercenti; si que (posteaquam discooperatum tulerit) aliquod ex prædictis officiis suscepere? non poterit amplius discooperatum gestare; si autem con-

tra

tradixerit & ab Ordine ejiciatur. Fratres, qui Habitum discovertum gestant, ferant aquas manicas; Habitum genua cooperiat; & palium sit duobus digitis longius; nec exterius singularitatem affectent; quæ magis serviat ad ostentationem, quam devotionem. Monentur etiam Fratres omnes, & Sorores, quamvis non portent Habitum discovertum; ut in vestitu, & cultu talem observent modestiam, & corporis compositionem; ut agnoscantur Sectatores Pœnitentiarum; se scilicet pro illa, & Deo commutasse vanam gloriam, pompam, & ornatum hujus saeculi, imitando saltem ex parte pauperem, & humilem Patriarcham FRANCISCUM; qui etiam vestes proprias pretiosas resignavit ad manus Episcopi Assisiensis. Si Frater aliquis Habitum discovertum gerens, in tantam inciderit paupertatem, ut se labore suo, officio, vel facultatibus sustentare nequeat, vel mendicare cogatur, Habitum exteriorem deponat, idque sine dispensatione observetur. Si vero Frater aliquis (quod Deus averterat) scandalose vivat; quilibet alias Frater ex Ordine poterit illum charitatè admonere, & secundum S. Evangelium ei correctionem fraternalm dare, vel si convenientius videatur? poterit secretò Ministrum mone-re, & Minister Visitatorem; ut hic eidem correctionem det. Quod si Frater delinquens facta hæc correctione se non emendaverit? Visitator in Præsentia Ministri, vel alterius Fratris devoti, secundâ vice eum corripiat, ipsum admonendo, si se non emendaverit, Habitum se privandum. Quod si post hæc omnia se non emendaverit? occultato [quantum fieri potest] delicto, res ad Discretos Congregationis deferatur; ex quorum parte illi intimabitur, quod ab Ordine sit exclusus. Si Habitum discovertum adhuc portaverit, illumque deponere noluerit, quid tunc sit agendum? dicemus postea

*Quod non vadant ad convivias in honesta, & spectacula, & quod Histri-nibus non donent.*

## CAPITULUM IV.

XLV. **A**cessus ad in honestis convivia, seu spectacula; curias, seu choreas sit iisdem penitus interdictus. Histrionibus intuitu vanitatis nihil donent; néve quidquam iis à propria familia, seu Domestici detur, urent prohiberi. Cui capitulo ex Statutis nihil addendum occurrit.

*De Abstinentia & Jejunio.*

## CAPITULUM V.

XLVI. **A**b esu carnium, secundâ, quartâ, & sextâ Feriâ, diéque sabbatino abstineant; nisi aliud infirmitas, vel debilitas suadeat. Iis (quibus vena inciditur) triduo carnes dentur, quæ nec Peregrinantibus subtrahantur. Licita quoque sit omnibus carnium comedio Festis anni solemnieribus, quibus cæteri Christiani ab antiqua observatione, & Ecclesiæ consuetudine carnibus vescuntur; aliis etiam diebus (in quibus Jejunium non servatur) ovis, & caseo vesci poterunt. Sed & cum cæteris Religiosis, in eorum Convertibus, & domibus licet sumant, quæ apponuntur; sintque prandio, & cœnâ per diem contenti, exceptis debilibus, viatoriis, & infirmis. Sanis autem sit cibus, & potus moderatus, juxta Textum Evangelii: *Attendite, ne corda vestra crapulâ, & ebrietate graventur.*

Prandium non sumatur, nec Cœna; nisi præmissâ saltem Oratione Dominicâ, quæ post sumptionem cuilibet, cum Deo Gratias, repetenda. Quod si hæc contigerit omitti? dicitur tribus vicibus, *Pater noster.* Quilibet



Feriâ sextâ totius anni jejunent , nisi ratione infirmitatis , vel alia legitima de causa excusentur ; præterquam : si Festum Natalis Domini Feriâ sextâ celebrandum occurrat. Sed à Festo Omnis Sanctorum , usque ad Pascha , quartâ & sextâ Feriâ jejunent ; nihilominus alia Jejunia ab Ecclesia , vel ab Ordinario loci communiter indicta servaturi. Quadragesimam à Festo S. Martini , usque ad diem Natalis Domini ; & à Dominica Quintagesimæ usque ad Pascha , diebus singulis ( exceptis diebus Dominicis ) servent ; nisi forte necessitas , vel infirmitas aliud suadeat. Sorores gravidæ , usque ad purificationis suæ diem , ab exercitio seu labore corporali abstineant [ si voluerint ] operari , propter laborem , à Festo Resurrectionis Dominicæ , usque ad Festum S. Martini , ter de die [ quo labori incumbunt ] liceat cibum sumant ; ubi verò in aliorum domibus laboraverint , de omnibus cibis , qui apponuntur , liceat iis manducare ; nisi Feriâ sextâ , vel Sabbatum occurrat , in quibus generaliter Abstinentia est indicata.

### STATUTA CAPITULI V.

**P**Atres Guardiani in suis Guardianiis , vel Visitatores pro eodem Districtu determinati , aut Vicarii Monialium ( ubi harum Conventus fuerint ) dispensare poterunt cum infirmis , iisdemque ministrantibus , cum peregrinantibus , & gravidis usque ad diem purificationis . Similiter iis diebus [ in quos Festum solemne cadit & in quo reliqui solent carnes comedere . Deinde cum iis , qui in Conventibus degant , dispensent diebus illis , quibus in Conventu omnes comedunt . Cum Matre - Familiâs , filiis , & Servis , qui Parentum gubernio subsunt . Cum illis , qui non habent cibum sufficientem , ut servent abstinentiam , vel se sustentent . Denique cum reliquis , qui secundum temporis rigo-

rem , & terræ sterilitatem non inveniuntur in Statu convenientiæ à carnibus abstinendi , vel jejunandi.

Cæteri ob infirmitatem , laborem , iter , vel necessitatem aliam non excusati , singuli Feriâ sextâ jejunent ; excepto die Natalis Domini , si cadat in Feriâ sextam . Jejunent etiam à Festo Omnis Sanctorum usque ad Dominicam primam Adventus omnibus diebus Mercurii , & Veneris . A prima vero Dominicæ Adventus ( quando juxta Indultum Clemens VII . incipit Quadragesima S. Martini ) jejunent quolibet die , usque ad Nativitatem Domini . Idem dicendum à Dominica Bacchanalium ( quæ est Dominica Quintagesimæ ) usque ad Dominicam Resurrectionis . Per annum autem , in Vigiliis , aliisque temporibus ab Ecclesia præscriptis Jejunium mox aliorum servabunt .

*Quoties Fratres , & Sorores per annum confiteri , & Eucharistiam sumere debeant ?*

### CAPITULUM VI.

**XLVI.** Singuli Fratres & Sorores , ter in anno ( videlicet in Natali Domini , in Resurrectione D. N. J. C. & Pentecostes Solennitatibus ) peccata propria confiteri , & S. Eucharistiam sumere non intermittant ; insuper reconciliando se Proximis , & bona aliena restituendo .

### STATUTA CAPITULI VI.

**Q**uantumvis Regula pro S. Communione generaliter tantum tres illos dies Festorum Principalium designet : ordinamus tamen : ut fiat Communio generalis in Festo S. FRANCISCI , & die , quo Ordo Tertius quot annis celebat Festum Sancto , vel

vel Sanctæ istius Ordinis proprium. Item die, quo post Festum Omnium Sanctorum fiunt exequiæ pro Defunctis, & eodem die fiet pro Defunctis communio Vivorum. Fiet etiam Communio Generalis, quando ob gravem causam, vel necessitatem communem P. Guardiano, vel Visitatori videbitur. Ut etiam in necessitatibus Regis, Regnorum, Electionis Prælatorum majorum, & publicis. Et quia frequentia Confessionis, & Communionis tantos (laus Deo) in Ecclesia fructus spirituales causat, hodie que magis à devotis animabus ad praxim, & usum deductæ est, quam tempore Regulæ institutæ; præcipitur: ut præter dictos generales dies Communionis, omnes Fratres & Sorores particulariter communicent in omnibus Festis Domini, B. Virginis, Apostolorum, & S.S. Ordinis, alio autem tempore, quando ad id licentiam obtinuerint à suis Confessariis, & Patribus spiritualibus; quibus injungimus: ut inquirant de spiritu eorum, qui volent communicare; de Profectu in virtute, de compositione tam in-quam externâ, unde fructus spiritualis crescit, & dignosci potest. Item Communio Paschalis fiet die Joyis sancto, sub Missa majori, de licentia Parochi. Alioquin Communionem Paschalem sument in Ecclesia Parochiali. Communio verò in die Nativitatis Domini fiet in Missa mediæ noctis; qui autem eidem Missæ interesse non poterunt, servabunt Communionem sub alia Missa.

*Quod Fratres non ferant arma impugnationis.*

### CAPITULUM VII.

XLVIII. **F**ratres non deferant secum arma impugnationis, nisi pro defensione Romanæ Ecclesiæ, Christianæ Fidei, vel etiam Patriæ suæ; aut de licentia Ministrorum.

### STATUTA CAPITULI VII.

**S**TATUITUR, quod Fratres Terti Ordinis (quamvis ex illis sint, quibus permisum est portare Habitum discoopertum) gladio præcungi possint; cum hoc armorum genus sit ad ornamentum & decorem communem.

*De dicendis Horis.*

### CAPITULUM VIII.

XLIX. **F**ratres quotidie legant VII. Horas Canonicas. Id est: Matutinum cum Laudibus, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertas, & Completorium. Clerici callentes Psalterium, pro Prima legant Psalmum: Deus in nomine tuo. &c. Et Beati immaculati. &c. usque ad Legem pone. cum aliis Psalmis. Juxta Ordinem Ecclesiæ, cum Gloria Patri. Cum vero ad templum non veniunt, legant pro Matutino Psalmos, quos legunt alii Clerici, vel Ecclesia Cathedralis. Alii illiterati dicant pro Matutino XII. Pater noster, & pro qualibet aliarum Horarum VII. cum Gloria Patri. Ad Primam autem & Completorium addent Credo, cum Psalmo: Misere, qui eundem sciunt. Quod si Fratres statuto tempore non legerint, dicant ter Pater noster pro Pœnitentia. Infirmi autem [ si alias non velint ] ad Horas legendas nullatenus tenebuntur. In Quadragesima S. Martini, aliisque majore universæ Ecclesiæ, in Ecclesiis suis Parochialibus ad Horas matutinas personaliter studeant comparere, nisi causâ rationabili excusentur.

### STATUTA CAPITULI VIII.

**O**MNES illi, qui sive ex obligatione, sive ex devotione Divinum aut Canonicum Officium recitant; Suffragiis ad Matutinum, & Vespertas adjungant Commemorationem de S. P. N. FRANCISCO; & ad finem Offi-

cii dicant unum Responsorium, cum Collecta : *Dens venia largitor. &c.* Et per hoc satisfaciunt Officio Regulæ. Qui recitant Officium parvum B. Virginis, & Equites Ordinum Militantium, recitando suorum Ordinum Officia, etiam satisfaciunt; si tam hi, quam illi adjungant alias Orationes pro Fratribus defunctis, & animabus in Purgatorio, Gloria Patri (quod noratur in hoc Capitulo Regulæ) dicatur post quodvis Ave Maria, addendum ad Pater noster. Quod Ave quidem vi Regulæ non prescribitur, ex pio tamen usu Devotorum addi solet. Unde quinquaginta quatuor vicibus dici debet Ave MARIA, & Gloria Patri; quia toties dicitur Pater noster, & qui Horas non recitant illo tempore, quo à Communitatibus solent recitari? dicant pro Poenitentia ter Pater & Ave. Suadetur etiam omnibus, ut singulis diebus recitent Coronam B. Virginis.

*Quod omnes, qui de Jure possunt,  
condant Testamentum.*

### CAPITULUM IX.

L. **P**räterea omnes, quibus de Jure facultas fuerit, condant testamentum, & de bonis suis, infra tres menses ab ingressu suo in Ordinem immediatè sequentes, disponant, ne contingat quenquam illorum intestatum decidere,

### STATUTA CAPITULI IX.

**O**rdinatur, ne ullus ad Professionem quodammodo admittatur, qui non fecerit Testamentum, si de Jure facere possit. Præcipitur autem Confessariis Ordinis nostri, qui vocantur, ut adjuvent, dēntque consilium pro Testamento condendo; ne Testatorrem sollicitent, ut aliquid Ordini nostro relinquat, sed reminiscantur potius, quod nos Professioni nostræ congruenter, pau-

pertatem & contemptum rerum temporaliū, secundū exemplum S.P.N. quærentes, sequamur consilium Apostoli: *Non querimus vestra, sed vos.*

*De Pace inter Fratres & Externos componendā.*

### CAPITULUM X.

LII. **D**E pace inter Fratres, & Sorores, seu etiam alios extraneos in discordia positos faciendā [sicut Ministris videbatur] ita fiat; adhibito etiam, ubi opus fuerit, hæc in parte Episcopi Diœcesani consilio,

### STATUTA CAPITULI X.

**U**T pax & concordia conservetur tam inter Fratres hujus Ordinis, quam inter Christianos omnes, Proximos nostros; quærat Fratrum quilibet, ad imitationem Christi, dissidentes componere, sedare discordias, animosque hostiles reconciliare; inquiringo modos, & media, quibus christiana, fraternalaque Charitas, & pax communis conservetur.

*Quid agendum, si contra Privilegia  
in Jus vocentur?*

### CAPITULUM XI.

LIII. **S**I Fratres, vel Sorores contra Jus sum, & privilegia, per vim à Rectib⁹ locorum (ubi Domicilium habent) vexationibus imperantur? Ministri ad Episcopos, seu locorum Ordinarios sument recursum; juxta quorum consilium sele dirigant, & procedant.

*Cui Capitulo Statuta nihil addiderunt,  
quod Fratres à juramentis publicis pro  
possibili abstineant.*

### CAPITULUM XII.

LIII. **A**Juramentis publicis omnes abstinent, nisi urgeat necessitas. Vi deli-

delicet; in casibus per Indulgentiam Sedis Apostolicæ exceptis. V. G. pro Pace, Fide, calumniâ, & testimonio dando; ut etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, ut videbitur expedire. In communione etiam colloquio pro posse vitent juramenta. Qui verò die quâdam minus cautele juraverit ex lapsu lingua (prout in multiloquio contingere solet) sub vesperum, quando examen conscientiæ faciendum, dicat ter Pater noster, ob incautem factum juramentum. Meminerit autem quilibet, ut ad obsequium divinum familiam propriam hortetur.

## STATUTA CAPITULI XII.

**T**res illæ vices, (quibus vesperi recitandum est Pater noster, dum fit examen conscientiæ, de operibus per diem perfectis) sic intelligendæ sunt, quod oporteat recitare tot pro singulis juramentis. Fratresque current in Confessione juramenta breviter explicare, moneantque domesticos suos, ut ea devitent, memores sententiæ à Spiritu S. prolatæ *Ecli. 13. v. 12. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga.*

*De audienda Missa, & Congregatione facienda.*

## CAPITULUM XIII.

**LIV.** **F**ratres omnes sani, & Sorores, cuiuscunque loci aut civitatis fuerint (omni die, si commodè possint,) Missæ Sacrificio intersint. Item quolibet mense ad Ecclesiam, sive locum à Ministro determinandum convenienter, Missarum Solennia audituri. Unusquisque autem usualis monetæ denarium Missario tribuat, qui collectam hanc pecuniam de consilio Ministeriorum inter Fratres, & Sorores pauperes, ac debiles, aliisque indigentes qui non habent, ut post mortem debitè humari possint, dividat æqua-

liter. Deinde pecuniæ istius partem Ecclesiæ, vel loco condicte offerant, studeantque habere virum religiosum, qui verbis Dei iis proponat, ad Pœnitentiam, & opera misericordiæ obeunda eos extimulet. Interim dum Missæ celebratur Officium, aut verbum Dei proponitur, silentium servent, Orationi & Concionati attenti, nisi aliquem communis utilitas Fraterhitas impedit.

## STATUTA CAPITULI XIII.

**Q**uovis mense omnes Fratres, & Sorores congregabuntur, nisi legitimè sint impediti. Die Dominico, aliòve determinando, in Capella Tertiæ Ordinis [ubi fuerit] vel in Ecclesia Religiosorum, Monialium, vel Parochiali, ad aram à Ministro deputandam audient devotè Missam, siue fieri potest; fiet brevis Concio, in qua omnes monendi ad Regulam hanc exactè servandam, ad exercenda opera misericordiæ, aliasque virtutum. Quâ Exhortatione finitâ [ut præcipit S. Pater] quivis dabit unum nummum, seu denarium, prout Deus inspiraverit. Et hæc Collecta tradetur Syndico Tertiæ Ordinis, vel Ministro; & expendetur pro necessitatibus Fratrum, vel Sororum pauperum, infirmorum, incarceratedorum, aliisque necessitatibus. Guardiani verò & Visitatores non immiscent le his Collectis tanquam Domini eleemosynarum, nisi solùm attendendo, ut cum æquitate, & justitia distribuantur; repræsentando, & recommendingo necessitates Fratrum, vel Sororum, & aliorum quos indigere noverint.

Semel etiam quolibet mense congregabuntur P. Guardianus, aut Visitator, Minister, Discreti, Secretarius, Syndicus, & Vicarius Cultus divini, congregatique dicent Antiphonam: *Veni S. Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris ignem in eis accende. Kyrie eleison. Christe eleison.*

Kyrie

72  
Kyrie eleison. Pater noster. &c. Sed libera nos à malo. v. Memento Congregationis tuae.  
v. Quam possedisti ab initio. v. Domine exaudi. Ec. Dominus vobiscum. Ec. Oremus.  
Mentes nostras quesumus Domine lumine tue claritatis illustra; ut videre possimus,  
qua agenda sunt, & quarecta sunt agere valeamus. Per Christum. &c.

Facta hac præparatione sedebit P. Guardianus, vel Visitator, aut ejus vices gerens, in medio, & ad manum ejus dexteram omnes Sacerdotes, qui habebunt Votum. Ad sinistram autem Sæculares omnes, secundum senium, & dignitatem. Hic proponentur omnia, quæ in Congregatione sunt discutenda. Idque fieri cum summa mansuetudine, & sine pertinaci contentione; procedendo ad vota, in quibus difficultas occurret; existentibus autem paribus votis resolvetur, & fieri id, quod cum voto Præsidis determinabitur; idque scribetur, & sigillabitur per Secretarium in libro Resolutionum. Congregations (quæ celebrantur sine assentia Visitatoris, aut alterius à P. Guardiano deputati) irritæ sint, & nullius valoris omnia, quæ in his decidentur. Quòd si fiat aliqua Congregatio sine dicta Assentia Prælatorum, quia in eodem loco non est Conventus, aut Visitator; omnia per Discretos ordinata, annotentur, sed non mandentur executioni, donec P. Guardianus, aut Visitator approbaverit; sique fuerit causa valde gravis, recurratur ad P. Provincialem, Ministerium Provincie. In his Congregationibus sient electiones Officiorum, ex quibus sacer hic Ordo conflatur. In his etiam reprehenduntur delinquentes, & decidetur; an, & quando Habitum privandi sint. Proponenturque petitiones eorum, qui Habitum indui desiderant. Denominabiturque persona fide digna, quæ publicè, & privatim, in vitam, mores, familiam eorum inquirat, simùlque

an congruam habeant sustentationem, quibus congruenter detur, aut negetur Habitus. Non fiat Congregatio omnium Fratrum absque eo, quod ista Congregatio Discretorum certum diem determinet. Quodque diximus in principio Congregationis particularis recitandum esse; idem etiam in principio Congregationum Generalium recitabitur, & utraque pariter finietur, dicentibus omnibus Fratribus præsentibus. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Deinde Præses dicat: Pater noster. &c. totum secreto. Et ne nos inducas. &c. v. Confirmatio hoc Deus, quod operatus es in nobis. v. à templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Ec. v. Domine exaudi. Ec. Dominus vobiscum. Oremus. Praesta nobis, quesumus, auxilium gratia tua; ut, quæ te auctore facienda cognovimus, te inspirante impleamus. Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis. Qui vivis & regnas in secula seculorum. Deinde dicatur unum Responsorium cum Oratione: Deus venia. Ec. Et Fidelium Deus. Ec. pro animabus defunctorum Confratrum.

*De Fratribus infirmis, & defunctis.*

#### CAPITULUM XIV.

LV. **S**i quempiam Fratrum infirmari contigerit; Ministri per se, vel per alium [alios] ab infirmo requisiti, semel de hebdomada infirmum visitare teneantur, ut eidem Sacramentum Pœnitentiæ administrent, prout melius expedire judicaverint; curantes, ut necessaria infirmo de bonis communibus subministrentur. Sique infirmus ex vita hac migraverit; ejus obitus Fratribus, & Sororibus in loco illo morantibus indicetur, ut defuncti exequiis personaliter interficiantur, à quibus ante finem Sacrificii, & corporis Sepulturam non recedant. Idem etiam circa

circa Sorores infirmas, & defunctas est observandum. Præterea intrâ octo dies ab obitu defuncti quivis videat, ut satisfaciat debito suo pro anima defuncti. Videlicet Sacerdos unam Missam celebrando. Literati : 50. Psalmos legendo : illiterati : totidem Pater noster dicendo, & in fine cuiuslibet Requiem æternam addendo. Infra annum autem pro Fratrum & Sororum, tam vivorum, quam defunctorum salute tres Missæ celebrentur ; alii verò, qui Psalterium legere noverint, illud dicent. Reliqui illiterati centum Pater noster legent, addéntque in fine cùjuscunque Requiem æternam.

## STATUTA CAPITULI XIV.

**S**I quis Fratrum infirmis & defunctis assisterere nequit, quantum in hoc Capitulo præscribitur ? poterit ad P. Visitatorem recurrere, & dispensationem ab eo petere, & obtinere. Semper tamen meminerint Fratres, quemadmodum nos in vita cum aliis defunctis egimus, sic alii nobiscum post mortem agent. Quoad assistentiam infirmorum hic specialiter notandum venit, ut si fuerint pauperes, & indigentes ; suis eleemosynis assistant eisdem, scilicet deficientibus communibus eleemosynis.

*De Ministeriis.*

## CAPITULUM XV.

LVI. **Q**uivis Fratrum officia (quæ præsentis formulae series exprimit) sibi imposita, devo: è suscipiat, curètque fideliter. Quodlibet officium autem certo temporis spatio durer, nec ullus Minister instituatur ad vitam ; sed ejus Ministerium certo tempore limitetur.

## STATUTA CAPITULI XV.

**Q**uamvis hoc Capitulum Regulæ agat de Officiis Ordinis, attamen non de *Vinea Seraphica*.

signat, quot, vel qualia debeant esse; solum præscribit, ne sint perpetua. Specialiter vero denominatur Officium Ministri ; quia autem in diversis partibus diversa sunt officiorum nomina, declaramus officia esse sequentia.

*Visitator, Minister, Secretarius,*  
*6. vel 8. Discreti, Zelatores, qui vi-*  
*debuntur necessarii, Vicarius Cul-*  
*tus Divini, & Infirmarius major.*

In parvis autem, vel magnis Communitatis bus, plura, vel pauciora officia statuentur, prout videbitur convenire. Obligationes cùjuslibet officii sunt sequentes.

Ut Tertius Ordo in suo maneat vigore, & in eodem augeatur, maxima ex parte illud dependet à cura Visitatorum ; qui officiis omnibus invigilabunt instruendo, animando, monendo, reprehendendo Officiales, & Fratres omnes, ut sua officia, & obligatio-nes debitè exequantur.

## OFFICIUM VISITATORIS

**E**st secundùm Regulæ C. 16. visitare saltem quolibet anno Fratres Guardianiæ, si Guardiani per se non possint, aut non ve- lint. Hanc visitationem debet Visitator solus facere, & à Ministro debet illi assignari Socius, nisi Minister ipse comitetur. Ipsius est semel quolibet mense in Congregationibus Regulam explicare ; assistere Congregationibus Generalibus, & Particularibus Fratrum, in iis præsidendo; prædicare in plateis; tempori- bus suis facere disciplinas, & in iis sermocinari. Ipsius est visitare infirmos (quos poterit ; specialiter eos, quos Minister, & Infirmarius major dixerit esse visitandos ; provide-re incareratis, de eleemosynis, & alimen-tis ; animare penuriam patientes, iisque adesse, si alimenta iisdem deferantur ; inspi-

K cere

cere memorias onerum , quibus gravatur Tertius Ordo , & procurare , ut accuratè serventur. Ante omnia Visitatores habebunt auctoritatem à Provincialibus ; nec Guardiani occupabunt eos in obsequiis Conventus , vel Communitatis , ut tempus habeant munere suo fungendi , illudque exactè administrandi. Deinde Visitatoribus assig-nabitur Concionator pro Socio , qui in eorum absentia præsideat Congregationibus , cum eadem auctoritate. In Conventibus , & locis , ubi non sunt tot occasions : omnia disponant PP. Provinciales , & Guardiani , prout iis convenientius videbitur.

## OFFICIUM MINISTRI

**LVII.** **E**st non minoris honoris, quam laboris. Cùm enim sit prima Ordinis Persona, debet fieri servus (nam hoc significat Minister) præponendo amorem Dei , & Proximi utilitatem , proprio comodo & quieti. Ab ejus vigilante curâ , & solicitudine dependet totus Ordo ; bonum ipsius exemplum est forma gregis. Omnium aliorum officiorum curam (quasi à se solo dependerent) omnium rerum exterarum, imò cuiuslibet rei publicæ ( quasi sibi commissa foret) solicitudinem singularem habeat , necesse est. Quapropter omnibus Fratribus strictè præcipimus , ut in omnibus eidem obedient , illumque venerentur tanquam Superiorem , & Patrem , tam sancti Ordinis , tam religiosæ Congregationis , & venerabilis Familiæ. Illi incumbit rationem dare Visitatori de culpis Fratrum , & de omnibus iis , quæ indigent remedio , ut dispo-nitur in C. 19. Regulæ ; ut uterque in casu delicti provideat de remedio , cum prudentia & charitate. Remedio autem deficiente delinquens spoliatur Habitu , cum consensu Congregationis , quia censetur incorrigibilis.

Si Minister fuerit occupatus , impeditus , aut infirmus , sic ut non possit rebus Officium suum concernentibus intendere , a signetur illi Coadjutor , quo deficiente assistet illi antiquior Minister ; & ubi non sunt Ministri , antiquior Discretus... Notandum autem , si Minister sit sacerdalis , Coadjutorem debere Sacerdotem esse ; & contrà : si Minister sit Sacerdos , Coadjutorem debere esse sacer-dalem.

Officio Ministri ( idem dic de aliis officiis ) possunt fungi personæ sacerulares. Procurandum tamen ( si commodè fieri possit ) ut semper sit Sacerdos professus , & Persona gravis. Nihilominus ob rationes , & qualitates occurrentes poterit etiam Sæcularis præferri. Minister habebit librum , in quo eleemosynæ advenientes notentur ; quas recipiet ipse , ad Syndicum remittendas. Cui etiam per scedula-s præscribet ; in quales usus sint expen-dendæ. De acceptis & expensis agetur infrā de officio Syndici...

In locis , in quibus fuerint aliqui Fratres , & nullus Minister ; P. Guardianus , aut Visitator disponent officia , prout visum fuerit. Si verò pauci fuerint , eorum curam habebit aliquis Frater Sacerdos , vel sacerdalis persona antiquior.

Officium Ministri , aut reliquorum Officialium non erit perpetuum secundūm dicta ; sed ordinariè uno tantū anno durabit. Qui tamen cum laude præfuerit ; poterit in eodem continuare. Ut fusiū dicetur infrā de Electionibus.

Nec erit subordinatio Ministrorum ad in-vicem ; sed quilibet populus habebit suum Ministrum proprium. Omnesque subordi-nabuntur P. Guardiano , vel Visitatori. Ministro incumbit cura Festivitatum , quas Tertius Ordo omni anno celebrat , de Sancto , vel Sancta , incidente , seu per sortem , seu per devotionem , seu per Electionem , die proprio , vel

vel alio tempore, quo magis congrua videbitur. Eo autem die fiet Concio, & Communio Generalis. Utque in toto Ordine sit uniformitas, procuretur; ut Festum principale Tertiis Ordinis sit [prout multis in locis sit] Festum Stigmatum S.P.N. FRANCISCI. 17. Sept. quod unicum Festum est proprium filiis tanti Patris, inciditque tempore satis commodo; & habeatur tunc memoria Sancti vel Sanctæ, quæ per sortem obtigerit.

Altera Festivitas pro defunctis Fratribus, & animabus in Purgatorio, habenda est omni anno in Mense Novembri, per Ministrum, auxiliantibus reliquis Fratribus, seu illis, qui ad hoc opus apti censemuntur; & expensis satisfiet per Syndicū ex restantibus communibus eleemosynis. Specialiter autem assistet omnibus Congregationibus, tam generalibus, quam particularibus: providebitque per se necessitatibus infirmorum, non excluso tamen Infirmatio majore. Incarceratorum refectioni intererit, decernet Eleemosynas ad succurrentum Pauperibus, Orphanis, & Viduis Ordinis; sicutque totam in se suscipiet curam, quasi non haberet alios officiales in adjutorium sibi datos.

## OFFICIUM SECRETARIIL

**LVIII.** Secretario incumbit tenere librum receptionum, possessionum, & consultationum Congregationis. Assistere omnibus Congregationibus Generalibus, & Particularibus, cum Voto in illis. Item Ministru admonere illorum, qui professuri sunt, aliquot diebus ante Professionem; idcirco, ut fiat informatio vocalis secreta de profectu eorum, & assignetur dies Professionis, antequam examinandi sunt Professuri de peritia Regulæ, & Ordinationum. Deinde Secretarii est tempore Professionis annotare nomen, officium, & qualitatem personæ pro-

fessæ; siue urbs sit magna; plateam, domum, & Parochiam, in qua habitat; expediet scedulas iis; qui vocandi sunt ad Congregationes, funeralia, aliisque Ordinis negotia. Nec minus iis; qui intimant mortem alicujus Fratris defuncti, scribet Decreta, quæ à Ministro & Congregatione ordinata sunt. Etiam Syndico intimabit, quando aliquæ expensæ facienda, vel eleemosynæ eroganda sint.

Tenebit Sigillum Tertiis Ordinis, dabitque litteras, seu obedientiales, seu licentiales à P. Guardiano, vel Visitatore & Ministro signatas, cum subscriptione propriâ; extra hendo ex libris Professionum, diem, mensem, annum, quibus professi sunt. Dabit librum Professionum, & investitionum P. Visitatori, ut ex eo calculum Fratrum extra hat, sciātque ubi habitent, & illi inde constet status Ordinis. Ita ut sint duo libri; alter penes Visitatorem; alter penes Secretarium. Et in eo, quem habebit Visitator, describentur Fratres in oppidis totius Guardiania secundum suam antiquitatem. Et alter erit penes Ministru in quolibet oppido.

## OFFICIUM DISCRETORUM.

**LIX** Discreti erunt ad minimum sex, vel plures, pro exigentia necessitatis; secundum ordinationem P. Guardiani, & Ministri, juxta numerum Fratrum. Et procurabitur, ut sint magis graves, intelligentes, & zelosi, pro honore Dei & Ordinis promovendo. Quandoquidem in Congregatione Guardiani, Ministri, Visitatoris, Secretarii, & Discretorum consistit regimen totius Ordinis, & dare hanc ordinationem multis, foret deordinatio; dare vero omnibus confusio. Et quamvis omnes Discreti possint esse meri Sacerdotes, vel meri Laici; procuretur tamen; ut sint tot ex uno genere,

K 2

quot

quot ex alio, absque eo, quod sint dissensio-  
nes, sed potius quis ex zelo boni commu-  
nis mature discutiat, quid expediat præponi  
in Congregationibus.

## OFFICIUM ZELATORUM.

LX. **H**orum officium est respicere pruden-  
ter, secretò, & charitatè, qualiter vi-  
vant Fratres; vel quomodo observent Legem  
Dei, Regulam, & Ordinationes. Sique aliquem  
in his deficere compererint, admonere de-  
bent Ministrum, ut de remedio provideat.  
Notandum autem, ne zelent super mulieres  
maritatas, id enim spectat ad Maritos earum.  
Quod si de his speciale quid notetur? ad Vi-  
sitatorem, vel Ministrum res deferenda est,  
absque eo, quod ipsæ, vel mariti mone-  
antur.

Zelator in oppidis majoribus, ubi non  
habet notitiam hominum, accipiet registrum  
Fratrum à Secretario, in sua Parochia, vel  
vico habitantium, ut sic eos cognoscat, &  
admoneat. Zelabunt etiam Zelatores super  
Fratres externos, qui portant Habitum non  
velatum, præcipue in Curiis, petentes testi-  
monium de illis, quomodo se gerant ibidem.  
Quod si non portent, moneant Ministrum,  
ut provideat de remedio. Et illi, qui in ali-  
quo loco morantur, excitabunt, & accen-  
dant ad exercitia ordinaria reliquos Fratres  
& Sorores. Zelator informationem capiet  
Fratrum pauperum, & infirmorum sui di-  
strictus, monebitque Ministrum, aut Infir-  
marij majorem, ut iisdem succurrat, eis  
que visitet. Juxta C. 14. Reg. providebitque,  
ut alii etiam iis succurrant, & eos visitent.  
Item monebit Fratres, ut funeralia comiten-  
tur, Suffragia pro Defunctis recident. Si de-  
prehenderit aliquos contentiosos, aut litigantes;  
moneat Ministrum, ut eos in pace  
componat. Juxta C. 10. & 17. Regulæ.

## OFFICIUM SYNDICI.

LXI. **A**d manus Syndici devenient om-  
nes eleemosynæ, sive petitæ, sive  
sponte oblatae. Id est: tam illæ, quas præ-  
scribit Regulae C. 13. quam illæ, quas ipsi  
Frates inter se faciunt, pro piis operibus,  
incarceratis, infirmis, Festivitatibus Sancto-  
rum Tertii Ordinis celebrandis, & agendâ  
memoriâ Defunctorum. Et quia pro petitio-  
ne eleemosynarum, pro operibus piis, visa  
sunt oriri quædam inconvenientia, credente  
vulgo; eas peti pro Tertio Ordine, præci-  
pimus, ut nemo propriâ auctoritate præsumat  
petere eleemosynam, sine licentia P. Vi-  
sitoris, vel Ministri; qui diligenter adver-  
tant, quando Eleemosyna sit expendenda,  
quæ ad manus Syndici deveniet, nec expen-  
datur sine ordinatione Ministri, in scriptis  
factâ per Secretarium.

## Officium Vicarii Cultus Divini.

LXII. **A**d curam Vicarii Cultus Divini  
spectant omnia, quæ circa Ca-  
pellam, vel Altare dedicatum pro Tertio  
Ordine occurrent. Curabit munditionem Altar-  
aris, vel Capellæ, & ornamentorum; ita  
ut in omnibus reluceat externus decòr, om-  
nisque ad internam devotionem descendantur.  
Petet à P. Guardiano Confessores pro Capel-  
la, & à P. Sacrista Sacerdotes, qui Missas  
celebrent, vel Particulas communicantibus  
distribuant. Ad illum pertinet exornare Sanctum,  
in processione circumferendum, eo  
die, quo Sancti Festivitas agitur, præparare  
tumulum pro memoria, & Festo Fidelium  
defunctorum, & animarum in Purgatorio.  
Item singulis diebus assistere in Capella, ap-  
ponendo candelas, ornamenta, & anti-pen-  
dia altaris, Festo convenientia, facisque  
incendi

incendi solitas à Præfatione ad Communio-  
nem , quæ autem figentur in duobus cande-  
labris , vel manibus duorum Fratrum gesta-  
buntur. Pro hoc ministerio autem servire  
possunt candelæ oblatæ à noviter vestitis &  
professis. Sed quia non semper potest assi-  
stere Vicarius Divini Cultūs , denominabun-  
tur sex Sacristæ (plūs vel minūs , secundūm  
dispositionem loci) qui eidem permanenter  
assistent , tam in ornanda capella , quām in  
aliis rebus conservandis ; attendendo & pro-  
curando , ut omnia tam in Congregationi-  
bus generalibus , quām particularibus præ-  
viè rite sint disposita , ut cum devotione &  
silentio peragatur Communio. Pro cura au-  
tem & assistentia conceditur Vicario Cultūs  
Divini , ut habeat votum in Congregationi-  
bus , & Electionibus tanquam Discretus.

## OFFICIUM INFIRMARII.

LXIII. **I**nfirmarius major omnino sit Sa-  
cerdos , si inveniatur. Si verò non  
inveniatur , sit senex Frater professus , & ex-  
emplaris vitæ , qui cum charitate Fratres  
infirmos , & Sorores visitet ; illis suadendo ,  
ut se Deo reconcilient , conscientiam dispon-  
nant , iis in necessitate consilium , & opem  
ferat. Procuret , ut condant testamentum ,  
si id neandum fecerint. Juxta C.9. Regulæ.  
Sique infirmus indiquerit , admoneat Mini-  
strum , ut eidem succurratur ex communibi-  
bus eleemosynis Ordinis , donec sanitatem  
recuperarit. Quod si infirmus moriatur , mo-  
neat Confratres & Sorores de ejus obitu , &  
assistentia in sepultura ; ut Fratres recitent re-  
citanda , faciantque diligenter , quæ circa  
hanc obligationem præcipiunt Regulæ &  
Constitutiones.

Constituantur etiam 4. vel 6. Infirmary  
minores , pro dispositione loci , & numero  
Fratrum , inter quos oppidum per quadran-

tes distribuatur. Quorum officium erit  
admonere Infirmary majorem , Minis-  
trum , aut Visitatorem , vel Fratres omnes ,  
ut infirmos successivè visitent , & consolen-  
tur , iisque succurrant.

Convenit etiam in quibusdam locis esse In-  
firmarias majores , seu personas alterius  
sexūs [ sub hoc titulo ] infirmorum obsequia  
deputatas. Et Infirmarias minores ; licet ubi-  
que non expedit. Quæ tamen omnia judicio  
P. Guardiani , & Ministri relinquuntur.

## De Electionibus Ministri , &amp; Officialium.

LXIV. **Q**uandoquidem maxima foret con-  
fusio recipere pro Electionibus vo-  
ta omnium Fratrum ; præcipitur , ne quis in illis  
votum habeat , præter eos , qui in Congrega-  
tionibus voto gaudent. Videlicet : Minister ,  
Discretus , Secretarius , Syndicus , Vicarius  
Cultūs Divini , Infirmarius major , & omnes  
illi , qui olim fuerunt Ministri , ac Visitatori ,  
licet in Congregatione præsideat P. Guar-  
dianus.

Ad electiones congregabuntur in loco ali-  
quo conveniente , ubi flexis genibus devoutè  
invocabunt gratiam Spiritus S. recitando  
Hymnum : Veni Creator . &c. cum Oratio-  
ne de Spiritu S. B. Virgine ; & S. P. Francis-  
co. Omnibus jam ordine suo confidentibus  
P. Guardianus , vel quisquis præsidet , faciet  
brevem exhortationem de gravitate , & ne-  
cessitate hujus Congregationis ; utque ordi-  
nentur omnia ad bonum commune tot ho-  
minum , Dei obsequium , & salutem ani-  
marum ; oneretur Conscientia omnium , quo-  
rum est votum dare , & eligere , ut conjiciant  
oculos in Deum , consentiantque in personas  
majoris talenti , meriti , spiritus , ac devotio-  
nis ; & in omnes illos : qui magis habiles  
sunt ad Ordinis officia. Quique illa velint  
suscipere ad laborandum , absque eo , quod  
k 3 sub-

subintret ambitio , vel alia sinistra intentio , præterquam unius Dei servitium . Nemo autem turbetur , alteretur , vel contendat , quia unus dat votum alteri differenti ; siquidem quilibet præsumere potest ac debet , alium hoc facere , quod sibi incumbit , nempe ad unius Dei honorem , & obsequium , Salutemque animarum . In votando quilibet votum suum dabit in scedula scriptum V. G. *do Votum meum pro Officio Ministri , Secretarii &c. N. N.* eique suum nomen subscrivet , sique disponet , ut videri , & legi queat nomen personæ , cui votum datur ; nomen verò dantis clausum operietur hostiæ sigillo . Vota incipient à Junioribus ; ultima erunt P. Guardiani , Visitatoris , Ministri , & Coadjutoris , quæ vota recipientur in vase ad hoc deputato ; missisque votis omnibus in vase deputatum , regulabuntur scedula secundum vota , ne sint plures , vel pauciores .

Præses cum Ministro , & Secretario congregabunt seorsim ; & Secretarius describet vota cujuscunque . Ille verò , qui vel unum votum habuerit ultra medietatem , canonice erit electus . Si duo , vel tres vota habuerint æqualia , ideoque electio non fuerit canonica ; fiat secundâ , vel tertîâ vice scrutinium , votaque repetantur modo , quo priùs . Si nec sic vota , convenienter , præcipiat Præses , ut de duobus vel tribus , qui plura vota habuere , aliud novum scrutinium habeatur . Quòd si & tunc vota prodeant æqualia ; mittantur sortes . Et qui forte evicerit , confirmabitur in Ministrum . Idem faciendum in Electione Coadjutoris , & Discretorum , ubi fuerit necessarium . Et quilibet Elector dabit scedulam continentem nomina eorum , qui sibi magis idonei ad Propositum videbuntur , cui propriâ manu subscrivet , clausamque subscriptionem tradet . Quamvis id in multis partibus fiat per Conferentiam , uno circiter mensa ante Electionem ; quem in finem describet

Secretarius nomina Fratrum seniorum , sive Ecclesiasticorum , sive Sæcularium & eorum , qui nondum fuerunt Discreti , & Officiales ; ut [ ubi sunt magnæ Communitates , & ubi non est mutua notitia ] cognosci , & notitia haberi possit omnium Subjectorum ad officia aptorum . Nomina verò libris inscribi debent , ut constet esse Fratres , & plures esse , ex quibus Electio fieri possit .

Notandum , in Electione Discretorum debere manere duos illorum , qui antè fuerunt ; ut in Congregationibus suggerant notitiam eorum , quæ antecedenter tractata sunt . P. Guardianus , aut Visitator procedent cum omni prudentia , omnia disponendo , prout iis videbitur expedire . Factæ Electioni subscriberet P. Guardianus , Minister Officio defunctus , & Secretarius ; omniaque reponentur in diem sequentem , quo fiet confirmatio juxta dicenda infra .

*De Confirmatione Ministri , & Officii  
lum , & de Capitulo annuo .*

LXV. **Q** Uolibet anno ( statutâ die ) servabitur Capitulum , ad quod nominatim convocabuntur omnes Fratres , ob infirmitatem , aut distantiam loci non impediti . Omnibus jam de more congregatis , & suo loco sedentibus , genu-flexi dicent Hymnum : *Veni Creator* . &c. cum Versibus , & Orationibus de Spiritu Sancto , B. Virgine , & S. P. N. FRANCISCO . Quibus à P. Guardiano , vel alio majore Prælato dictis sedere possunt , & Præses bonum habeat Sermonem de observantia Regulæ , animetque omnes , ut per obedientiam acceptent sua officia , pro amore Dei , & proximi in iis fideliter laborando . Sermone peracto vocabit ad se Ministrum Officio absolvendum , qui ante Præsidem genu-flexus pro negligentius in Offi-

Officio commissis Pœnitentiam peter. Præses verò eidem vel agat gratias pro exantlatis in Officio suo laboribus , vel pro incuria salutarem det admonitionem. Deinde acceptâ Prælati Benedictione suo sedebit loco. Postmodum cum Officialibus reliquis Prælatus eodem procedet loco. Quibus finitis P. Guardianus monstrabit Tabulam Electionis pridie à Secretario confectam , quam altâ & clarâ voce præleget , hoc modo : In Nominе Patris Dei omnipotentis , & Filii , & Spiritū Sancti, Trium Personarum , & unius Dei, purissimæ Virginis MARIAE , Matri , & Dominae nostræ sinè peccato originali conceptæ, & Seraphici Patris nostri FRANCISCI , hæc est Electio ; quæ in hoc Conventu N. facta est Anno N. Mense N. Die N. per R. P. Guardianum, vel Visitatorem , & per Dominum N. N. Ministrum , & per Congregationem Discretorum, & Officialium , qui hoc anno fuerunt. In qua electus est in Ministrum Dominus N. in Discretos ex Ecclesiasticis N.N.N. ex Sæcularibus N.N.N. in Secretarium N. in Syndicum N. in Vicarium Cultus Divini N. in Infirmary majorem N. in Ze- latores N.N.N. Lectâ Electionis Tabulâ Minister Neo-Electus accedit Præsidem , qui ei- dem genu-flexo recommendabit Ordinem, cùmque confirmabit , & ad lævam suam se- dere faciet in Sede , quam Minister ejus Antecessor occupaverat. Deinde novi Discreti, & Officialies Ordinis accedent similiter Præ- sidem , quibus sedulitatem & vigilantiam in suis respectivè officiis commendabit , eōsque confirmabit. Tandem Cantores , vel Sacer- dotes intonant Hymnum : *Te Deum &c.* Et duo Cantores *Vers.* Confirma hoc Deus. *Resp.* Quod operatus es in nobis. Et Præses stans dicet *Vers.* Post Partum Virgo invio- lata permanisti. *Resp.* Dei Genitrix intercede pro nobis. *Vers.* Signâsti Domine servum tuum FRANCISCUM. *Resp.* Signis redem-

ptionis nostræ. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum Spiritu tuo.

## OREMUS.

**D**EUS , qui corda Fidelium S. Spiritus illustratione docuisti ; da nobis in eodem Spiritu recta sapere , & de ejus semper consolatione gaudere.

**C**oncede nos Famulos tuos , quæsumus, Domine Deus , perpetuâ mentis & cor- poris sanitatem gaudere, & gloriosâ B. MARIAE semper Virginis intercessione à præfenti libe- rari tristitia, & æternâ perfici laetitiâ.

**D**eus , qui mira Crucis Mysteria in B. P. N. FRANCISCO Confessore tuo multiformiter demonstrasti : da nobis, quæsumus , devotionis suæ semper exempla se- ctari, & assiduâ ejusdem Crucis meditatione muniri.

**A** Gimis tibi gratias , omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis. Qui vivis & regnas in æcula æculorum. *Vers.* Bene- dicamus Domino. *Resp.* Deo gratias.

Postmodum omnibus suo loco sedentibus, Secretarius reddet rationem summariam om- nium, eodem anno perceptorum, & expenso- rum pro Fratribus infirmis, Pauperibus , in- carceratis, Sepulturâ , & funeralibus Defun- ctorum , aliisque charitatis & fabrica operi- bus ; ut constet omnibus de fidelitate in ex- positis eleemosynis , sicutque omnes animen- tur, & excitentur ad plures eleemosynas, & alia charitatis officia præstanta. Item legetur nu- merus omnium eodem anno Vestitorum, Professorum , Defunctorum ; admonendo singulos , ut fideliter pro iis recitent omnia, quæ Regula præcipit. Si verò quis Suffragia hæc recitare non potuerit, commutet Præses in Sacra pro defunctis Confratribus legen- da. Deinde cantato Responsorio : *Ne re- corderis. &c.* pro defunctis Fratribus subdat

Præ-

Præses : Pater noster.&c. Et ne nos inducas in tentationem. *Resp.* Sed libera nos à malo, *Vers.* à porta inferi. *Resp.* Erue Domine Animas eorum. *Vers.* Requiescant in pace. *Resp.* Amen. *Vers.* Domine exaudi Orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum Spiritu tuo. *Oremus.* Deus veniae Largitor.&c. Fidelium Deus.&c. *Vers.* Requiem æternam dona eis Domine. *Resp.* Et lux perpetua.&c. *Vers.* Requiescant in pace. *Resp.* Amen.

Quibus peractis, datò signò, Præses dissolvet Capitulum. Secretarius autem suo loco & ordine describet omnium Electorum nomina, subscribente P. Guardiano, Ministro, Visitatore, & Secretario. Et hæc Scriptura ponetur loco publico; ut quivis videre possit obligationem suam. Eritque alia Tabula, in qua annotabuntur nomina omnium Defunctorum; ut Vivi pro iis Suffragia praescripta recident.

*De Visitatione, & Correctione  
Delinquentium.*

CAPITULUM XVI.

LXVI. **M**inistri Fratres omnes, & Sorores, civitatis vel loci alicujus ad visitationem communem in loco quodam religioso, vel Ecclesia (ubi talis locus prædictus contigerit deesse) convocabunt. Habeturque Visitatorem Sacerdotem ex aliqua Religione approbata, qui iisdem pro excessibus commissis salutarem Poenitentiam injungat; nec quisquam aliis poterit hoc visitationis officium exercere. Quia verò præsens vivendi Forma à B. P. FRANCISCO institutionem sortita est; consulimus: ut Visitatores, & Informatores de Ordine Fratrum Minorum assumantur, quos Custodes, seu Guardiani desuper requisiti designabunt.

Nullatenus tamen volumus Congregatiōnem à Laïco visitari. Visitationis officium semel in anno exerceatur, nisi pluries necessitas requireret. Delinquentes, & inobedientes ter admoneantur, qui si reperiantur incorrigibles, de Ordine excludantur cum consilio Discretorum.

STATUTA CAPITULI XVI.

**C**Urabunt Patres Provinciales in singulis Provinciis, & Guardiani in suis Guardianiis, ut in quolibet Conventu designetur aliquis Visitator, qui sit Exemplaris Prædicator: non tantum; ut Fratres omni virtutum genere instruat, devotionem, aliisque pietatis exercitia doceat; verùm etiam, ut monitus à Ministro, & Zelatoribus, aut per se, culpam Fratris aut Sororis delinquentis cognoscens, illum charitatib[us] admoneat. Quòd si hac admonitione non fuerit emendatus, moneat eum P. Visitator, juxta S. Evangelium, secundâ vice, præsente Ministro, & alio Fratre, ut dictum ad C. 3. Regulæ. Si Frater, vel Soror Habitū spoliatur, id inter Fratres, & Sorores publicabitur, talisque ob inobedientiam suam, & contumaciam, non est amplius S. P. N. FRANCISCI filius, nec ve-  
luti indignus audeat portare Habitum Ordinis, in & cum quo tot animæ Salutem sunt consecuta. Si is, qui gestavit patenter Habitum, fuerit rebellis in eo deponendo; per Notarium aliquem intimetur ipsi Provisio Regia Philippi IV. virtute cuius poterit implorari auxilium Justitiæ secularis. Originale hujus provisionis asservatur Madriti in Archivio Tertiī Ordinis & infra citabitur Bulla Urbani VIII. quæ adhuc est efficacior ad illum Habitū spoliandum, qui eundem portare vellet discovertum sive licentia, & contra voluntatem Superiorum Ordinis.

Rmus P.F. Archangelus de Messina Minister Gen.

## VINEA

Gen. totius Ordinis Statuta condidit pro hoc Ordine, ut constat ex literis ejus ad universam Religionem expeditis ex Conventu S. Joannis Regum Tolet. 1609. 19. Jul. quæ postmodum approbata sunt à Capitulo Gen. Segoviae 1621. in quibus ordinatur: quod Institutum Tertiī Ordinis publicetur per omnes villas, & loca; in quibus non sunt Conventus. Et quilibet Guardianus mittet ad loca districtūs sui [ ubi non fuerint Conventus ] Religiosum aliquem devotum, qui ad tempus habebit Commissionem dandi Habitum illis, quos idoneos invenerit, præviis tamen informationibus, prout ordinatur in Regula. Et in locis ( in quibus fuerint Vicarii Monialium ) dabitus iisdem hæc Commisso, dandi aliis Habitum, & sumendi informationes. In iisdem Statutis etiam datur facultas Guardianis, in omnibus Guardianiæ suæ locis personas ad Habitum, & Professionem assumendi, absque eo, quod exspectent novam auctoritatem a suis Provincialibus. Item secundum Regulam possunt designare Visitatores hujus Ordinis; si que velint, poterunt per seipso visitare. In locis autem remotioribus, si ibidem sint Parochi Confratres, poterit iis dare commissionem, sumendi personarum informationem, eisque Habitū vestiendi. Eadēmque commissio poterit dari F. Prædicatori ad ea loca excurrenti, semper iis præscribendo: ut de omnibus accuratam dent rationem. Inhibetur autem in iisdem Statutis omnibus Fratribus; ne Communitatē aliquam instituant. Permititur tamen iis, ut faciant Congregationes C. 14. relatas. Itaque in pagis poterunt Fratres & Sorores solicitare, ut Sacerdos aliquis a P. Guardiano petat, & impetrat suam auctoritatem illis assistendi, ut Visitator Religiosus assistit Fratribus in oppidis, in quibus sunt Conventus; poteruntque similiter suas Congregationes & Electiones Officiorum facere. Nihilominus ad Visitato-

*Vinea Seraphica.*

## SERAPHICA.

81

rem Religiosum pertinet singulis annis visitare Fraternitates Tertiī Ord. per totam Guardianiam, si ipse Guardianus id recusat. In Ecclesiā verò FF. Minorum functionibus & exercitiis suis deputatā lucrabuntur Jubilæa, & Indulgētias Ordinis immediate, vel per participationem, Filiis Tertiī Ordinis, eorumque Ecclesiis, & Capellis concessas.

*De vitandis litigiis inter se, & cum aliis.*

## CAPITULUM XVII.

LXXVII. **V**itent Fratres & Sorores pro posse, inter se, & cum aliis litigia, & contentiones. Quas si excitari contigerit, pacificè conentur eas diri mere; alioquin coram illo responsuri (responsuræ) penes quem de Jure, eas dirimendi, potestas resideret.

*Statuta Capitulo huic addenda non occurunt. Qualiter, & à quibus dispensari possit in Abstinentia?*

## CAPITULUM XVIII.

LXVIII. **O**rdinarii, aut Visitator cum Fratribus omnibus, & Sororibus, ex causa legitima, in abstinentiis, jejuniis, & aliis austерitatibus [cùm expedire judicaverint] dispensare poterunt.

## STATUTA CAPITULI XVIII.

**Q**uantumvis Regula dicat, ut dispense tur in jejuniis, cum iis, qui non possunt jejunare; injungimus tamen P. Guardianis, (qui sunt Ordinarii, de quibus hoc Capitulum loquitur) & Visitatoribus, ut abstinentias, & jejunia commutent in alia charitatis opera V. G. pro Defunctis orare. Missas audire. Eleemosynas dare. Poterunt etiam jejunia commutare in eleemosynam quolibet mense dannam; ut dictum C. 14. Regulæ, fieri posse pro aliis piis operibus in Regula præceptis.

L

CON-

*De publicis Defectibus, & Transgessio-  
nibus Visitatori denuntiandis.*

### CAPITULUM XIX.

LXIX. **M**inistri publicos defectus, & trans-  
gressiones Fratrum, & Sororum  
Visitatori denuo nient punienda. Si verò quis  
incorrigibilis inveniretur; post trinam admo-  
nitionem debito tempore à Ministris factam,  
de Discretorum Fratrum aliquorum consilio,  
Visitatori denuntietur, ex Ordine, & Fratrum  
aliorum societate eliminandus, quod (ut om-  
nibus palam de ejus eliminatione constet) in  
sequente Congregatione publicabitur.

*Capitulum hoc per se clarum est, Statu-  
tis non indiget. Quod in predictis om-  
nibus nemo ad culpam mortalem  
obligetur.*

### CAPITULUM XX.

LXX. **C**æterum in præmissis omnibus, ad  
quæ Fratres Ordinis vestri, non  
vi Statutorum Ecclesiæ, vel Mandatorum Dei  
tenentur, nullum ipsorum ad mortalem cul-  
pam volumus obligari; sed impositam sibi  
à Superioribus pœnitentiam pro transgessio-  
nis excessu quisque humiliter acceptet, &  
efficaciter studeat adimplere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostri Statuti, & Ordinationis in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire.  
Si verò quis id attentare præsumperit? in-  
dignationem omnipotentis Dei, & B.B. Pe-  
tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit in-  
cursurum. Datum Reate 16. Kalend. Sept.  
Pontificatus nostri anno 2.

### STATUTA CAPITULI XX.

**D**enique pro securitate conscientiarum,  
quiete animarum, sedatione scrupulo-  
rum, dilatatione cordium, Ordinis Tertiij

de Pœnitentia incremento, & observantia  
meliore hujus Regulæ summus Pontifex  
*Nicolaus IV.* & reliqui Pontifices ejus Succes-  
sores usque in hodiernum diem dicunt, &  
unanimiter declarant: quod in transgres-  
sione hujus Regulæ, Praeceptorum, & Sta-  
tutorum nolint Professores ejus ad culpam  
mortalem obligatos esse; nisi alias ex Prae-  
ceptis Dei, aut Ecclesiæ obligentur; sed tan-  
tum, ut recipiant, & humiliiter adimpleant  
Pœnitentiam pro Regulæ transgressionibus  
injunctorum. Nec his contradicunt verba Pro-  
fessionis, quibus dicunt: *Voveo, & pro-  
mitto Deo omnipotenti. &c.* Quia hoc non  
est votum strictum, & in rigore, sed quod-  
dam Propositum firmum observandi Mandata  
Legis Divinæ, ad quæ observanda omnes  
Fideles adstringuntur; & per hanc Regulam  
nihil ei additur. Id enim expresse Pontifex  
dicit in hoc ultimo Capitulo, declarans vo-  
luntatem, & intentionem suam. Eadémque  
fuit voluntas & intentio Seraphici Patris no-  
stri; hanc ipsam tenent Praelati Ordinis, ip-  
séque (qui ad Professionem admittit) sic sen-  
tit; qui etiam moneat Pœnitentem, ut ean-  
dem habeat intentionem, non subjiciendi se  
ipsum novæ obligationi alicujus peccati. Vi-  
de dicta ad Capitulum 2.

Hæc sunt Statuta pro Tertiariis sacerdotalibus  
utriusque sexus disposita, excerpta ex Spe-  
culo Seraphico; sūntque eadem illa, quæ  
sua Sanctitas *Innocentius XI.* in Brevi: *Eccle-  
siæ Catholicae*, specificè confirmavit, &  
*Innocentius XII.* observari præcepit in  
Rubricis particularibus Breviarii Francif-  
cani. n. 181. sicutque hodie dum in omnibus  
Hispaniæ & Italiae partibus accuratè ob-  
servantur; quantumvis extra has regiones  
non tam strictè sint in usu.

F I N I S  
Regulæ & Statutorum Tertiij Ordinis de Pœ-  
nitentia nuncupati,

CON-

## CONCESSIO

## INDULGENTIARUM.

à Summo Pontifice Clemente V.  
Fratribus & Sororibus III. Ordinis de  
Pœnitentia datarum ; quoties semel  
in mense audiērint lectionem  
Regulæ , vel ejus expli-  
cationem.

*Clemens Episcopus. Servus servorum Dei.*  
LXXI. **D**ilectis in Christo Filiis , & Filia-  
bus , Fratribus & Sororibus Ve-  
nerabilis Tertiæ Ordinis de Pœnitentia ; Salu-  
tem , & Apostolicam Benedictionem.

Cùm illuminatum sit cor nostrum , & il-  
lustratum Spiritu S. cum affectu devoto , &  
pietate , concedendi liberaliter , & donandi  
cum prompta manu beneficia locis piis , &  
devotis personis , specialiter dilectis Fratri-  
bus , & Sororibus Ven. Tertiæ Ordinis S. Fran-  
cisci , in omni parte terrarum ; ubi degunt ;  
in quali Ordine certò reperiuntur multa bene-  
ficia pro salute animarum. In respectum tanti  
Ordinis totum mundum illuminantis , ad di-  
cti Ven. Ordinis majorem exaltationem , &  
honorem , virtute præsentium literatum ,  
manifestum sit omnibus Fratribus & Sorori-  
bus dicti Ordinis ; quod omni vice , quan-  
do convenient in simul , saltem quoad ma-  
jorem numerum , in uno deputato loco , &  
ibidem legitur dicta Regula , vel de ista Re-  
gula fiat memoria vel mentio etiam Peregrini-  
nis , & Extraneis , qui non sunt de ista Regu-  
la ; considerando illorum Merita : conce-  
dimus ex jugi fonte divinæ gratiae 560. die-  
rum Indulgentias , pro singulis , unâ vice , in  
mense ; quando lecta erit ista Regula . Da-  
tum Burdigalæ in Francia . die 8. mensis Maii .  
1305. Pontificatus nostri anno 2.] Hoc Bre-

ve invenitur apud P. Auda de Lantosca , Idio-  
mate Italico . fol. 34. de Reg. 3. Ord.

## Calendarium Festorum.

Quo Tertiarii ad Divini Officii reci-  
tationem uti solent , prout habetur  
in Libris & Directoriis Ecclesiasticis ,  
in specie in Directorio 3. Ord. R. P.  
Francisci Diaz. impresso Romæ &  
approbat 1688. & Capitulo Ge-  
nerali præsentato.

## Præscribitur Officium.

- LXXII. **B**. Ludovicæ Albertoniae Vid. Du-  
plex . 31. Janua. fuit Tertiaria.  
B. Viridianæ Virg. Duplex. min. 1. Februa.  
fuit Tertiaria.  
B.B. Petri & Sociorum ejus 17. Martyrum  
Tertiæ Ord. Duplex 2. Clas. 5. Febr.  
S. Conradi Confessoris dupl. majus 19. Febr.  
fuit ex Tertio Ord.  
S. Coletæ Virg. dupl. maj. 6. Martii. fuit  
olim Tertiaria.  
S. Rosæ Virg. dupl. min. 8. Martii. ex Tertio  
Ordine.  
S. Franciscæ Viduæ. Dupl. min. 9. Martii. fuit  
quondam Tertiaria.  
S. Angelæ Fulgin. vid. Dupl. maj. 30. Mar-  
tii. fuit ex Tert. Ord.  
S. Lucii Confess. Dupl. maj. 15. April. fuit  
ex Tert. Ord.  
S. Ionis Confess. dupl. 2. clas. 19. Maj. fuit  
ex Tert. Ord.  
Translat. S. Elzearii Confess. Dupl. min. 18.  
Junii.  
S. Elisabeth Vid. Reginæ Portugal. Dupl. maj.  
4. Julii. fuit Tertiaria.  
S. Rochi Confess. Dupl. maj. 16. Aug. fuit  
ex Tertio Ordine.  
B. Claræ de Monte Falc. Dupl. min. 18. Aug.  
fuit olim Tertiæ Ord.

L 2

S. Lu-

- S. Ludovici Regis Franciæ. Ordinis Patroni.  
Dupl. primæ class. 25. Aug. cum Octava. fuit Tertiarius.  
Translat. S. Rosæ. Dupl. 2dæ class. 4. Septemb. cum Octava.  
S. Elzearii Confess. Dupl. 2dæ class. 27. Septemb. fuit ex Tertio Ordine.  
S. Birgittæ Viduæ. Dupl. min. 8. Octob. Olim fuit Tertiaria.  
Translat. S. Ivironis. Dupl. min. 27. Octob.  
S. Salomææ. Reginæ Galliciæ. Duplex min. 17. Novemb. fuit Tertiæ Ordinis.  
S. Elisabeth. Vid. Reginæ Hungariæ Duplex 1. class. cum Octava. 19. Novemb.

## C A P U T XVII.

*De Modo ad Habitum & Professionem admittendi.*

LXXXIII. **S**uperior, vel Sacerdos ab eodem deputatus, exposito Venerabili, ante altare intonare solet Verbum: *Tantum ergo Sacramentum.* Respondentibus Tertiariis. Quo finito Sacerdos Sponsum, vel Sponsam, in scamno prius ad hoc decenter præparato genuflexam accedit, & aquâ benedictâ conspergit; tradens ei in manu dextera Crucifixum, dicens: *Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Deinde in manu sinistra Cereum accensum, dicens: *Sit lucerna ardens in manibus tuis, ut abiicias opera tenebrarum, & induaris arma lucis. In Nomine Patris. &c.* Denique incipit Sacerdos cantare: *Veni Sponsa Christi. &c.* Quæ Antiphona ter à Tertiariis repeti potest; quâ finitâ celebratur Sacrum, usque ad Evangelium. Quo finito conversus ad Sponsum vel Sponsam Sacerdos querit: quid petis? cui respondet. Reverende Pater, Venerandi Confratres, & dilectissimæ Sorores: pe-

to per amorem Dei, Habitum Probationis Tertiæ Ordinis S. P. N. FRANCISCI, ad Domino Deo melius serviendum, servando Regulari, & sancta Dei Mandata.

Factâ hac petitione succinætum & spiritualem Sacerdos habet Sermonem, quo perfecto denuo querit: an in petitione factâ, & intentione sancta Sponsus (Sponsa) constans permaneat? quo [quâ] annuente, reponit Sacerdos: orabimus ergo [quotquot hic præsentes adsumus] Deum omnipotentem, ut tibi gratiam Spiritus S. infundere, te in bono Proposito, operéque pio ac laudabili, quod inchoare desideras, confortare dignetur. & statim ad Altare genuflexus Litanias sequentes clarâ & intelligibili voce intonat cunctis respondentibus.

## LITANIÆ

*Pro Nostris ex Apostolico Indulso rite dispositæ.*

**K**yrie eleison. Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.  
Pater de cælis Deus. Miserere nobis.  
Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.  
Spiritus S. Deus. Miserere nobis.  
Sancta Trinitas unus Deus. Miserere nobis.  
S. Maria. Ora pro nobis.  
S. Dei Genitrix. ora pro nobis.  
S. Virgo Virginum. ora pro nobis.  
S. Michaël. ora pro nobis.  
S. Gabriël. ora pro nobis.  
S. Raphaël. ora pro nobis.  
Omnes sancti Angeli & Archangeli. Orate.  
Omnes sancti BB. Spirituum Ordines. orate.  
S. Joannes Baptista. ora pro nobis.  
Omnes Ss. Patriarchæ & Prophetæ. orate.  
S. Petre. ora.  
S. Paule. ora.  
S. Andrea. ora.  
S. Ja-

VINEA SERAPHICA.

85

S. Jacobe.	ora. S. Martine.	ora.
S. Joannes.	ora. S. Nicolae.	ora.
S. Thoma.	ora. S. Ludovice.	ora.
S. Jacobe.	ora. S. Benevenute.	ora.
S. Philippe.	ora. Omnes Ss. Pontifices & Confessores. Orate.	
S. Bartholomæ.	ora. Omnes sancti Doctores.	orate.
S. Matthæ.	ora. S. Antoni.	Ora.
S. Simon.	ora. S. Benedicte.	ora.
S. Thadæ.	ora. S. Bernarde.	ora.
S. Matthia.	ora. S. Dominice.	ora.
S. Barnaba.	ora. S. P. N. FRANCISCE.	ora.
S. Luca.	ora. S. Antoni de Padua.	ora.
S. Marce.	ora. S. Bernardine.	ora.
Omnes Ss. Apostoli & Evangelistæ.	Orate. S. Petre de Alcantara.	ora.
Omnes Ss. Discipuli Domini.	orate. S. Joannes de Capistrano.	ora.
Omnes Sancti Innocentes.	orate. S. Didace.	ora.
S. Stephane.	ora. S. Paschalis.	ora.
S. Laurenti.	ora. S. Ludovice.	ora.
S. Vincenti.	ora. S. Ivo.	ora.
Ss. Fabiane & Sebastiane.	Orate. S. Elzeari.	ora.
Ss. Joannes & Paule.	orate. S. Roche.	ora.
Ss. Cosma & Damiane.	orate. S. Conrade.	ora.
Ss. Gervasi & Protasi.	orate. Omnes Ss. Sacerdotes, & Levitæ.	orate.
S. Berarde.	ora. Omnes Ss. Monachi, & Eremitæ.	orate.
S. Petre.	ora. S. Maria Magdalena.	Ora.
S. Accurſi.	ora. S. Agatha.	ora.
S. Adjute.	ora. S. Lucia.	ora.
S. Otto.	ora. S. Agnes.	ora.
S. Daniel.	ora. S. Cæcilia.	ora.
S. Angele.	ora. S. Catharinæ.	ora.
S. Samuel.	ora. S. Clara.	ora.
S. Donule.	ora. S. Rosa de Viterbio.	ora.
S. Leo.	ora. S. Anaftasia.	ora.
S. Hugoline.	ora. S. Elisabeth Hungariæ.	ora.
S. Nicolae.	ora. S. Elisabeth Portugalliae.	ora.
Omnes Ss. Martyres.	Orate. Omnes Ss. Virgines, & Viduæ.	Orate.
S. Sylvester.	ora. Omnes Sancti & Sanctæ Trium Ordinum	
S. Gregori.	ora. S. P. N. FRANCISCI.	orate.
S. Ambrosi.	ora. Propitius esto. Parce nobis Domine.	
S. Augustine.	ora. Propitius esto. Exaudi nos Domine.	
S. Hieronyme.	ora. Ab omni immunditia mentis, & corporis.	
S. Bonaventura.	ora. Libera nos Domine.	

L 3

Ab



## VINEA SERAPHICA.

Ab omni peccato, libera nos Domine.  
 A damnatione perpetua, libera nos Dom.  
 Ab omni malo, libera nos Domine,  
 Per Mysterium sanctæ Incarnationis, Passio-  
 nis, Resurrectionis, & Ascensionis tuæ,  
 libera nos Domine.  
 Peccatores, Te rogamus audi nos.  
 Ut pacem, & tranquillitatem cordis nobis  
 donare digneris, te rogamus audi nos.  
 Ut hunc famulum (famulam) in verâ casti-  
 tate perseverare facias, te rogamus.  
 Ut ei virtutem veræ humilitatis, & obedi-  
 entiae donare digneris, te rogamus.  
 Ut cum [eam] in tuo servitio perseverare  
 facias, te rogamus audi nos.  
 Ut ei augmentum Fidei, Spei, & Charitatis  
 donare digneris, te rogamus audi nos.  
 Ut omnibus Fidelibus Defunctis requiem  
 æternam donare digneris, te rogamus.  
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce  
 nobis Domine.  
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi  
 nos Domine.  
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere  
 nobis.  
 Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.  
 Pater noster. &c.

*Vers.* Et ne nos inducas. &c. *Reff.* Sed  
 libera nos. &c. *Vers.* Salvum fac servum tuum  
 (ancillam tuam) *Reff.* Deus meus speran-  
 tem in te. *Vers.* Mitte ei Domine auxilium  
 de Sancto. *Reff.* Et de Sion tuere eum (eam).  
*Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo (ea)  
*Reff.* Et filius iniquitatis non apponet nocere  
 ei. *Vers.* Esto ei Domine turris fortitudinis,  
*Reff.* à facie inimici. *Vers.* Domine exaudi  
 orationem meam. *Reff.* Et clamor meus. &c.  
*Vers.* Dominus vobiscum. *Reff.* Et cum, &c.

## OREMUS.

**D**eus, qui per coeternum tibi Filium  
 cuncta creasti, quique hunc mundum  
 peccatis inveteratum, per Mysterium Incar-

nationis ejus renovare dignatus es; te suppli-  
 ces exoramus; ut ejusdem Filii tui D. N.  
 J. C. clementia super hunc famulum tuum  
 [famulam tuam] respicere digneris: quatenus  
 spiritu mentis suæ renovatus (renovata,)  
 veterem hominem cum actibus suis exuat, &  
 novum, qui secundum Deum creatus est,  
 induere mereatur. Per eundem Christum  
 Dominum nostrum, Amen.

Quibus dictis surgit Sacerdos, & conver-  
 sus ad Sponsum (Sponsam) benedit Ha-  
 bitum, & Chordam, dicens:

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine  
 Domini *Reff.* Qui fecit cælum & terram,  
*Vers.* Sit nomen Domini benedictum. *Reff.*  
 Ex hoc nunc & usque in seculum. *Vers.* Do-  
 mine exaudi. &c. *Reff.* Et clamor meus, *Vers.*  
 Dominus vobiscum. *Reff.* Et cum &c.

## OREMUS.

**D**omine JESU Christe, qui tegumem  
 nostra mortalitatis induere dignatus es,  
 quique gloriosum Confessorem tuum B. P.  
 N. FRANCISCUM tres Ordines instituere  
 salubriter instigasti, ac operis tui Vicarios,  
 summos Ecclesiæ Pontifices, ipsos appro-  
 bare fecisti; immensam clementiam tuæ largi-  
 tam suppliciter exoramus: ut hæc indu-  
 menta, quæ ad propriæ mortificationis, &  
 humilitatis juvamen, ac pro valida contra  
 sæculum, carnem, & dæmonem Armaturæ,  
 instituta sunt, benedicere & digneris; ut hic  
 famulus tuus [hæc famula tua] ea devotè  
 recipiens, te intrâ se taliter induat, ut [sicut  
 honestam, humilemque vitam indumenta  
 ipsa prætendunt] etiam quolibet, vicio, te ad-  
 juvante, subacto, veraciter corde, ore, ac  
 opere vivere mereatur; ut à te nullis unquam  
 tentationibus separetur. Qui viuis & regnas  
 in sæcula sæculorum, Amen.

Deinde aspergit Habitum, & Chordam  
 aquâ benedictâ, & exuendo pallium, ait:  
 Ex-

Exuat te Dominus veterem hominem  
cum actibus suis, & induat te novum, qui  
secundum Deum creatus est. R. Amen.

*Induendo Scapulare ait:*

Induat te Dominus indumento salutis, &  
circumdet te vestimento justitiae; tolle Jugum  
Domini suave super te, ut invenias requiem  
animæ tuæ. Per C. D. N. Amen.

*Cingendo eum [eam] Chorda ait:*

Præcingat te Dominus charissime Frater  
(charissima Soror) cingulo hujus Ordinis,  
ad invocationem sanctissimi Nominis sui, &  
B. P. N. FRANCISCI; ut possis recordari  
vinculorum, & Passionis D. N. J. C. & fer-  
vere ad opera pœnitentiae, & charitatis. Qui  
vivit & regnat. &c.

Mox subjungit *Vers.* Dominus vobiscum.  
*Reſp.* Et cum spiritu tuo.

#### O R E M U S.

D Omine JESU Christe, qui dixisti: Ju-  
gum meum suave est, & onus meum  
leve; præsta quæsumus: ut famulus (fa-  
mula) sic illud portare valeat in perpetuum;  
ut intercedente B. P. N. FRANCISCO  
tuam gratiam in præsenti, & gloriam  
in futuro consequi mereatur. Qui vivis &  
regnas in seculorum secula. Amen.

His dictis reddit Sponso (Sponsæ) cru-  
cem, & cereum; & genuflexus coram Al-  
tari intonat Hymnum sequentem:

V Eni Creator Spiritus,  
Mentes tuorum visita;  
Imple supernâ gratiâ;  
Quæ tu creâsti pectora.  
Qui diceris Paraclitus,  
Altissimi donum Dei,  
Fons vivus, ignis, charitas,  
Et spiritalis undio;  
Tu septiformis munere,  
Digitus Paternæ Dexteræ;  
Tu rite promissum Patris  
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,  
Infunde amorem cordibus;

Infirma nostri corporis

Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,

Pacemque dones protinus;

Ductore sic te prævio,

Vitemus omne noxiū.

Per te sciamus da Patrem,

Noscamus atque Filium;

Te utriusque Spiritum

Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,

Et Filio, qui à mortuis

Surrexit, ac Paraclito

In seculorum secula. Amen.

Sub quo Hymno sponsus [sponsa] per  
ordinem Frates [Sorores] adire potest, eis  
oculum pacis datura.

v. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ. v. In Con-

ceptione tua Virgo immaculata fuisti. R. Ora

pro nobis Patrem. &c. v. Signasti Domine

servum tuum Franciscum. R. Signis redemp-

tionis &c. v. Ora pro nobis B. Elisabeth

R. Ut digni efficiamur. &c.

#### O R E M U S.

D EUS, qui corda Fidelium sancti Spi-  
ritus illustratione docuisti: da nobis in  
eodem Spiriti recta sapere, & de ejus sem-  
per consolatione gaudere.

D EUS qui per immaculatam Virginis Con-  
ceptionem dignum Filio tuo habitacu-  
lum præparasti; quæsumus: ut, qui ex mor-  
te ejusdem Filii sui prævisâ eam ab omni labo  
præservâsti, nos quoque mundos ejus inter-  
cessione ad te pervenire concedas.

D Omine JESU Christe, qui frig-  
ente mundo ad inflammandum cor-  
da nostra tui amoris igne in carne B.  
P. N. FRANCISCI Passionis tuæ  
sacra

sacra Stigmata renovasti; concede propitius: ut ejus meritis, & precibus crucem jugiter feramus, & dignos pœnitentia fructus faciamus.

**T**uorum corda Fidelium Deus Miserator illustra, & B. Elisabeth precibus glorio- sis, fac nos prospera mundi despicer, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sub Sacro, ad ablutionem calicis (Spon- sus) Sponsa) cummunionem sumit. Denique finitõ Sacré Sacerdos intonat:

**G**enitori, Genitóque,  
Laus, & Jubilatio.

Salus honor, virtus quòque

Sit & Benedic̄tio.

Procedenti ab utroque

Compatit laudatio. Amen.

Datâque Benedic̄tione Venerabile Sacra- mentum reponitur.

*Modus admittendi ad Professionem.*

**E**lapsō integro, & continuo Probatio- nis anno; Professio non diu differenda est. Sed postquam in vitam, mores, con- versationem, familiae qualitates, cæteraque requisita sedulò inquisitum fuit habito bo- no omnium testimonio Novitus (Novitia) à Prælato, vel alio designato sacerdote admitti poterit ad Professionem, modo sequente:

Sub initium Sacri Sacerdos intonat exposi- to Venerabili: *Tantum ergo. Ec.* ut suprà reliquias respondentibus. Et datâ Benedic̄tione Prælatus inchoat Missam qui lecto Evangelio deponit Casulam cum Manipulo, & ad Sponsum (Sponsam) conversus quærit. Quid petis? Et Novitus (Novitia) re- spondet: Reverende Pater, venerandi Fra- tres, & dilectissimæ Sorores: rogo per amo- rem Dci, & Domini nostri Jesu Christi, ad- mitti ad S. Professionem Tertiæ Ordinis. S.P.

**N. FRANCISCI.** Ad agendam fructuosius

pœnitentiam, ad emendandam vitam meam, & ad Salutem æternam ciuius consequendam.

Deinde habitâ brevi exhortatione eun- dem (eandem) interrogat: an in bona in- tentione, & Proposito laudabili constans permaneat? quo (quâ) annuente Sacerdos coram Altari genuflexus legit Litanias, ut suprà quibus finitis ad Profitentem conver- sus ait: *v. Adjutorium nostrum in Nomi- ne Domini. R. Qui fecit celum & terram. v. Domine exaudi. &c. R. Et clamor meus. &c. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*O R E M U S.*

**D**EUS, qui ex abundantia tuae pietatis, & gratiæ revelare dignatus es humilibus, jugum tuum suave, & onus tuum leve esse; benedic **P** quæsumus hoc genus vestimenti, & præstare digneris ei, qui illo uti deside- rat: ut à te discere mereatur mitis esse, & hu- milis corde; sicque in hac vita requiem ani- mæ suæ inveniens, in cælesti Patria te reve- latâ facie videre mereatur. Qui cum Patre & Spiritu S. vivis & regnas Deus in sæculorum. Amen.

*Benedic̄tio Chordæ.*

*O R E M U S.*

**D**EUS, qui ut servum solveres, Filium tuum funibus ligari voluisti; benedic **P** quæsumus funem istum, & concede: ut hic famulus (famula) (tuus) (tua) (qui) (quæ) eo velut ligamine pœnitentiali cingetur; vin- cularum ejusdem Filii tui D.N.J.C. memor existat, & in Ordine, quem hodie profite- tur, salubriter perseveret, & tuis cum effe- ctu semper obsequiis se obligatum (obliga- tam esse cognoscat. Per eundem Christum Dominum nostrum Amen.

*Bf-*

*Benedictio Annuli  
Pro virginibus Castitatem voventibus.  
OREMUS.*

**C**reator, & Conservator generis humani, Dator gratiae spiritualis, & Largitor humanae salutis; tu Domine, emitte Benedictionem tuam † super hunc annulum: ut quae eum gestaverit; cælesti virtute munira, fidem integrum, fidelitatēmque sinceram teneat, sicut Sponsa Christi virginitatis Propositiū custodiat, & in castitate perpetua perseveret. Per Christum D. N. Amen.

Deinde Chordam, Scapulare, & annulum aspergit aquâ benedictâ; & induendo Habitum dicit: Induat te Dominus indumento salutis, & circumdet te vestimento justitiae. Tolle jugum Domini suave super te & invenies requiem animæ tuæ. Amen.

*OREMUS.*

**M**ajestatem tuam Domine suppliciter exoramus: ut Famulum tuum, Fratrem nostrum (Famulam tuam, Sororem nostram,) cui Religionis nostræ vestem imposuimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, & salutis protegere vestimento; ut intercedente B. P. N. FRANCISCO sub humiliatis ueste tibi perseveranter deserviens, ad stolam immortalitatis & gloriae mereatur pervenire. Qui vivis & regnas. &c.

*Cingendo Chordâ dicit:*

Præcingat te Dominus cingulo Fidei, & donet tibi virtutem castitatis. Extinguat in te humorem libidinis; & jugiter maneat in te memoria vinculorum Domini nostri JESU Christi. Amen.

*OREMUS.*

**D**eus, qui B. Petro Apostolo significans, quia morte esset clarificatus Deum, *Vinea Seraphica.*

prædixisti, per alium in senectute ipsum fore præcingendum; Famulum tuum, Fratrem nostrum (Famulam tuam, Sororem nostram) cingulo nostræ Fraternitatis præcinge, & tui nominis metu, ac salutari Chordâ amoris tui cor ejus constringe: ut tuâ ei opitulante gratiâ à vinculis peccatorum absolutus (absoluta) tuoque vincitus (vincita) servitio, in Ordinis, quem assumit, observantia usque in finem fideliter perseveret. Qui vivis & regnas. &c.

Postmodum Profitens coram Prælato genuflexus (genuflexa) manibus complicatis, stolâque circumvolutis emittit Professionem dicens:

*Forma Professionis.*

**E**go Frater [Soror] voveo & promitto Deo omnipotenti, B. MARIÆ semper Virgini, Seraphico P. FRANCISCO, omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ, servare omnia Præcepta Dei, & Castitatem; (si eam vovere velit) & satisfacere velle pro transgressionibus, contra hanc methodum vivendi à me forte committendis, in Ordine Tertio à B. P. N. FRANCISCO instituto, & à Nicolao IV. Summo Pontifice confirmato; ubi requisitus (requisita) fuero.

Deinde Prælatus dicit: Et ego ex parte Dei omnipotentis tibi, si hæc observaveris; promitto vitam æternam. In Nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus S. † Amen.

Quibus præmissis dat Virgini castitatem voventi annulum, dicens:

Desponso te JESU Christo, Filio summi Patris, qui te illæsam custodiat. Accipe ergo annulum fidei, signaculum Spiritus S. ut Sponsa Dei voceris; & [sive fideliter servieris] in perpetuum coroneris. In Nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus S. † Amen.

M

Et

Et coram altari genuflexus intonat. *Veni Creator. &c.* Aliis prosequentibus. Hymno finito subdit :

*Vers.* Confirma hoc Deus. *Reff.* Quod operatus es in nobis. *Vers.* In Conceptione tuâ Virgo immaculata fuisti. *Reff.* Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti. *Vers.* Signâsti Domine servum tuum FRANCISCUM. *Reff.* Signis redemptionis nostræ. *Vers.* Ora pro nobis B. Elisabeth. *Reff.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

### O R E M U S .

**D**EUS, qui corda Fidelium S. Spiritûs illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

**D**EUS qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparâsti, quæsumus: ut, qui ex morte Filii sui prævisâ eam ab omni labe præservâsti; nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas.

**D**EUS, qui Ecclesiam tuam B. FRANCISCI meritis factu novæ prolis amplificas; tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

**T**uorum corda Fidelium Deus Miserator illustra, & B. Elisabeth precibus gloriofis fac nos prospera mundi despicere, & cœlesti semper consolatione gaudere.

**D**EUS, qui à sæculi vanitate conversos ad bravium supernæ vocationis accendis; pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis [quâ in te perseveremus] infunde: ut protectionis tuæ muniti præsidiis, quod te donante promisimus, impleamus, & nostræ Professionis Sectatores effecti, ad ea, quæ Perseverantibus in te promittete dignatus es, pertingamus. Per Christum Dominum nostrum.

Deinde prosequitur Missam more solito; & tempore consueto Profitens sumit Communionem; finitóque Sacro datur Benedictio, canendo: *Genitori. &c.*

Denique nomen Professi, (Professæ) juxta Ordinationes inscribatur catalogo Confratrum. Sique ipse [ipsa] Profitens calleat scribere, propriâ manu annotet nomen suum, præsentibus aliis Confratribus (Sororibus) addens annum, mensem, diem Professionis. Si autem sit scriptio, vel lectionis ignarus; (ignara) Formula Professionis scribatur tenore seqnenti.

### Formula Instrumenti Professionis emisse.

*In Nomine Domini nostri JESU Christi.  
Amen.*

LXXIV. **A**nno à Nativitate ejusdem millesimo. Septingentesimo &c. Pontificatus D. N. Papæ. N. Anno N. In civitate N. Præsentibus N.N. Testibus ad hoc vocatis, & specialiter rogatis.

N.N. Personaliter constitutus coram honesto viro N. Ministro F.F. & Sororum de Pœnitentia, dixit, se habere sufficientem notitiam omnium, ac singulorum in ea contentorum, & callere normam vivendi in ipsa Regula per S. FRANCISCUM traditam, quam integro jam anno expertus probavit, adeoque sibi eam admodum placere, sequere velle ipsam vivendi normam assumere, & in ejus observantia pro viribus firmiter persevere. Quem in finem prædictum Ministru instanter postulavit; ut ad Professionem dicti Ordinis reciperetur, aliisque Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis aggregaretur.

Qui Minister auditâ petitione dicti N. factaque relatione [præfati Ordinis] fide dignorum de bona ejus fama, conversatione honestâ,

honestā, vitāque & genere laudabili, prævio debito scrutinio & consensu majoris partis Fratrum (Sororum) præmisso etiam debito examine, de omnibus necessariis, in Regula contentis, ac per Ministrum eidem N. clare expositis omnibus gravaminibus subeundis, devoto ac laudabili ejus desiderio annendum censuit. Quare dictus (dicta) N. humiliter flexis genibus, juncūisque manibus, divino instinctu, proprio consensu, & ex certa omnium necessiariorum scientia, inter manus Ministrii, vel deputati Recipientis, libera, clarāque voce Regulam III. Ordinis de Pœnitentia professus (professa) est; ac promisit Deo omnipotenti, B. MARIAE semper Virgini, B. FRANCISCO, omnibus Sanctis, & Patri recipienti; se toto tempore vitæ suæ servaturum (servaturam) Regulam Fratrum ac Sororum de Pœnitentia, per D. Papam Nicolaum IV. confirmatam, & satisfacturum [satisfacturam] pro omnibus transgressionibus contra hunc præscriptum vivendi modum committendis; si interpellatus [interpellata] per Visitatorem fuerit.

Quam Professionem dictus Minister N. suscepit; & Profitentem N. Fratribus & Sororibus III. Ordinis de Pœnitentia aggregavit, volens & mandans; quatenus Neo-Professus (Professa) nunc & deinceps uti, & gaudere possit omnibus & singulis beneficiis, favoribus, privilegiis, quibus alii Confratres & Sorores III. Ordinis de Pœn. quolibet tempore utuntur, & gaudent. Datum. &c.

*Forma Absolutionis Generalis  
in IV. anni Festis dari solita.*

LXXV. **D**ominus noster JESUS Christus per Merita suæ sacratissimæ Passionis vos absolvat, & gratiam vobis copiosam infundat. Et ego auctoritate ipsius, ac B.B. Apostolorum, Petri, & Pauli, ac sum-

morum Pontificum, mihi in hac parte commissā, & vobis concessā; absolvō vos ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, ab omnibus aliis censuris, & pœnis ecclesiasticis, si quas per delictum incurristis, & restituo vos Sacramentis Ecclesiæ, & unioni, ac participationi Fidelium. Item eādem auctoritate (quantum ad præsens forum spectat) absolvō vos ab omnibus peccatis vestris, contra Deum, Proximum, & animam vestram, scienter, malitiosè, vel ignoranter commissis; & concedo vobis Indulgentiam plenariam omnium peccatorum, confessorum, & oblitorum. Denique relaxo vobis omnes pœnas Purgatorii, quas pro peccatis commissis meruistis; & restituo vos illi innocentia; in qua eratis, quando baptizati [baptizatae] fuistis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.

*Secunda pro Profitente in particulari.*

LXXVI. **D**ominus noster JESUS Christus per suam püssimam misericordiam, & per Merita suæ sacratissimæ Passionis te absolvat; & gratiam tibi copiosam infundat. Et ego auctoritate ipsius, ac B.B. Apostolorum Petri & Pauli, & summorum Pontificum tibi concessā, mihique in hac parte commissā; absolvō te ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, & cujuscunque alterius Censuræ, si quam incurristi; nec non ab omni transgressione Mandatorum Dei, & Ecclesiæ; simul & ab omnibus peccatis tuis, in quantum se claves Ecclesiæ ad hoc extendunt; & restituo te eidem innocentia, quam in Baptismo acquisiveras; impertiōrque tibi Indulgentiam plenariam, In Nomine Patris. &c.

*Tertia pro Mortis Articulo dari solita.*

LXXVII. **Q**uia aliqui Pontifices Indulgencias plenarias Tertiariis,

M 2

in

in articulo mortis constitutis, benignè concesserunt, sīnē ulla dependentia ab electione Confessarii, qui talem Indulgentiam nomine Pontificis impertiatur; ideo ad majus solatum spirituale, non ut necessaria, sed valde proficia, sequens deprecatio subjungenda est, cui in extremis constitutus (constituta) devotè corresponeat saltem corde (si ore non possit) invocando nomen JESU.

**D**ominus noster JESUS Christus, Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi; per suam piissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata tua; quæcunque, & quomodocunque toto vitæ decursu commisiisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es; restituens tibi stolam primam, quam in B. p̄timate receperisti, & per Indulgentiam plenariam à summis Pontificibus, Nostratisbus, in articulo mortis concessam: liberet te à præsentis, ac futuræ vitæ pœnis, dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferni claudere, Paradisi januam aperire, tēque ad gaudia semiperna perducere per sacratissima suæ vitæ, Passionis, & glorificationis Mysteria. Qui cum Patre & Sp̄itu sancto. &c.

### C A P U T XVIII.

Monita, & Cautelæ pro Superioribus volentibus dare Habitum Tertiariis.

**LXXXVIII.** **A**dvertendum I. Ad evitandas controversias cum locorum Ordinariis S. Congregatio Episc. & Regul. statuit; quod [ si Tertiarii] Tertiariæ (velint emittere votum simplex castitatis, & publicè portare Habitum cum chorda) requiratur licentia Episcopi; sīnē cujus confessione non erunt exempti ab Ordinario, &

foro sacerdotali. Port. in Dub. Reg. V. Tert. n. 10. Lezan. in Sum. Reg. To. 2. C. 14. n. 41. Advertendum 2. quod Innocentius IV. & Sixtus IV. iussierint, Fratres & Sorores III. Ordinis debere visitari à Superioribus Ordinis Seraphici, explicando iis Regulam, quam sunt professi; & corrigendo defectus contra Regulam commissos. Non verò se debent ingerere in administrationem bonorum temporalium, & eleemosynarum, à Fratribus & Sororibus III. Ordinis datarum. Ita declaravit S. Congreg. Episc. & Regul. anno 1605. ut refert Firmam. Trium Ordinum fol. 98. Sixtus V. Et communis cura. Gregorius XIII. Exposcit. Quamvis, cùm examinantur computus, possint intervenire Provincialis, vel Guardianus, vel ab iis Deputatus; prout præscribit Gregorius XV. Inscrutabili. Ad videndum, quod Eleemosynæ fideliter administrantur. Advertendum 3. circa formam Habitū. Quamvis Seraphicus Pater instituerit Habitum vilem de panno grosso, & longum cum chorda ex canabæ, sicque ipse S. Pater tuo tempore ordinariè personas vestiverit; nihilominus Julius II. ad magis alliciendos Principes, & majoris Nobilitatis Personas statuit, & ordinavit, ut Habitus cum mediocri longitudine. V.G. ad tres tantum palmos ante pectus, & à tergo per modum Scapularis cum chorda benedicta portari possit sub veste sacerdotali, quæ sit modesta secundum qualitatem, & distinctionem personarum. Talique modo portatus Habitus erit sufficiens ad acquirendum ab illo, qui eo legitimè vestitus est, omnes gratias, & favores Tertiariis quomodocunque concessos. Sic expresse statuit Julius II. Tertio Ordini summè devotus; ut magis attraheret personas spectabiles, & prima Nobilitatis, ad hunc venerabilem Ordinem appetendum; cum successu (ut quotidiè experimur) felicissimo, tam in prima-

rūs

riis Hispaniæ, quam Italiæ civitatibus. *Vid.*  
*Compend. Privil. fol. 52.1.*

*Advertendum* 4. haec tenus dicta concerne Tertiarios & Tertiarias viventes sinè votis essentialibus; nam pro FF. & Sororibus III. Ordinis S. FRANCISCI in Congregatione viventibus, & solemnem Professionem facientibus habetur Bulla *Leonis X.* incipiens (Dilectis Filiis, & Filiabus Salutem, & Apostolicam Benedictionem. &c. Inter omnes causas. Cum Regula & forma Professio-  
nis.) Data Romæ ad S. Petrum sub annulo pectoralis 1521. 20. Jan. anno 8. Pontificatus sui, poteritque videri in *Legenda vite Ss. & B.B. III. Ordinum S. Fran.* apud R.P.F. Hieron. Combonum Salodiensem, Penti-  
tentiarium Urbani VIII. in Basilica Lateran. Impressa Bergami. 1648.

Decretum S. Congregationis Episco-  
porum, & Regularium, contra  
Tertiarios, & Eremitas, qui sinè  
legitima facultate Superiorum Or-  
dinis, Habitum ejusdem Ordinis  
assumunt, & cum eo, vel alio si-  
mili quæstuando vagantur.

LXXIX. **A**nno 1686. ex parte P.P. Pro-  
curatorum Ordinis Sanctissi-  
mo sic fuit expositum: *Beatissime Pater. &c.*  
(Infrascripti Seraphicæ Religionis Procura-  
tores Generales, Sanctitatis Vestrae humillimi  
Fili, & Oratores, ad vestros sanctos Pedes  
prostrati supplices exponunt: qualiter inter  
varias callidas artes, & astutias (quibus insen-  
sissimus animarum hostis prædictam pau-  
perem Religionem molitur deprimere. &  
denigrare) extet intolerabilis, & sati sre-  
quens abusus; quo nonnulli sub prætextu  
vitam Evangelicam profitendi, aliquando  
sinè ullis licentiis, aliquando cum licentiis  
falsis, vel illegitimis, audent se inducere Ha-

bitu ejusdem Religionis; quorum major pars  
etiam cum capucio, in eodem habitu vagan-  
tes, soli per civitates, & oppida, & con-  
versando in publicis tabernis, quæstuantes  
denarios, & committentes id genus, aliá-  
ve indigna facinora; unde vilipendium Ha-  
bitui, & continuum scandalum Religioni  
coram Sæculo inferunt.

Ad obviandum huic gravi, & intoleran-  
do abusui, ex Zelo Apostolico *Gregorii Pa-  
pa IX. Pauli II.* & denuo bonæ mem. *Ur-  
bani VIII.* applicatum fuit opportunum re-  
medium, auferendo ab omni persona extra  
Ordinem, auctoritatem concedendi simili-  
bus Eremitis Habitum Franciscanum, pro-  
hibendo etiam strictè sub poena gravis Cen-  
suræ, & careeris, iisdem Eremitis, vel præ-  
tensis Tertiariis gerere Habitum ejusdem Or-  
dinis. Nunc autem, cum prædictæ Aposto-  
licæ Constitutiones sint oblivioni traditæ, aut  
ignoratae, aut falsò prætendantur abrogatae,  
cum gravissimo sæculi scandalo, & ingenti  
Religionis præjudicio, videntur ubique, &  
sinè fine multiplicari similes homines; qui  
(ut liberiùs indè querant sibi victimum, fingen-  
tes se Religiosos Professos) persistunt in sua  
irregularia forma vivendi, & quasi essent ex-  
empti à foro sacerdotali, & Regulari, com-  
mittunt indies multas graves, & enormes  
indignitates, que patenter redundant in de-  
decus Religionis. Hoc inconveniens autem  
ortum habet, partim quia ignoratae, partim  
quia oblivioni tradita sunt prædictæ Aposto-  
licæ Constitutiones; quandoquidem non-  
nulli existent Religiösi Subditi, & Guardiani  
indiscriminatim, qui ob suos fines particu-  
lares Habitum III. Ordinis induunt quosdam  
Sæculares penitus ignorantes, quid sit Reli-  
gio? Multi etiam Ordinarii, & illorum Se-  
cretarii sinè ulla auctoritate, ob suos fines  
particulares, concedunt patentes nonnullis  
Eremitarum cum Habitum, multi autem leipso

VINEA  
absque ulla licentia eodem induunt, ut eo  
liberius possint vagari.

Ad evitandum hoc inconveniens, ordinatum fuit à Gregorio IX. in Brevi : Regularem vitam. &c. sub pena Excommunicationis, prohibente cuicunque Eremitæ, & Tertiario Franciscano : illum non posse portare Habitum Franciscanum ; & omnes, qui inventi fuerint talem Habitum gestare, ab Ordinariis cogendos esse, ut hunc depo-  
niant, & diebus festis inter Missarum Solemnia denuntientur excommunicari. Et Urbanus VIII. in Brevi : Cum sicut Dilectus. &c. subjunxit, nullum, nisi Professum, posse sine licentiâ Superiorum Ordinis in scriptis obtentâ, gestare tunicam, aut Habitum cum Mantello, vel sine, vel cum Capucio. Si quis autem in hoc delinquens fuerit repertus ; illum ab Ordinariis locorum carcere mulctandum, variisque poenis cogendum esse, ut similia indumenta deponat. Circa Capucium autem expressè ordinat ; ne illud talibus ullenus concedatur, aut ab Ordinariis locorum, aut à Superioribus Ordinis, aut etiam à Nuntiis Apostolicis. Et qui culpabilis in hoc fuerit inventus, quod debeat irremissibiliter carceri mancipari, ab iisdem Ordinariis Habitum spoliari, aliisque poenis puniri. Quapropter rogatur humiliter Apostolicus Zelus Sanctitatis Vestræ : Quatenus dignetur renovare prædictas Bullas Gregorii IX. Pauli II. & Urbani VIII. & expressam declarationem adjungere, ut nulli extra Religionem talis Habitum etiam sine Capucio concedi possit. &c.

Hic libellus supplex cum aliis, quæ in ipso pro efficaciore remedio subjungebantur, à Sanctissimo fuit remissus ad S. Congregationem negotiis Episc. & Regul. præpositam ; à qua (re mature considerata) sequens Decretum emanavit :

S. Congregatio Emin. S. R. E. Cardina-

## SERAPHICA.

lium, negotiis & consultationibus Episc. & Regul. præposita, stante remissione libelli, per Ss. Dominum nostrum facta, & attentis narratis, censuit injungendum, prout præsentis Decreti tenore injungit Ordinariis locorum : ut supradictas Constitutiones Apostolicas juxta earum tenorem, executioni omnino demandent. Datum Romæ 21. Martii. 1686.

## C A P U T X I X.

### BREVE PROOEMIALE

à Ss. Domino nostro Innocentio XI. concessum, pro observatione diversorum Brevium, & Decretorum : in quibus præcipue Concessiones, & Indulgencie tam Tertiiorum, quam Confratrum Chordæ S. FRANCISCI ad longum continentur.

### INNOCENTIUS PAPA XI.

Venerabilis Frater, & dilecti Filii : Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

LXXX. Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius F. Franciscus Diaz à S. Bonaventura in Rom. Curia pro Familia Ultra-Montana, Obedientiæ, seu Directioni Ministri Gen. totius Ordinis FF. Min. subiecta, Commissarius Gen. quod alias ad favorem dilectorum Filiorum utriusque sexus, Confratrum Chordæ S. FRANCISCI, & Fratrum Tertiæ Ordinis de Pœnitentia emanarunt à diversis Pontificibus Prædecessoribus nostris literæ in forma Brevis expeditæ :

Primò. à fel. record. Paulo Papa V. sub die 25. Sept. 1607. incipientes verbo. Nuper. &c.

Secondo. à rec. mem. Gregorio XV. 26. Junii.

Junii. Incipientes verbo: *Alias. &c.* Et continentates tenorem aliarum bo. mem. *Sixti V.* etiam Prædecessoris nostri.

*Tertiò.* Ab eodem Papa *Gregorio XV.* 10. Novembris. 1622. incipientes : *Pias Christi. &c.*

*Quartò.* à piæ mem. *Alexandro Papa VII.* pariter Prædecessore nostro. 28. Jul. 1657. Et deinde à nobis 28. Junii. Ac postmodum 5. Septemb. 1686. Quibus inter alia communicantur inter ipsos Sexūs utriusque Tertiarios, & Confratres; seu cum ipsis Tertiariis, ac Confratribus, & Religiosis diversorum Ordinum; & conceduntur seu confirmantur diversa Privilegia, Statuta, Concessiones, & Indulgientiae, illæ præcipue: pro recitatione Coronæ B. M. Virginis, à dicto *Paulo V.* 8. Junii. 1608. Et pro Statione sanctissimi Sacramenti; & Exercitio viæ Crucis, etiam à nobis, præviis supradictis litteris, sub dictis diebus. 28. Jun. & 5. Sept. impertitæ & innovatae; imò etiam Decreta (à Congregatione Indulgentiis & Reliquiis. præpositâ) sub diebus 14. Janua. & 15. Julii 1681. formata. Et licet à nemine Literarum, Privilegiorum, Statutorum, Concessionum hujusmodi, & Indulgientiarum executio impediri valeat) etiam non obstantibus quibuscunque conditionibus, vel oblocutionibus Superiorum, quorumvis Ordinum, maximè in Angelo-Politana & Mexicana Dicētisibus. Nihilominus idem Exponens pro interesse, & indemnitate dicti Ordinis Minorum (cujus directioni præfati Fratres, & Tertiarii sunt subjecti) & ad quem vigore prætactæ nostræ confirmationis, dictæ concessiones extenduntur; ne Literæ, Privilegia, Statuta, Concessiones, & Indulgientiae præfatae debito frustrentur effectu, Nobis humiliter supplicari fecit: ut ei in præmissis opportunè de benignitate Aposto-

lica dignaremur providere. Nos igitur statum ac merita causæ, & causarum, litterarum, Privilegiorum, Statutorum, Concessionum, & Indulgientiarum hujusmodi tenores, præsentibus, pro expressis habentes; ipsumque Exponentem à quibuscum Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis (à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis) si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium tantum consequendum, hatum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, attentò: quodd, sicut dictus Exponens asserit, agitur inter exemptos; per præsentes committimus, & mandamus; quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum; vocatis ad id (qui fuerint evocandi) ad dictarum litterarum, Privilegiorum, Statutorum, Concessionum, & Indulgientiarum hujusmodi executionem, juxta illarum, seu illorum seriem, & tenorem: prout de Jure, Auctoritate nostrâ procedatis. Nos enim vobis, & cuilibet vestrum, quoties, & quo fuerit opus, citandi; illisque, & quibus videbitur; sub sententiis, Censuris, & pœnis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servatâ formâ CC. Tridentini, declarandi, aggregandi, reaggregandi, & interdicendi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, Apostolicâ Auctoritate, plenam & liberam (tenore præsentium) concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo pectoralis. 15. Maii. 1688. Pontificatus Nostri anno 12.

F. Archi Episc. Eph.

Su-

## Superscriptio.

*Venerabili Fratri Episcopo, Angelo-Polit.  
& dilectis Filiis: Nostro, & Sedi  
Apostolicae Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti, ac Scholastico Ec-  
clesia Salamant. & eorum cuilibet.*

## C A P U T XX.

LXXXI. Sequuntur Clausulae Literarum, summorum Pontificum, in favorem Confratrum S. P. N. FRANCISCI editarum; de quibus in priore Brevi Ss. D. N. *Innocentii XI.* fit mentio. Et quæ in eodem executioni mandari præcipiantur.

Imprimis continetur ibi Breve *Pauli V.*  
*Nuper Ec. in quo sancitur.*

LXXXII. **D**E omnipotenis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexûs Fidelibus: qui in memoriam ejusdem S. Francisci, chordam benedictam ab ejusdem Ordinis Superioribus suscepint, & ad prædictam Archi-Confraternitatem admitti fuerint, Confratribus, & & Consororibus, verè pœnitentibus & confessis, ac sacrâ Communione refectis, qui prædictæ Archi-Confraternitatis Ecclesiam, à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis, ejusdem Festi seu Confraternitatis, singulis annis devotè visitaverint; ibique pro Christianorum Principum concordia, Hæreticum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum preces fuderint. Etiam plenariam in mortis articulo, eisdem Confratribus & Consororibus, qui pœnitentes, & confessi, ac S. Communione refecti; vel,

quatenus id facere nequiverint, saltēm verè pœnitentes, ore nomen JESU (si potuerint) vel corde, devotè invocaverint: omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Nec non ipsis Fratribus & Consororibus (qui prædictæ Archi-Confraternitatis Processioni singulis mensibus fieri solitæ interfuerint) tres annos, & totidem Quadragesimas; qui verò Officio B. M. Virginis ab ejusdem Archi-Confraternitatis Fratribus pro tempore celebrando, ac recitando, aut cuivis alteri Officio interfuerint; 500. dies. Insuper iisdem, qui Ss. Sacramentum (quando ad infirmos defertur) coinitati fuerint; 5. annos, & totidem Quadragesimas. Qui verè pœnitentes & confessi, ac S. Communione refecti, aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis Minorum Conventualium, (in S. Francisci, S. Antonii à Padua; S. Bonaventuræ, S. Ludovici Episcopi, S. Bernardini, & S. Claræ Festivitatibus) similiter à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis Festivitatum hujusmodi, singulis annis visitaverint; & oraverint, ut præfertur: quo die Festivitatum hujusmodi id egerint, 7. annos, & totidem Quadragesimas. Quoties verò corpora Defunctorum tam Confratrum, quam aliorum ad Sepulturam comitati fuerint, vel pauperi Personæ in suis necessitatibus subvenierint, aut pacem inter inimicos composuerint; toties pro quolibet prædictorum operum 500. dies, de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitibus Pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Insuper iisdem Confratribus, & Consororibus [ut supra prædictas Indulgentias, & gratias spirituales consequi, & illas animabus Defunctorum, per modum Suffragii, applicare possint] per præsentes concedimus & indulgemus, &c. Et infra:

LXXXIII. **C**um autem ex concessione felicis record. Sixti Papa V. Præcessoris

cessoris Nostri, dilectis Filiis, Ministro Gen. & Commissario Gen. Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, in Ecclesiis sui Ordinis, videlicet: in quibus Ecclesiæ, vel Conventus FF. Conventualium non existerent, hujusmodi Confraternitatem Chordigerorum erigendi, & instituendi facultas imperita fuerit. Nos eidem Ministro Gen. & Commissario Gen. specialem gratiam facere, & Christi Fidelium spirituali consolationi prospicere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, & B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; eisdem Ministro Generali & Commissario Gen. & eorum cuilibet: ut in Ecclesiis sui Ordinis tantum, ac in locis (in quibus non exstant Conventus, vel Ecclesia Fratrum Conventualium, Confraternitates Chordigerorum S. Francisci, utriusque Sexus exigere, & instituere; illisque sic erectis, & institutis, Indulgencias, & gratias spirituales supradictas communicare liberè & licetè possint, & valeant: servata tamen formâ, in prædictis Constitutionibus Sixti & Clementis traditâ; ut in præserto Brevi, pro Conventualibus expedito, Auctoritate Apostolicâ, (tenore præsentium) facultatem, & auctoritatem perpetuò duratram concedimus, & impertimur, &c. Datum Romæ ad S. Marcum. Sub annulo pectoris. 25. Septemb. 1607. Pontificatus nostri anno tertio.

**Secundo.** Continetur aliud Breve *Gregorii XV.* incipiens: *Alias. &c.* Per quod conceduntur omnibus Chordigeris, omnes illæ Indulgenciae, quæ antea à Sixto V. ipsis fuerant impetratae; alias [inquit] à fel. record. Sixto Papa V. Prædecessore nostro emanârunt litteræ tenoris sequentis.

**LXXXIV.** *Sicutus Episcopus, Servus Serorum Det; ad perpetuam rei memoriam. Ex supernæ dispositionis. &c. Et infra. De omnipotentis Dei Misericordia, Vinea Seraphica.*

ac B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque Sexus Christi Fidelibus: qui verè pœnitentes, & confessi; ac prædictam Chordam, quæ prius à Superioribus dicti Ordinis benedici debeat, ad Revereniam, & memoriam ejusdem S. Francisci gerentes, & S. Communione refecti, prædictam Confraternitatem ingredientur; primo die ingressis; & in mortis articulo, nomen JESU ore, vel corde invocantibus (si etiam verè pœnitentes, & confessi fuerint) plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem. &c. Et insuper eidem Confraternitati, ejusque Confratribus, omnes, & singulas Indulgencias, peccatorum remissionses, & relaxations, Archi-Confraternitati Confalonis B. M. Virginis in Ecclesia S. Lucia de Urbe institutæ; nec non prædicto Ordini, ac illius Fratribus, & personis, quandocunque per Rom. Pontifices, Prædecessores nostros, ac etiam per Nos concessas, quo ad illas tantum (quæ hactenus revocatae non fuerunt) motu proprio, & auctoritate, ac tenore similibus; etiam perpetuò concedimus, elargimur & communicamus. Datum Romæ apud S. Petrum Kalend. Octob. 1585. Pontificatus nostri anno primo.

Prosequitur *Gregorius XV.* & paucis interpositis ait: Confraternitates Chordigerorum hujusmodi erigere, & instituere, illaque sic erectas, & institutas præfatae Archi-Confraternitati, modo & formâ præmissis, aggregate, prædictasque Indulgencias illis, & earum Confratribus, liberè, & licetè valeant communicare; tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem tribuimus, & impertimur. Non obstantibus. &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo pectoris. 27. Jun. 1622. Pontificatus nostri anno secundo.

**Tertio.** Apponitur ibi aliud ejusdem *Gregorii*

N

gorii

*gorii XV. Pias Christi.* In quo concessio sequens habetur.

**LXXXV.** Isdem Confratribus, & Sororibus conceditur: ut omnibus, & singulis Indulgentiis, ac peccatorum remissionibus, & pœnitentiarum relaxationibus (quibus iidem Fratres, ut Regulares, fruuntur & gaudent) similiter frui & gaudere possiat. Et quoniam (sicut accepimus) multi ob distantiam, multi verò ob paupertatem, sive infirmitatem, aliudve legitimū impedimentum Ecclesias (quas FF. præfati pro consequendis Indulgentiis prædictis visitantur) quotidie visitare non possunt; eis concedimus: ut quinques Pater & Ave, & toties Gloria Patri. &c. in honorem S. Plagorum D.N.J.C. & S.FRANCISCI recitando, easdem Indulgencias consequantur, quas consequerentur: si Ecclesias præfatas visitarent. Præterea iisdem Confratribus, & Sororibus (quòd omnes, & singulas Indulgencias, remissiones, ac relaxationes præfas, & quas visitando Ecclesias Domuum Regularium ejusdem Ord. die secundā Mensis Augusti consequuntur; animabus in Purgatorio existentibus, per modum Suffragii applicare liberè, ac licetè possint) Apostolicā Auctoritate, tenore præsentium, concedimus & indulgemus. Non obstantibus nostris (de non concedendis Indulgentiis ad instar) aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut alias Confraternitates Chordigerorum, quæ hactenus juxta formam Constitutionis fel. mem. Clementis Papæ VIII. erectæ, & institutæ, eidam Archi-Confraternitati aggregatae fuerint, absque ulla Communicatione, Concessione, & Indulto nostris, hujusmodi frui possint. Iis verò, quæ imposterum juxta formam dictæ Constitutionis erigentur, & aggregabuntur; sicut alias Indulgencias eidem

Archi-Confraternitati per piæ memorie Patrum Papam V. Prædecessorem nostrum etiam concessæ, servatâ formâ præfatâ communicari valeant. Præterea volumus etiam, ut præsentium transcriptis. &c. Datum Romæ ad S. Mariam Majorem sub annulo pectoris 1. Novemb. 1622. Pontificatus nostri anno 2.

**Quartò.** Continetur in dicto Brevi unum S. Congregationis Reliq. & Indulg. Decretum 14. Jan. 1681. expeditum; in quo illæ Indulgencies pro præfatis Chordigeris juxta dictam Concessionem *Gregorii XV.* recententur, quæ à Paulo V. 25. Maij. 1606. Regularibus fuerunt concessæ; nec non alia Indulgencia plenaria, quam Ss. D. N. Innocentius XI. 26. Aug. 1680. pro quolibet mense in perpetuum illis Chordigeris concessit: qui Processioni, fieri solitæ à Confraternitate erectâ, in qualibet Ecclesia Ordinis, unâ Dominicâ cujuslibet Mensis devotè interfuerint, & contriti, confessi, ac communicati, preces ad Deum, pro Principum Cathol. concordiâ, Hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione piè effuderint. Quâ Concessione uti poterunt præfati Chordigeri vi alterius Brevis Pauli V. Pias Christi. &c. Cujus tenor est: Ultra alias Indulgencias, & gratias, à Nobis eidem Archi-Confraternitati, illiisque Confratribus, & Sororibus, quas earum Concessiones, ac desuper confectarum litterarum tenores, præfenibus, pro sufficienter expressis habentes salicas esse volumus; omnibus ac singulis Confratribus, & Sororibus dictæ Archi-Confraternitatis verè pœnitentibus, confessis, ac S. Communione refectis, qui prædictæ Processioni semel, quolibet mense, in dicta Ecclesia peragendæ, devotè interfuerint; & pro Principum Cathol. concordiâ, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces fuderint;

plena-

plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. &c. Volumus autem, ut aliae Confraternitates Chordigerorum, quæ haec tenus juxta formam Constitutionis Clementis VIII. Prædecessoris nostri erectæ, institutæ, & eidem Archi-Confraternitati aggregatae, absque ulla Communicatione, hujusmodi Indulgentiâ frui possint. Iis vero, quæ imposterum juxta formam Concessionis prædictæ erigentur, instituentur, & aggregabuntur; sicut aliae Indulgentiae à nobis eidem Archi-Confraternitati concessæ (& servatâ formâ prædictâ) communicari valeant. Volumus, & quod, si alias dictis Confratribus, & Sororibus præmissa peragentibus, aliqua alia Indulgentia perpetuò, non ad tempus nondum elapsum duratura per Nos concessa fuerit, illa nulla sit. Utque ex præsentium transcriptis. &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris. 3. Octob. 1609. Pontificatus anno 5. Ultra prædicta fit mentio in præfato Brevi Sanctissimi Domini Nostri de aliis Brevibus, Decretis, & Concessionibus favorabilibus, tam Chordigeris, quam Tertiariis, de quibus erit Caput sequens.

## CAPUT XXI.

Sequuntur Clausulæ Literarum Summorum Pontificum, in favorem Tertiiorum S. FRANCISCI editarum; de quibus fit mentio in Brevi Ss. D. N. Innocentii Papæ XI. *Exponi nobis.* Nec non Particulæ aliorum Brevium, quæ in prædictis clausulis continentur, ac in prædicto Brevi observari præcipiuntur.

LXXXVI. **A**dditur ibi Breve piæ mem.  
*Alexandri VII. Exponi nobis.*

quo infra referenda sanciuntur contra quendam Ministrum & Officiales seculares Congregationis Tertii Ordinis S. FRANCISCI de Pœnitentia, qui ita absoluto dominio independentem à quocunque Superiore Jurisdictionem, auctoritatēque sibi arrogabant; ut ab eadem omnes omnino primos dicti Ordinis Prælatos, contra Rom. Pontificum litteras cum vilipendio ejicerent. Minister si quidem prædictus præsumebat, & defacto dabat Habitum Tertii Ordinis aliquibus, eosque pro libitu suo commutabat, absque eo; quod ejusdem Tertii Ordinis Visitator per Ministrum Provincialem prædicti Ordinis ex Apostolica Auctoritate ad hoc munus deputatus, uilatenus valeret talem Habitum conferre, in tantum: ut, si ad hanc functionem facultas, vel Mandatum in Scriptis à Ministro tali exhibendi alicui, non præcedereret, & Visitator dicti Ordinis illud non exhiberet, id irritum, & nullum à Ministro, & Officialibus censeretur, & Novitus Habitū spoliaretur, idemque Officiales omnium proveniūt, ex omnibus oblationibus, funeralibus, habitibus provenientium, & ad Summam 100. Piastrarum monetæ hebdomadim ascendentium, rationem coram Visitatore, aut Superiore suo reddere nolabant; quin imo in Regesto istius Congregationis reperiebatur: quod, si quis dictæ Congregationis, suum Visitatorem, Guardianum Conventū prædicti, Ministrum Provincialem, aut Præsidentes Hispaniæ dicti Ordinis FF. Minorum de Obs. tanquam verum spiritualem Superiorem, vel in minimâ directione recognosceret; is eō ipsō sinè mora Habitū spoliaretur, & à reliquorum consortio tanquam putridum ejuldem Tertii Ordinis membrum abscederetur. Contra præfatas igitur novitates sic præfatus Pontifex stabilivit.

LXXXVII. **C**um autem, sicut eadem expositio subjungebat, omnia

N 2

præ-

præmissa tendant contra dispositionem litterarum fel. record. *Martini V.* quæ incipiunt: *Licet inter cetera.* Datae Pontificatus sui anno 10. nec non *Sixti IV.* quarum initium: *Rom. Pontificis Providentia circumspœta.* De Anno 1471. in quibus inter alia confirmavit litteras *Innocentii IV.* pariter Prædecessoris nostri, hac super re etiam additas. Ac *Nicolai IV.* Pontificis Prædecessoris etiam nostri incipientes: *Unigenitus Dei Filius.* &c. Datas apud Urbem Veterem. 6. Idus Aug. Pontificatus sui anno 3. respectivè emanatas; per quas omnes Personæ Tertiæ Ordinis de Pœnitentia subduntur obedientiæ, correctioni, & directioni Ministri Gen. & Provincialium pro tempore existentium Ordinis FF. Min. de Obs. ita ut Personas Tertiæ Ordinis corrigete, & delinquentes castigare possint, etiam ad ablationem Habitū seu mantelli procedendo, pariterque iisdem Ministris Ordinis FF. Min. de Obs. conceditur facultas, illis, quos idoneos judicaverint, Habitum Tertiæ Ordinis conferendi, nec non assignandi, seu deputandi Religiosum aliquem de Observantia in Visitatorem, & Instructorem ipsorum Tertiiorum. Nobis propterea idem Bartholomæus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit; ut in præmissis opportunè de benignitate Apostolicâ providere dignaremur.

Nos igitur dictum Bartholomæum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis. &c. inclinati, de Ven. FF. nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, præpositorum consilio, atten-tis narratis. &c. Bullas Pontificias, & Constitutiones Ordinis hujusmodi servari, Auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium mandamus, & præcipimus. Salvâ semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium decernentes. &c. Datum

Romaæ 28. Julii. 1657. Pontificatus Nostri anno tertio.

Verba autem Brevis *Martini V.* inchoantis: *Licet inter cetera.* &c. sunt hujusmodi. Sanè pro parte, dictorum Filiorum Antonii de Massa Generalis, & singulorum Ministerum Provincialium, universorumque Fratrum Ordinis Minorum petitio nobis nuper exhibita continebat; quod nonnullæ Personæ tam Ecclesiastice quam Sæculares, utriusque Sexus, in diversis mundi partibus constitutæ, quæ sub velamine quodam sanctitatis Habitum griseum, Ordinis FF. Min. Habitui quasi conformem deferentes, & à B. Francilco nomen assumentes, de III. Regula dicti Francisci (alias de Pœnitentia) se appellant, tam ex Privilegiis, ut asserunt, concessis, quam etiam propriâ auctoritate nonnunquam in communi, quandoque verò ad partem, sub quâdam vivendi formâ, quasi in propriam libertatem, & absque debita subjectione, & obedientia, religiosam vitam vivere se asserunt, & præsumunt, unde non solum dicti Ordinis confusio generatur; sed errores etiam, plurâque scandala, & pericula proveniunt animarum.

Quare pro parte Generalis, & Provincialium Ministerum, ac Fratrum prædictorum, fuit nobis humiliter supplicatum; ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur attentè considerantes incongruum existere, quod hujusmodi personæ Habitum de dicto Sancto concessum gerant, & de Tertio Ordoine senominare præsumant, & jurisdictionem, aut disciplinam Superiorum dicti Ordinis Minorum suscipere parvi pendant, ac alias subiectæ huic Ordini non existant, ac super his salubriter occurrere cupientes; circumspectioni tuae (de qua in his, & aliis speciale in Domino fiduciam obtinemus) per Apostolica Scripta committimus, & mandamus;

damus ; quatenus, si ita est , omnes & singulos Fratres & Sorores de III. Regula S. Francisci (alias de Pœnitentia) nuncupatos, tam præsentes, quam futuros, cujuscunque gradus, vel conditionis existant, ubique existant ; eidem Ordini, ejusque Superioribus [eorum tamen vivendi & continendi formâ semper salvâ] auctoritate nostrâ subjecere, ipsosque Generali, & Provincialibus Ministris pro tempore existentibus, quemadmodum cæteri, & veri (dicti Ordinis Fratres subjecti existunt, subjectos esse decernas) statuens, & ordinans auctoritate prædictâ, ut prædicti Ministri Fratres, & Sorores de III. Regula [quoties expediens fuerit] per se, vel per alios ad hoc idoneos visitare, corriger, & delinquentes. aut excedentes prodemertis punire, & emendare, eorum confessiones audire, Pœnitentiam salutarem injungere, & omnia Sacra menta Ecclesiastica ministrare, omnemque aliam (si tamen illorum observantiae & continentiae penitus non obstet) jurisdictionem exercere valeant, contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus. &c. Datum Romæ apud Ss. Apostolos, Pontificatus nostri anno 10.

Ulterius in litteris *Sixti IV.* incipientibus : *Sicut. &c.* sanctitur. Et : *Dudum siquidem.* per *Innocentium IV.* accepto, quod Ministri & FF. III. Ordinis S. Francisci de Pœnitentia in Italia & Sicilia cuperent ad illa devotionis augmenta procedere, per quæ felicitatis æternæ præmium iis posset securius crescere. Idem Prædecessor eorum Ministrorum & Fratrum supplicationibus inclinatus, omnibus Min. Provincialibus Fratrum Minorum, per Italiam & Siciliam constitutis, suis litteris mandavit; ut opportunis temporibus per vos, aut dicti Ordinis Fratres ad hoc idoneos Ministros, & Fratres dicti Ordinis, in Italia, & Sicilia consistentes pro

tempore visitarent, eosque regularibus Disciplinis instruerent, corrigent & reformarent tam in Capite, quam in membris, quæ correctionis & reformationis officio indigere cognoscerent, prout plenius in iisdem litteris continetur. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper, pro parte vestrâ, petitio continebat ; vos cupiatis prædictas, & qualcunque alias prædictæ Apostolicæ Sedis litteras, vobis aliquam Superioritatem potestatem, & auctoritatem in eosdem Ministros & Fratres Tertiæ Ordinis de Pœnitentia nuncupatos quomodolibet concedentes ; & in illis contenta pro eorum subsistentia firmiori nostræ approbationis munimine roborari, & ad Ministros, & Fratres dicti Ordinis extra Italiam consistentes extendi ; pro parte vestrâ nobis fuit humiliter supplicatum : ut prædictas literas Innocentii Prædecessoris nostri, nec non omnia & singula privilegia, in aliâ vobis in dictos Ministros, & Fratres saepius nominati Ordinis de Pœnitentia, potestatem & auctoritatem aliquam quomodolibet concedentia approbare, roburque perpetuæ firmitatis obtinere debere, decernere, ac alias vobis, & corundem Fratrum Tertiæ Ordinis, prosperiori regimi ni opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati : prædictas, & quascunque alias hujusmodi litteras, per quas vobis aliqua Superioritas, præminentia, & auctoritas, in ejusdem Tertiæ Ordinis Fratres, & Sorores tribuitur, Auctoritate Apostolicâ, præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis debere obtinere, decernimus, & ad vos Ministros, Generalem, Provincialiem, ac Vicarios Fratres dicti Ordinis de Observantia nuncupatorum, nec non Ministros Fratres dicti Tertiæ Ordinis, etiam extra Italiam, & prædictum Siciliæ Regnum,

N 3 per

per orbem universum consistentes, eadēm auctoritate extendimus; nec non Vobis, & Successoribus vestris pro tempore existentibus, Generali, ac Provincialibus Ministris, & Vicariis prænominatis de Observantia Fratrum Minorum, ac eosdem Ministros Fratres, & Sorores Tertiī Ordinis, ubilibet intrà Provincias vobis, vestrisque Successoribus, Generali, & Provincialibus Ministris, ac Vicariis eorum commissas, consistentes, charitativè in Capite, & in membris visitandi, & juxta Regularia dicti Ordinis Instituta, instituendi, reformatione & correctione indigentia, etiam per ablationem Mantelli, & Habitū Tertiī Ordinis (si illud qualitas excellūs exegerit) corrigendi, & reformandi, volentisque ad ipsum Tertium Ordinem, & illius vivendi modum aggregari, recipiendi, & Habitum, seu Mantellum juxta morem prænominati Ordinis iis exhibendi; ipsisque Ministris, Fratribus & Sororibus Tertiī Ordinis Visitatorem, sive Confessorem prædicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, vel de Observantia nuncupatorum [prout eisdem placuerit] ad id moribus, vita sanctimoniam, & aetate idoneum, qui illis etiam Ecclesiastica Sacra menta ministrare valeat; pro tempore in Capitulis vestris provincialibus, vel Congregationibus prædicatorum Fratrum de Observantia nuncupatorum, vel extrā, prout opportunum videbitur, assignandi licentiam, eadēm auctoritate concedimus; simūlque facultatem districtūs, inhibentes locorum Ordinariis, & aliis quibuscunque personis (cujusvis statūs, gradūs, & conditionis, existant, & quacunque etiam auctoritate fungantur;) ne prætextu quarumvis litterarum, & facultatum eisdem forsitan concessarum, & pro tempore etiam concedendarum, de præmissis, quæ ad vos spectant, se quomodo libet ingerant, vosque impedire præsumant;

ac decernentes, ex nunc irritum, & inane, si secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter, quāvis etiam auctoritate pollentes contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque aliis. &c.) Datum Romæ apud S. Petrum. anno 1474. 18. Kalend. Janua. Pontificatus nostri anno primo.

Alia Brevia, quæ in præfatis Alexandri VII. Pontificis Maximi literis observari præcipiuntur, eandem materiam continent; sicque eorum transcriptio omittitur.

**LXXXVIII.** **R** Eperitur in dicto Sanctissimi Domini nostri Brevi, aliud à Sanctitate Suâ die 28. Junii. 1686. concessum, cuius initium est: *Ecclesia Catholica* &c. in quo sequens clausula litterarum Ministri Generalis Ordinis Seraphici specificè approbat; additōque Apostolicæ Auctoritatis robore mature confirmatur.

Et quia, dum decori primi Ordinis S. P. FRANCISCI; ac solatio, & spiritualibus indigentiis secundi per præsentes consulimus; Tertiī Ordinis de Pœnitentia nuncupati, eidem S. Fundatori valde amabilis, obliviisci non debemus, ut præfatus de Pœnitentia venerabilis Ordo à S. P. FRANCISCO pro personis utriusque sexūs in saeculo viventibus institutus & à felicis recordationis Clemente VII. ac Paulo III. Prædecessoribus nostris, in tres Status sub unâ, eadēmque Tertiī Ordinis appellatione, atque eorundem Privilegiorum, Gratiarum, Concessionum, Indulgentiarum, & favorum communicatiōne, solumque sub diversis Statutis, secundūm cujuslibet statūs exigentiam divisus, indies magis augeatur; & illi Sancti; qui (ut à Paulo III. in suo Brevi: *Trium Statuum: Et c. refertur*, pro Sanctis dicti Ordinis recessentur, Sequacibus in Indiarum, & totius Orbis Christiani partibus non careant, utique personarum sub Regula Ordinis præfati viventium operâ Fidelium mores reformati tur;

tur; virtute Constitutionum Apostolicarum ab *Alexandro VIII.* in quibusdam litteris: *Exponi nobis. &c.* sub die 28. Julii 1657. datis. approbarum, quas prænominatus Pontifex præcepit observari dicens, prædictos Missionum Commissarios, & Seminariorum Guardianos, ac alios Missionarios ab ipsis destinandos, augmenti dicti Ordinis Solicitatores instituimus; eisque recipiendi Fideles ad hunc Ordinem Tertium, illiusque Professionem, & exactissimam Regulæ (juxta præmissa Statuta, Ordinisque Constitutiones in Speculo Seraphico contentas, & explicatas) sequelam, & observantiam, omnimodam facultatem impertimur; ipsæque utriusque sexus personæ ad statum sibi in di-  
cto Tertio Ordine correspondentem sub formâ præmissâ admisæ, gratiis omnibus, Indulgentiis, & Concessionibus, præfato Ordini Tertio à summa Sede (ut præfertur) factis, & clargitis, æquè frui poterunt; ac illæ aliæ personæ prædicti Ordinis uti, & porti valent, & consueverunt. Ulterius tam ipsius Tertii Ordinis, quam aliis utriusque sexus, vestræ obedientæ, seu directioni subjectis personis, intrâ & extra Seminaria præfata degentibus in Domino suademos: ut viæ Crucis gressus, & devotam illorum gressuum meditationem more solito frequentent, atque ante, vel post cujuslibet meditationis morulam consuetæ sanctissimi Altaris Sacramenti stationis Orationes recitent, ut Indulgentias à Sede Apostolicâ non revocatas, mediante hac diligentiarum commutatione juxta summorum Pontificum concessiones, securè lucrari possint, ac valeant.]

LXXXIV. IN supradicta Clausula fit mentio de Communicatione Privilegiorum, & Indulgentiarum præfatis Ter-  
tiariis à piæ memorie Clemente VII. & Pau-  
lo III. concetsâ, poteritque videri in litteris

ejusdem Clementis incipientibus: *Ad ubi-  
res fructus:* datis anno 1526. in quibus sic  
dicitur. (Nec non Fratres, Moniales, & So-  
tores, ac Eremitæ; & quicunque alii etiam  
Conjugati, & in sæculo viventes personæ  
Tertiæ Ordinis de Pœn. & tam ipſi, quam  
eorum domus, Monasteria, Ecclesiæ, Præ-  
lati, Servitores, Servitrices, Benefactores,  
Personæ, res, & bona quæcunque omnibus  
& singulis exemptionibus, Privilegiis, &  
Immunitatibus, ac Prærogativis, & In-  
dulgentiis, Indultis, Favoribus, ac Gratuis  
quibus Fratres & Moniales Ordinis Mino-  
rum, & Prædicatorum, ac S. Claræ, om-  
niūque aliorum quorumcunque, Ordinum  
Mendicantium, etiam de Observantia nun-  
nucupatorum, eorumque domus, Mo-  
nasteria, Ecclesiæ, Prælati, Servitores, &  
Servitrices, Benefactores, Personæ, res, &  
bona quæcunque; quomodolibet utuntur,  
& gaudent, uti & gaudere poterunt quo-  
modolibet in futurum, non solum ad instar,  
sed æque principaliter, absque ulla penitus  
differentiâ.)

In fine hujus Brevis amplissimæ clausulæ reperiuntur, quibus derogatur consuetudinibus, Privilegiis, Indultis, & Litteris Apo-  
stolicis, Ordinum Prælatis, & Ordinariis,  
alijsque Ecclesiasticis Personis prædictis etiam  
per Leonem X. & quoscunque alios Roma-  
nos Pontifices, & Sedem Apostolicam, eti-  
am per modum Statuti, & perpetuæ Ordina-  
tionis, etiam ad Imperatoris, Regum, aut  
aliorum Principum, seu Cardinalium in-  
stantiam, seu etiam motu proprio ex certâ  
scientia, & Apostolicæ Potestatis plenitudi-  
ne, etiam consistorialiter; & cum quibus-  
vis irrativis, nullativis, exceptivis, mo-  
dificativis, restrictivis, declarativis, mentis,  
intentionis, & derogatoriis derogativis,  
alijsque efficacissimis, & insolitis clausulis,  
aut alijs quomodolibet concessis.

Con-

Conformatur huic communicationi alia ejusdem Pontificis, per Breve: *Dum uberes fructus*. sub die 30. Maii. 1525. expeditum. tribus Ordinibus S. FRANCISCI imperita, cuius tenor est. [Hinc est, quod Nos Motu proprio, & ex certa scientia nostrâ, tenore præsentium, omnia & singula Prærogativa, Immunitates, Exemptiones, præfertim de non solvendo Clericis sacerdotalibus quartam funerali, quod Fratres in possessione non solvendi quattam hujusmodi existentes, ac omnia, & singula Indulta, Indulgencias, peccatorum remissiones, & gratias dicto Ordini Fratrum Minorum, ac S. Claræ, & Tertio Ordini de Pœnitentia nuncupato, illorumque Fratribus, Monialibus, Sororibus, & utriusque sexus personis, atque Monasteriis, domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque, etiam per modum extensionis, seu Communicationis, & alias quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac per Nos, & Secdem prædictam Apostolicâ Auctoritate concessa, tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac perpetua firmatis robur obtinere, & inviolabilitate observari debere; ipsosque Fratres, Moniales, Sorores, Personas, Monasteria, Domos, Ecclesiis, & alia loca hujusmodi, omnibus & singulis Prærogatiis, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, Indultis, Indulgencias, peccatorum remissionibus, & gratiis, quibusvis Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Mendicantium quomodolibet concessis, & imposterum concedendis, nec non etiam quibusvis facultatibus & gratiis sua Professioni, & Regulæ observantiae non contrariis, aliis Ordinibus quibuscumque non Mendicantibus, quomodolibet concessis, aut concedendis, uti, frui, & gaudere posse, ac debere, in omnibus, & per omnia; perinde ac si eisdem specialiter concessa fuissent.]

Hæc Communicatio, & alia Privilegia, Indulta, quæ dicto III. Ordini de Pœn. usque ad piæ memorie Paulum III. concessa sunt, confirmata reperiuntur in alio Brevi ejusdem Pontificis *Pauli III.* incipiente: *Ad uberes fructus*. 8. Novemb. 1534. expedito, in quo ad favorem tam Ordinis primi, quam secundi, & Tertiī de Pœn. sub clausulis derogatoriis amplissimis benignè sancivit: Ordines præfatos per eorum Prælatos ordinarios visitari, regi, & corrigi debere; ac visitationi, regimini, & correctioni, Laicum, vel Sæcularem aliquem [eriam si Imperiali, Regiâ, Ducali, aut aliâ quâvis mundanâ dignitate præfulgeat, & quâvis auctoritate fungatur] se directè vel indirectè quovis quæsito colore intromittere nullatenus posse. Et sic virtute horum duorum Pontificum (qui Leoni X. & Concilio Lateranensi ab ipso celebrato successerunt) majori exemptione, nisi non usus obstaret, frui possent, quam in præsenti gaudent, & fruuntur.

Præterea fit mentio in prædicto Brevi, incipiente: *Ecclesia. &c.* de divisione Tertiī Ord. in tres Status; quæ divisio videri potest in Brevi *Clementis VII. Ad uberes. &c.* Et in alio *Pauli Papæ III. Ad fructus. &c.* Non. Jul. 1547. expedito. In qua Bulla continentur etiam varia Statuta pro III. Ordine; quæ tamen secundum regionum diversitatem mutari, & innovari possunt, prout concessit *S. Pius V.* in Brevi incipiente: *Ea est Officii. &c.* Ubi Gregem Tertiī Ordinis utriusque sexus, Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum de Observantia [prout in eorum Provinciis consistebat] perpetuò supposuit, & plenim Jus, ac liberam auctoritatem concessit, statuendi, mutandi, innovandi, & exequendi omnia; quæ bonum dicti Gregis regimen concernere possunt, dummodo Regulæ ipsius aut sacris Canonibus non sint contraria. Ulterius fit men-

mentio in præmemoratâ clausulâ Brevis incipientis; Ecclesiæ &c. quod Paulus III. pro Sanctis trium Ordinum indulserit; quatenus in his Festis, in casu lati interdicti pro Diœcœsi, vel cessationis à Divinis, non comprehendantur Ecclesiæ Trium Ordinum S. FRANCISCI; & quod Officia Sanctorum ex Tribus Ordinibus aliorumque quorum Cultus est concessus à Sede Apostolica, Tertiarii, & Personis Tertiæ Statu recitari possint; modo, quo recitantur à personis aliorum Religiosorum ejusdem Ordinis; de quo plures adsumt concessions.

**XC.** *P*rima continetur in Decreto S. Congregationis Rituum, cuius tenor est, ut sequitur. (Supplicavit Religio Tertiæ Ordinis S. Francisci, concedi; ut de Sanctis Ord. S. FRANCISCI liceat eorum dies festos celebrare cum Officio, & Missa. Et S. Congregatio concessit, ut de Sanctis Ordinis S. FRANCISCI, à Sede tamen Apostolicâ approbatis, in diebus eorum festis, possint per Oratores recitare Officia, & Missas celebrare juxta Rubricas Breviarii & Missalis Romani. 7. Decemb. 1641.]

*A. Card. Caponius.*

*Hieron. Bon. Campagnus Secret.*

**I**nvenitur in alio S. Congregationis Decreto 11. Januar. 1642. expedito; in quo idem conceditur pro Sanctis dicti Tertiæ Ord. de Pœnitentiâ nuncupati, quod in priori Decreto pro Ss. Ord. S. FRANCISCI in communione fuerat ipsis impertitum. Constitutio legi & videri potest apud Litteras Urbant P. VIII. in forma Brevis, incipientis: *Salvatoris. &c.* 18. Januar. 1643. expediti; juxta quarum tenorem Tertiarii Regulares suum Calendarium de Sanctis Tertiæ Ordinis, & ritu Officiorum ab ipsis observando sub formâ superiori specificatâ formare possunt. De quo etiam habetur Constitutio Innocentii Papæ XII.

*Vinea Seraphica.*

*Ex debito Pastoralis Officii, &c. data Romæ 10. Novemb. 1698. cui subscripsit Joannes Franciscus Card. Alban, nunc Summus Pontifex.*

**XCI.** *I*mponitur denique omnibus, ac singulis personis obedientiæ Ministri Gen. de Observantia subjectis, quales sunt omnes suæ Jurisdictionis Religiosi, & Moniales. Nec non alii ipsius Ministri Generalis directioni subjecti; quales sunt omnes sui Ordinis Tertiarii, ac Confratres; ut frequentationi ac meditationi gressuum viæ Crucis (vulgò Calvariae) devotè incumbant, stationemque sanctissimi Sacramenti piè in dicto exercitio recitent: ut mediâ hac Commutatione diligentiarum [visitationis locorum, Urbis, & Civitatis Jerosolymitanæ] illas Indulgentias lucrari possint: quæ ibi pro omnibus Fidelibus, dicta Loca visitantibus, concessæ, nec revocatæ reperiuntur. Pro quâ devotione alia Renovatio omnium Indulgentiarum ipsi concessarum: quas D. N. *Innocentius XI.* (ut legitur in Statutis Provinciæ S. Petri de Alcantara Regni Neapolitani, auctoritate ipsiusmet Pontificis dispositis, & approbatis) largiri dignatus est.

Continetur in prædicto Brevi executiali, cuius initium: *Exponi nobis. &c.* aliud ejusdem sanctissimi D. N. *Innocentii XI.* sub iisdem verbis incipiens, sub 10. Septemb. 1686. datum; in quo confirmantur aliae litteræ *Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII.* per quas privilegia, gratiae, favores, Indulgentiæ, & Indulta FF. Minoribus, ac Personis utriusque sexûs, obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis de Obs. subjectis, tam per immediatam concessionem impertia, & impertienda; quam per Communicationem inter se, ac cum aliis Ordinibus, Confraternitatibus, & Societatis, etiam Societatis JESU obtenta, & obtinenda, de novo erant confirmata, &

O

con-



concessa. Confirmanturque omnes illæ concessiones, quæ ad favorem dictarum personarum, obedientiæ seu directioni præfatæ subjectarum, eorumque Successoribus emanarunt & ex ipsa confirmatione legitimè deducitur (prout etiam in dicto Brevi executoriali declaratur) quod concessiones prænarratae, & Indulgenciæ, ac Privilegia retroscripta, omnibus ac singulis utriusque sexus personis, dictæ obedientiæ, seu directioni subjectis communia sint; & tam illis, quam Indulgenciâ plenariâ pro recitatione Coronæ B. M. Virginis, à Paulo Papa V. 8. Junii. 1608. renovata, licet ac liberè frui valeant in futurum. Omittimus clausulas prædictarum litterarum Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII. transcribere; hinc Lectorum ad earum tenores remittamus. Quia plura privilegia in aliis Brevibus per ipsos in specie approbatis ac innovatis invertierit, quam tam Tertiarius, quam Chordigeris; aliquique personis dictæ obedientiæ seu directioni subjectis valde favorabilia sunt, ac scitu dignissima. Nec mentionem facimus de aliis Confirmationibus Privilegiorum Tertiæ Ordinis, cum clausulis: in quibus derogatur Constitutionibus, in ultimo Concilio Lateranensi editis; quia censemus standum esse in prædictis (nempe laudabili consuetudine, & praxi locorum) in quibus Tertiarii moratur.

XII. **U**ltimò apponitur in dicto Brevi, & observari mandatur Decretum à S. Congregatione Reliquiarum, & Indulgenciarum 15. Julii. 1681. promulgatum; in quo declaratur Indulgenciæ personis tria Vota substantialia Religionis non emittentibus concessas, in revocatione generali Indulgenciarum felicis memoriae Pauli Papa V. non comprehendi. Quæ declaratio per Sanctissimum D. N. Innocentium Papam XI. in Brevi: *Alias. Sc.* sicut postmodum

confirmata; & vi illius Fratres, & Sorores Terræ Statûs, Ordinis Tertiæ de Pœnitentia. Qui (etsi veri & approbati Ordinis sunt alumnæ, & sub vera Regula degant; dicta tamen tria substantia Religionis vota non emittunt) Indulgenciis, tam pro recitatione Coronæ prædictæ, quam pro memoratâ devotione sanctissimi Sacramenti concessis uti, & gaudere æquè poterunt; acsi dicta revocatio promulgata non fuisset. Idemque dicendum de personis aliis, dictæ obedientiæ, seu directioni Ministri Gen. subjectis; quibus gratiæ, concessiones, Indulgenciæ, ac Privilegia præmemoratorum Tertiatorum (ut præfertur) sunt communia. Quia mutua Communicatio inter dictas personas vigens, in litteris supra citatis, & verbis in eodem Brevi executoriali contentis apertissimè asserta est, & firma, ac sufficiens declaratur. Ex his ergo manifestè cum dicto Brevi executoriali concludimus: quod [licet à nemine litterarum, privilegiorum, Statutorum, Concessionum hujusmodi, & Indulgenciarum executio impediti valeat, non obstantibus quibuscunque contradictionibus, & oblationibus Superiorum quoru[m]vis Ordinum] consentaneum tamen, & opportunum sit, eas modo prædicto roboratas, & cum deputatione Judicum supradictorum suffultas conservare.

Nec minus condignum foret; tenores litterarum, concessionum, & Indulgenciarum hic transcribere, quibus vigore prædicti Decreti 15. Julii. 1681. & Confirmationis Apostolicæ supra memoratae de die 7. Septembris. anno 1686. frui, & gaudere valent prædicti Tertiarii, & alii cum ipsis Communicationem habentes. Hic tamen omittuntur brevitatis causâ; & videri poterunt in Bullariis approbatis; in quibus extensæ reperiuntur. Brevi, p[ro]m. Leonis X. Dum præcessa. de die 4. Jun. 1515. Et: Dudum per

1105.

*205.* de die 10. Decemb. 1519. aliisque summorum Pontificum : de quibus fit mentio in præmemoratis litteris *Urbani VIII. In plenitudinem. Quas Sua Sanctitas Innocentius Papa XI. in præallegata Confirmatione de novo roboravit.* Ad eadem Bullaria , nec non ad librum Auctorum Archi-Confraternitatis Confallonis nos remittimus.

Quoad Gratias, Indulgentias, & Altaria privilegiata, quibus tam Chordigeri, quam alii cum ipsis Communicationem habentes, ut possunt vigore Brevis bonæ mem. *Gregorii XV.* superius adducti, aliorumque summorum Pontificum : ex quorum concessib[us] Tertiarii utriusque sexus, intrâ vel extra claustra moram trahentes ( qui tria essentialia vota Religionis non emitunt) frui possunt Indulgentiis relatis in Constitutione : *Dum præexcelsa. &c. à Leone X. sub die 19. Junii. 1515.* promulgatâ, per eundem Pontificem in Brevi : *Dudum. &c. 10. Decemb. 1519.* ad eosdem extensis. Idemque dicendum est de aliis similibus ex Decreto S. Congregationis Indulgentiis præpositæ, quo declaravit Personas solemnia Vota Religionis non emitentes, sive intrâ, sive extra Claustra degentes minimè comprehendi in revocatione generali Indulgentiarum à Paulo V. sub die 23. Maij. 1606. in Brevi : *Romanus Pontifex. &c. præscriptâ*, quam declarationem per Breve : *Alias &c. incipiens*, Apostolico labore munivit *Innocentius XI.* sub die 10. Octob. 1686. Vide Rubricas particulares Breviarii Franciscani. Num. 173.

**XCIII.** *R*ecitantibus Coronam de 7. Gaudiis B. M. Virginis, tam quolibet Sabbato, quam quotidie cum additione unius Pater noster, & Ave Maria pro summo Pontifice Leo X. in Brevi, incipiente, *Exponi. &c. 14. Septemb. 1517.* Et in alio Brevi : *Dum præexcelsa. &c. 19. Julii. 1515.*

& Paulus V. concederunt Indulgentias plenarias.

Quamvis enim Indulgentiam illam Paulus V. abrogasset ; tamen ipsemet eandem restituit priori valori ad instantiam P. Ludovici de S. Joanne Evangel. Commissarii Generalis Ultra-Montanae Familiae Fratrum Minorum de Observantia, ut videtur in Foliо impresso Romæ 1609. cuius authenticam copiam se tenere ait F. Angelus Auda à Lant. fol. 99. in libello de Tertio Ordine; sed & illam de novo concessit, & renovavit 15. Maji. 1688. *Innocentius XI.* in Brevi : *Exponi nobis. &c. relato C. 15.* ubi conceditur Fratribus Minoribus, Monialibus S. Claræ, Tertio Ordini de Pœnitentia, & Chordigeris Archi-Confraternitatis, Indulgentia plenaria, toties : quoties aliquis recitat Coronam B. M. Virginis. 7. Gaudiorum; quæ habuit: in die Annuntiationis, Visitationis S. Elisabeth, Nativitatis D. N. J. C. Adorationis Magorum, Inventionis in templo in medio Doctorum, Resurrectionis gloriolæ, Assumptionis ad Dexteram Verbi incarnati.

Alii ponunt septem Gaudia B. M. Virginis tenoris sequentis : Annuntiatio, Nativitas D. N. J. C. Adoratio Magorum, Inventio Pueri JESU in templo, Resurrectio D. N. J. C. Ascensio in Cælum, Missio Spiritus S. Indulgentia etiam Stationis Sanctissimi Sacramenti confirmata est à Pontifice Maximo, *Sanctissimo D. N. Innocentio XI.* in Brevi : *Universis. &c. sub die 30. Septemb. 1681.* ita, ut tam Fratres, quam Moniales, & Tertiarii utriusque Sexus, etiam in domibus suis viventes, visitantes Altare Sanctissimi Sacramenti, & recitantes sexies Pater noster. & Ave Maria, cum totidem Gloria Patri; secundum mentem & intentionem Summi Pontificis, consequntur Indulgentiam plenariam.

In Calendario Franciscano impresso

O 2 Ro-

Romæ, & approbato, pro anno 1717. additur: *Dommodo orent brachiis extensis.* Cū autem Summi Pontifices substantiam precum dicendarum, & non modum orandi extenderint; non videntur ex hoc fine irritæ Indulgentiæ futuræ, si dicta extensio brachiorum omittetur; aut, si preces præscriptæ legerentur absque brachiis extensis; præsertim, cū recentiores Pontifices de ista brachiorum extensione mentionem non faciant. Nihilominus homines rudes & simpliciores relinquendi sunt in sua simplicitate.

## C A P U T   XXII.

De Communicatione Privilegiorum,  
Gratiarum, & Indulgentiarum Tri-  
um Ordinum S. P. Francisci,  
& Tertiariorum in Sæculo  
viventium.

**XCIV.** *Sicutus IV.* Summus Pontifex ad perpetuam rei memoriam edidit Bullam quæ incipit: *Regimini Universalis Ecclesiæ,* & habetur ad extensem in monumentis Ordinum. Parte 1. fol. 139. data Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1474. Pridie Kalendas Sept. Pontificatus sui anno 4to. Ex qua conscribo Clauſulam concernentem. Nos igitur; qui dicti Ordinis Fratrum Minorum (in quo Generalis Ministri fungemur officio, dum ad Cardinalatus honorem assumpti fuimus) Personarum ejus Statum prosperum, & tranquillum propter uberes fructus, quos Ordo ipse (multâ refulgens gloriâ meritorum, & gratiâ redolens sanctitatis, in agro Ecclesiæ militantis, in propagatione Religionis & Fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter & producit, ac in futurum etiam productum spe firmâ tenemus; palmites suos à mari usque ad mare & etiam ad barbaras extendens nationes. &c. intensis desideramus effectibus; *Clementis, & Eugenii prædicto-*

rum, ac aliorum Prædecessorum nostrorum [qui Ordinem prædictum Fratrum Minorum aliis variis privilegiis non immerito decorârunt] vestigiis inhærentes: motu proprio, non ad eorundem dicti Ordinis Fratrum Minorum, vel alterius [pro eis] nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de nostra mera voluntate & deliberatione, & ex certa nostra scientia, prædictas *Clementis;* & alias quorumcunque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum litteras dicto Ordini Fratrum Minorum, & illius dominibus in generé, sub quacunque verborum forma concessas, quas, ac si de verbo ad verbum unâ cum prædictis literis, Eugenii Prædecessoris præfati, præsentibus insertâ forent, volumus pro expressis; ac omnia, & singula in illis contenta, Auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus, & tamen perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus; ac pro potiori cautela, omnia & Singula per *Clementem & Eugenium* aliósque Prædecessores prædictos, in eisdem literis in favorem dicti Ordinis Fratrum Minorum, quomodolibet ordinata, statuta, ac decreta, concessa, ac indulta fieri, ac servari debere; Authoritate, motu, & scientiâ prædictorum de novo ordinamus, statuimus, atque decernimus, & eidem Ordini Minorum, illiisque Domibus concedimus & indulgemus.

**XCV.** *Sicutus IV.* in alia Bulla quæ incipit: *Sacri Prædicatorum & Minorum Fratrum Ordines.* Data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1479. 7timo Kalendas Augusti Pontificatus sui anno 8vo. Et habetur in iisdem monumentis Ordinum. Ubi fol. 148. inserit hanc clauſulam. *Motu & scientiâ propriâ* statuimus, ut Monasteria, Loca Ordinis S. Clarae, eorumque Abbatissæ, Priorissæ, Procuratores Syndici, oblati, sub cura Ordinis Fratrum

trum Minorum S. FRANCISCI degentia, & utriusque Sexus Tertiī Ordinis de Pœnitentia nuncupatæ Personæ prædictæ eisdem privilegiis, gratiis, favoribus, concessionibus, Indultis spiritualibus, & temporalibus, Indulgentiis prædictis Fratrum Minorum Ordinibus, & illorum Domibus, ac locis, Procuratoribus, & Syndicis, oblatis, ac conversis, seu alias quomodolibet per Prædecessores nostros, aut Nos, haecenus concessis, & impostorum concedendis quâvis Auctoritate; quatenus eorum sexui & statui non contradicunt, liberè & licitè uti valeant, & possint in omnibus, & per omnia, prorsus, & sinè ulla differentia: ac si eisdem Monasteriis, locis, ac personis, Abbatissis, Syndicis, Procuratoribus, Conversis, Oblatis, & Conversis Sororum, & Monialium, ac personis utriusque sexus de Pœnitentia, hujusmodi nominatim concessæ fuissent, & concederentur expresse. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis revocationibus, restrictionibus, suspensionibus, cum quibuscumque clausulis, ac derogatoriis derogatoriis, ac fortioribus, & insolitis. Quibus omnibus, etiam si de iis, eorumque rotis tenoribus, & datis, non per hujusmodi generales Clausulas, & specialem mentionem importantes; sed specificam, & individuam, de verbo ad verbum, seu quævis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris: quo ad præmissa specificè, & nominatim derogamus; & ea nemini in præjudicium præmissorum suffragari posse, aut debere, & irritum, ac inane; quidquid seclusus contigerit attentari, decernimus; nec omnibus illis, quæ in dictis litteris nostris præfatis Ordinibus concessa sunt, volumus non obstare; ceterisque contrariis quibuscumque.)

XCVI. **B** Onifacius VIII. in Bulla, quæ

postolicae vestre Ordo consistens sic splendet. &c. datâ Romæ apud S. Petrum. Nonis Aprilis Pontificatus sui Anno 4to. habetur parte I. in Monumentis III. Ordinum Tract. I. fol. 123. concessione 268. Conventibus S. Clarae præsentibus & futuris concedit privilegia, & Indulgentias Ordini Fratrum Minorum concessas, sub sequenti Clausula. (*Cum inter vestrum, S. Clara, & S. Francisci Ordinem specialis esse Charitas censeatur. Nos volentes ut idem Ordo felicioribus angeatur auspiciis.* Authoritate Apostolicâ concedimus vobis Abbatissis, & Conventibus S. Clarae præsentibus, & futuris: Ut vos, ac omnia, & singula Monasteria vestri Ordinis, tam exemptionibus, privilegiis, quam omnibus immunitatibus, libertatibus, ac Indulgentiis, ac aliis privilegiis quibuscumque utamini, ac gaudeatis, ac uti & gaudere possitis: quæ prefato Fratrum Minorum Ordini sunt ab eadem Sede Apostolica concessa, vel impostorum concedentur. Quatenus hujusmodi privilegia vobis competere possunt, & quatenus vos, & Monasteria ipsa potestis, & poteritis esse capacia eorumdem. Nulli ergo omnino hominum. &c.)

XCVII. **I** 1505. Pontificatus sui Anno 2do. concesserat in Bulla quæ incipit: *Exponi nobis fecisti, Communicationem omnium exemptionum, immunitatum, gratiarum, indulgentiarum, libertatum, & privilegiorum, tribus Ordinibus Minorum de Observantia nuncupatorum, Familia Cismontanæ à Sede Apostolica concessorum, & concedendorum, & domibus Ecclesiis, & Fratribus Ultra-Montanæ Familia ejusdem Ordinis; habetur Bulla in nova Collectione Privil. Apost. Reg. Mendicantium Emanuelis Roderici impressi Venetiis 1611. Tom. I. fol. 246. Bullâ 2dâ. Julii II.*

*Julius II. eandem communicationem Indulgentiarum inter dictas Ecclesias trium*

Ordinum S. Francisci concessit in Brevi: *Chrysostomi*, die 11ma Junii. 1509.

**XCVIII.** *L*gia, Indulta, & Indulgentias concessas, & concedendas Ecclesiis, Oratoriis, & Locis Fratrum Minorum, Monialibus S. Claræ, Tertiariis, Conversis, Oblatis, & Sæcularibus, illorum, & illarum Ecclesiis, & Oratoria visitantibus; ex motu proprio, metâ liberalitate, & certâ scientiâ. Bulla incipit: *Dudum per nos accepto*. Data Romæ apud S. Petrum sub annulo pectoralis. 1519. Pontificatus sui Anno 7timo. Habetur in *Bullario Romano Laertii Cherubini præclarissimi Juris Consulti* fol. 442. Probaturque hæc communicatio Indulgentiarum à CC. Lateranensi per Bullam incipientem: Sacro approbante Concilio.

**XCIX.** *C*lemens VII. in Bullâ ad perpetuam rei memoriam incipiente: *Dum fructus uberes*. Datâ Romæ, ad S. Petrum, sub annulo pectoralis. die 30. Maii Pontificatus sui anno 1525. quæ habetur in fine compendii Præleg. Collectoris Cesarubii fol. 245. authenticè transumpta. *Motu proprio*, & ex certa scientiâ, omnia & singula Prælegia, Immunitates, Exemptiones, præsertim non solvendi Clericis sacerdotalibus quartam funeralium, quoad Fratres, in possessione non solvendi quartam hujusmodi existentes, ac omnia & singula Indulta, Indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias dicto FF. Minorum, ac S. Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato, Ordinibus, illorumque Fratribus, Monialibus, Sororibus, & utriusque sexûs Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque etiam per modum communicationis; extensionis & alias quomodolibet, per quoscunque Romanos Pontifices, Prædecessores nostros; & Nos, & Sedem prædictam concessa, Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium,

approbamus, & innovamus; ipsorumque Fratrum, Monialium, Sororum: Monasteria, Domos, Ecclesiæ, & Loca hujusmodi, omnibus, & singulis Prælegiis, Immunitatibus, Indultis, Indulgentiis, & gratiis quibuscumque quomodolibet concessis, ac concedendis, uti frui, & gaudere posse, & debere per omnia decernimus; ac si eis concessa specialiter fuissent. Non obstantibus quibuscumque

**C.** *G*regorius XIII. Pontifex confirmat Prælegia, Indulta, Exemptiones, Indulgentias, Fratrum Minorum S. FRANCISCI de Observ. & Monialium S. Claræ, ac Tertiâ Ordinis de Pœnitentia. Bulla incipit: *Ex benigna Sedis Apostolica*. Et habetur in *Bullario Emanuelis Roderici*. Tom. 2. fol. 429. *Bullâ prima*. *Gregorii XIII.* Clausula concernens est hujus tenoris. Nonnulli Romanî Pontifices, Prædecessores nostri, nonnullas Gratias, Concessiones, Indulgentias, peccatorum Remissiones, Absolutiones, etiam plenarias, Libertates, Prærogativas, Favores, Immunitates, Exemptiones, Declarations, Facultates, ac omnia, & singula Prælegia, & Indulta, tam spiritualia, quam temporalia; etiam per solam Signaturam, aut per oracula vivæ vocis, tam pro foro conscientiæ, quam pro foro fori; tam prædictis FF. Min. quam S. Claræ; ac tertio de Pœnitentia nuncupato, Ordinibus; illorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexûs Personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque dictorum Ordinum; nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensionis privilegiorum, inter se, ac etiam cum aliis quibuscumque Ordinibus, Mendicantibus, & non Mendicantibus, concesserunt, aut jam concessa confirmârunt, & approbârunt; prout in singulis concessiōnibus, & literis eorundem Prædecessorum,

desu-

## VINEA SERAPHICA.

.111.

desuper confessis pleniū dicitur contineri. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, præmissa omnia & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservatorias declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, Indulgentias, & Indulta spiritualia, & temporalia; etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, eisdem Fratrum Minorum Regularis Observantiae, ac S. Claræ, & de Pœnitentia Tertio, Ordinibus; etiam in Congregatione sub trium Votorum substantialium Professione, & sub eorundem Superiorum Ordinis Minorum Regularis Observantiae, hujusmodi Obedientiâ degentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac utriusque sexûs etiam laicaribus Personis, nec non Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque, in genere, & in specie; etiam per solam Signaturam, etiam vivæ vocis Oraculo, uti prætetur, aut alios tam præfatos, ac quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros; ac Nos, & Sedem præfamat: sub quacunque forma & expressione verborum concessa, cum omnibus & singulis in eis contentis Clauſulis, Decretis & declarationibus, singulas desuper confessas literas, & in eis contenta, & inde secuta quæcumque; illorum omnium tenores, & formas datas & effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum expressa forent; præsentibus pro sufficienter expressis habentes dicta Authoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa nostra scientia, ac de Potestate Apostolice plenitudine (quatenus sint in usu, & Sacris Canonibus, & Decretis S. Concilii Tridentini non adversentur) approbamus, confirmamus, & innovamus, perpetuamque Roboris firmitatem obrinere & firmiter observari, nec non Ordinibus,

Fratrum Minorum Regularis Observ. & S. Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato; etiam in Congregatione sub Obedientia Fratrum Minorum de Observ. degentibus, Superioribus Fratribus, etiam Monialibus, Tertiariis nuncupatis, Sororibus, Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis præfatis; etiam per modum communicationis, & extensioñis hujusmodi suffragari, illisque frui, uti, & gaudere in omnibus, ac per omnia (quando & quatenus opus fuerit,) posse, & debere in Judicio, & extrâ; ac etiam in foro conscientiæ; peinde ac si specialiter, & expreſſe iisdem Fratrum Minorum, ac S. Claræ, & tertio de Pœnitentia nuncupato, Ordinibus, concessa fuissent, decernimus. Supplentes omnes & singulos Juris, & Facti, ac Solemnatum etiam de Juris necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum, forsitan omissarum, & alios quo cunque defectus; si qui forsitan intervenierint. Non obstantibus quibuscumque Regulis Cancelleriae editis vel edendis. &c. & Constitutionibus Apostolicis per Leonem X. Clemensem VII. Paulum VI. ac etiam S. Pium V. & alios quoscunque Prædecessores nostros; etiam Nos, & Sedem eandem, motu proprio, ac plenitudine potestatis, & similibus; cum quibuscumque irritativis, & restrictivis Clauſulis efficacissimis, & insolitis, &c. editis. Datum Romæ ad S. Petrum. die. 21. Martii 1575. Pontificatus nostri anno 3.

**C**l. **S** Ub eadē formâ, & modo confiravit, & innovavit Privilegia, & Indulgentias Fratrum Minorum de Observ. eademque communicavit Ordini S. Claræ; & tertio de Pœnitentia Sixtus V. in Bullæ: *Etsi Mendicantium*. Quæ est 4ta. hujus Pontificis in Bullario ejusdem Roderici fol. 501. edita Romæ die 3. Octob. 1587. Pontificatus anno 3. Et posterior Bulla: *Cum à primaria. relata Cap. 4to. n. 12.* Tenor autem

Chu-

VINEA SERAPHICA.

112

Clausulæ Bullæ Sixtinæ : *Etsi Mendicantium est, prout sequitur. Ordinem Fratrum Minorum[ quem & Nos professi olim sumus] Summo semper studio amplexi sumus ; ad summi tamen Apostolatus apicem assumpti; dum id mente recolimus: minus facere non possumus, quām ut eundem Ordinem de Observantia propensiōri affectu prosequamur. Nos igitur. &c. omnes gratias, indulgentias favores peccatorum remissiones, prærogativas, concessiones, Indulta spiritualia. &c. etiam per modum communicationis & extensionis, inter se ; & cum aliis Ordinibus mendicantibus, ejusdem Fratrum Minorum Regularis Observantia, & S. Claræ, & de Pœnitentia tertio Ordini, etiam in Congregatione, sub III. Votorum essentialium Professione, Fratribus, Monialibus Sororibus, ac utriusque sexūs, etiam Personis singularibus, nec non Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque, in genere, & in specie, etiam per solam Signaturam; etiam vivæ vocis oraculo, ut preferatur (aut alias per eosdem Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, ac Sedem prædictam, sub quacunque forma, & expressione verborum concessa; nec non omnibus, & singulis; in eis forsitan contentis Clausulis. &c. & quæcumque Decreta inserta. &c. Ac si de verbo, ad verbum, in præsenti infererentur, pro sufficienter expressis habentes; Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, ex certa scientia in his omnibus approbamus, & confitimamus; nec non Ordinibus Fratrum Minorum de Observantia, S. Claræ, & tertio de Pœnitentia nuncupato; etiam in Religione, sub Obedientia Fratrum Minorum de Observ. degentibus, Superioribus Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, Sororibus, Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis etiam per modum communicationis & extensionis hujus-*

modi suffragari; illisq[ue] uti, frui, & gaude-re; quando, & quoties opus fuerit, posse & debere in Judicio, & extra; ac etiam in foro conscientiæ, in omnibus & per omnia, ac si specialiter & expressè iisdem Fratrum Minorum, & S. Claræ, & tertio de Pœnitentia, Ordinibus, per nos concessa fuissent, decernimus; supplentes quo scunque defectus de plenitudine potestatis. Non obstantibus quibuscumque. &c.)

CII. **C**lemens VIII. in Bulla : *Pastoralis Officii*. confirmat omnium Priviliorum Fratribus Minoribus de Observ. concessorum communionem, & participationem cum Ordine Monialium S. Claræ, & Terrio de Pœnitentia nuncupato. Anno 1597. Pontificatus sui anno 6. Romæ ad S. Petrum die 20. Decemb. Habetur in *Bullario Roderiquez* fol. 522. Bulla primâ *Clementis VIII.*

CIII. **I**n Directorio P. Diaz. fol. 295. reperi-tur etiam Decretum S. Congregationis Episcop. & Reg. præfectæ ; in quo declaratur tenore sequenti : *Quo ad Commu-nicationem Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium, quibus Religiosi S. FRANCIS-CI fruuntur : S. Congregatio censuit, Orati-cibus Monialibus indulgeri posse. 7. Sep-temb. 1685.*

*Cardinalis Carpineus Praefectus.*

*B. Panciaticus Secretarius.*

**O**mni modam quæcumque communicatio-nem gratiarum spiritualium, inter tres Ordines S. Francisci concesserunt Clemens VIII. in Brevi : *Quæcumque à Sede. &c. Paulus V.* in Brevi : *Cum certus. &c. Greg. XV.* in Brevi : *Injuncti nobis. &c. & IN-NOCENTIUS XI.* in suo Brevi : sub die ista Sept. Anno Domini 1686. & die 15. Maii. 1688. ut patet ex constitutione se-quenti, quæ reperitur authentizata in *Di-rectt. 3. Ordinum pag. 211.*

*Con-*

*Constitutio confirmativa Privilegio-rum, Ordinum, & Confraternita-tem; nec non personarum omnium; quæ obedientie seu directioni Mini-stri Generalis totius Ordinis S. Fran-cisci sunt subjectæ, ac roboretiva aliarum Constitutionum, hac super re Ss. MM. Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII. concessarum: quæ ante dictam Constitutionem no-vissimam in subsequentibus literis Auditoris R. C. A. continentur, ac transcribuntur.*

CIV. **C**arolus Pichius. Proto-Notarius Apostolicus, utriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referenda-rius, nec non Curia Causarum Cameræ Apo-stolicæ Generalis Auditor, Romanæque Cu-riæ Judex ordinarius, Sententiarum quòque, & Censurarum, ac Literarum Apostolicarum quarumcunque Generalis, & merus Execu-tor; ab eodem sanctissimo Domino nostro Papa specialiter electus & deputatus. Uni-versis, & singulis Reverendissimis Dominis Episcopis, Archi-Episcopis, Suffraganeis, ac locorum Ordinariis; ac Reverendis Domini-nis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Deca-nis, Diaconis, Archi-Diaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristis; tam Ca-thedralium, quam Collegiarum Ecclesia-rum Canonicis, Rectoriibus, Plebanis, Vice-Plebanis, Curatis, & non Curatis, cæteris-que Presbyteris, & Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscunque, illi-que vel illis; ac cui, seu quibus, præsentes nostræ obtensa, aut alias quomodolibet inti-matæ fuerint, Salutem in Domino sempiter-nam. Noveritis nuper, & infra scriptâ die fuisse coram Nobis expositum pro parte, & ad instantiam Reverendissimi Patris Fratris

*Vinea Seraphica.*

Francisci Diaz à S. Bonaventura, Lectoris Generalis Jubilati, sanctæ Inquisitionis Qua-lificatoris, Regis Catholici Concionatoris ac Theologi, Provinciae S. Jacobi in Hispania Patris, & in hac Romana Curia pro Ultra-Montana Familia Obedientiæ & Directioni Ministri Generalis totius Ordinis FF. Min. de Obs. subjectâ Commissarii Generalis, omni meliori modo principalis Exponentis; quod privilegia, gratiæ, favores, exemptio-nes, immunitates, conservatoriæ concessio-nes, Indulgentiæ etiam plenariae, peccato-rum remissiones, libertates, absolutiones, prærogativæ, declarationes, facultates, ac omnia & singula Indulta tam temporalia, quam spiritualia, tam Fratrum Minorum, quam S. Claræ, ac personarum de Pœnitentia tribus Ordinibus, illorūmque Superiori-bus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexūs personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscunque dictorum Ordinum (nunc, & pro tempore existentibus) in genere vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensi-onis, inter se, ac etiam cum aliis quibuscun-que Ordinibus Mendicantibus, & non Men-dicantibus concessa à Ss. MM. Clementis VIII. & Pauli V. per Constitutiones sequen-tes, ex certa Scientia confirmata ac innovata fuisse. Cujus quidem Constitutionis Clem-en-tis VIII. tenor talis est, qui sequitur. Vi-delicit :

*Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei me-moriā. [Ratio Pastoralis Officii nostri exigit atque efflagitat, ut quorum Religio-nem, ac virtutem Sedi Apostolicæ, touique Ecclesiæ non modò illustrem, & præclaram; sed utilem etiam, ac necessariam esse adver-timus: eosdem nostris, & ejusdem Sedis Apostolicæ favoribus, ac Beneficiis libenter prosequamur: Cùm verò ex bonis, & com-modis spiritualibus Ordinum Mendicantium,*

P

ea

ea longè latèque pateant, sempèrque patuerint : quæ à sacro Ordine Fratrum Minorum de Observantia, ab ipsius fundatæ Religionis initis, in omnes Christianæ Rei-Publicæ Provincias profluxerunt, quotidie profluunt, & promanant ; faciendum Nobis esse statuimus : ut in eodem Ordine nostris, & Sedis Apostolicæ gratiis, atque muneribus honestando, nihil Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum benignitati, ac studio concedamus. Cùm igitur pro parte dilecti Filii Joannis Baptiste Moles Commisarii Generalis in Romana Curia Ultra-Montanae Familiae prædicti Ordinis de Observantia, Nobis expositum fuerit ; ex ipsius Sedis benignâ dignatione provenire ; ut Romanus Pontifex quandoque Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet ac Apostolicâ Authoritate innovata, & restaurat munit, & fulciat, & in pristinum statum reponat, ac reducat. Nec non propter ea nonnulli Romani Pontifices, Prædecessores nostri, quasdam gratias, concessiones, Indulgentias, & Peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogativas, favores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia privilegia, & Indulta, tam prædictis Fratrum Minorum, quam S. Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum Communicationis, sive extensionis Privilegiorum, aliis Ordinibus, eorumque Domibus, & Ecclesiis, & utriusque sexus personis Ordinum Mendicantium & non Mendicantium existentium concesserunt, jam concessa confirmaverunt, & approbaverunt ; prout in sin-

gulis concessionibus, declarationibus, & litteris eorundem Prædecessorum expeditis, pleniū dicitur contineri.

Cùm autem [sicut eadem expositi subjungebat] illa, quæ saepius Apostolicâ Authoritate prædicta unita existunt, majorem obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Joannis Baptiste Moles nobis fuit humilier supplicatum ; ut prædictis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, conservatoriis, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis, & Indulatis pro illorum observantia nostræ approbationis robur adjicere, aliaque in præmissis opportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur.

Nos igitur : qui omnium votis, præser-tim illorum (qui sub suavi Religionis jugo, divinis Laudibus, & Christianæ Religionis augmento incumbentium Personarum tranquilitati, & commoditati consulunt) libenter annuimus, easque favoribus profquimur opportunis, hujusmodi supplicationibus inclinati, quæcunque præmissa, ac omnia, & singula privilegia alia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & Indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis ; inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus; ejusdem Fratrum Minorum Regularis Observantiae, & S. Claræ, & de Pœnitentia Tertio Ordinibus, etiam in Congregatione sub trium votorum substantialium Professione ; & eorundem Superiorum Ordinis Minorum Regularis Observantiae hujusmodi Obedientiâ degentibus, ipsorum Superiorum Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac utriusque sexus etiam singularibus personis, nec

non

non Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque, in genere, & in specie; etiam per solam Signaturam, etiam vivæ vocis oraculo, (ut præfertur) aut alias per eosdem Romanos Pontifices Prædecessores nostros; ac Nos, & Sedem prædictam sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata; nec non omnibus, & singulis in eis forsan contentis Clausulis, Decretis, & Declarationibus quibuscumque; ac singulas, desuper etiam pluribus vicibus confectas literas; & in eis contenta, & inde secura quacunque, omnium illorum tenores, & formas datas, effectus; & Decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum inferentur, & in his essent inserta [præsentibus pro sufficienter expressis habentes] dicta Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, ex certâ Scientiâ in his omnibus (in quibus Decretis Concilii Tridentini non adversantur) approbamus, & confirmamus, ac innovanus; perpetuâmque roboris firmitatem obtinere, & firmiter observari, nec non Ordinibus Fratrum Minorum Regularis Observantiae, & S. Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato, etiam in Congregatione sub obedientia Fratrum Minorum de Observantia hujusmodi degentibus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, Sororibus Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis prædictis; etiam per modum communicationis, & extensionis hujusmodi suffragari, illisque frui, uti, & gaudere [quando, & quoties opus fuerit] posse, & debere in Judicio, & extra, ac etiam in foro conscientiæ, in omnibus, & per omnia assi specialiter & expressè eidem Fratrum Minorum & S. Claræ, ac tertio de Pœnitentia Ordinibus per nos concessâ fuissent, decernimus; supplentes omnes Juris, & Facti, ac solemnitatum, etiam de Juris necessitate, aut

alias quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & alios quoscunque defectus, si qui forsan intervenerint in eidem.

Quocirca venerabilibus Fratribus, Mantua, & Tuy Episcopis, ac dilecto Filio, caesarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per easdem præsentes, committimus, & mandamus; quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, faciant, Auctoritate nostrâ, præsentes literas, & in eis contenta quacunque, plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere; non permittentes quenquam desuper, contra præsentium tenorem, sub quovis prætextu, & causâ, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscunque quomodolibet indebitè molestari. Quinimo, quidquid in contrarium attentari, vel fieri continget; omnia semper in pristinum reponi, Contradictores quoslibet, & Rebelles, etiam per quascunque (de quibus eis videbitur) Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna Juris, & Facti remedia (appellatione quâcunque postpositâ) compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando; invocatô etiam ad hoc [si opus fuerit] auxiliô brachii saecularis; sique per quoscunque Judices, & Commissarios, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinals, nec non sacri Palatii Apostolici caesarum Auditores, sublatâ eis quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiti debere.

Non obstantibus præmissis ac piæ memoriæ Bonifacii Papa VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali de duabus diætis; dummodo ultra tres diætas aliquis præsentium vigore ad Judicium non trahatur; aliisque Apostolicis Constitutionibus, ac Provincialibus, & Capitularibus Statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, con-

firmatione Apostolicâ , vel quâvis firmitate alia roboratis , privilegiis quòque , Indultis , & literis Apostolicis , etiam in forma Brevis per quo scunque Romanos Pontifices , Prædecessores nostros ; ac etiam Nos , & Sedem prædictam , etiam Motu proprio , ac Scientiâ & potestatis plenitudine similibus , ac cum quibusvis irritativis , annullatibus , cassatibus , etiam privilegiorum eorum revocativis , restringitivis , reservativis , exceptivis , restitutivis , declarativis mentis , attestativis , ac derogatoriarum derogatoriis , aliisque efficacioribus efficacissimis , & insolitis clausulis , quomodo liber , etiam Jure concessis , confirmatis & innovatis . Quibus omnibus etiam pro illorum sufficienti derogatione , de illis eorumque totis tenoribus , specialis , specifica , expressa , & individua , ac de verbo ad verbum : non autem per clausulas generales , idem importantes , mentio , seu quævis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret ; etiam quod in eis caveatur expressè , quod illis nullatenus ; aut non nisi sub certis , modo , & formâ , derogari possit . Tenores hujusmodi , ac si de verbo ad verbum , nihil penitus omisso , & formâ in illis traditâ observata , inserti forent ; (præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes) Motu , Scientiâ , & Authoritate similibus derogamus . Aut si aliquibus communiter , vel divisim , ab eadem Sede indultum sit , quod interdici , susperdi , vel excommunicari non possint , per literas Apostolicas : non facientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum (de Indulto hujusmodi mentionem) ceterisque contrariis quibuscunque non obstantibus . Verum , quia difficile foret præsentes literas , ad singula quæque Loca (in quibus fortè opus esset) deferri ; volumus , & pariter Apostolicâ Authoritate decernimus : quod illarum transsumptis manu alicuius ex Secretariis , cujus-

vis prædictorum Prælatorum Generalium , & Romanæ Curie Commissariis , & suorum Successorum , aut Notariis publicis , subscriptis , & Sigillo officii alterius eorundem , aut alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ , seu Curie Ecclesiastice munitis ; eadem propterea fides in judicio , & extra illud adhibetur : quæ præsentibus adhiberetur ; si forent exhibitæ vel ostensæ . Datum Romæ apud S. Petrum . sub Annulo Piscatoris . die vigesimâ Decembr. Millesemo quingentesimo nonagesimo septimo , Pontificatus nostri anno sexto .

*M. Vestrinus Barbianus.*

CV. **S**equitur alia Constitutio Pauli V. temporis sequentis . Videlicet : *Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam.* Inuncti Nobis Apostolici muneric ratio postulat : ut sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino fructus assiduè præstantium paternam curam gerentes , Privilegia , Gratias , & Indulta (illis à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris , & ab Apostolicâ Sede concessa ) quod validius perpetuo subsistant , Apostolicæ confirmationis robore libenter communiamus . Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Ludovicus à S. Joanne Evangelista Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in Romana Curia Commissarius Generalis ; quod variæ gratiæ , concessiones , libertates , prærogativæ , favores , immunitates , exemptiones , declarationes , facultates , & alia privilegia , & Indulta tam prædictis Fratrum Minorum , quam sanctæ Claræ , ac tertio , de Pœnitentia nuncupato , Ordinibus ; illorumque Superioribus , Fratribus , Monialibus , & Sororibus , ac utriusque sexus Personis , & Monasteriis , Domibus , Ecclesiis & Locis quibuscunque dictorum Ordinum , nunc , & pro tempore existentibus , in genere , vel in spe-

cie

tie etiam per modum communicationis, sive extensisōis privilegiorū, aliis, tam Mendicantū, quām non Mendicantū, tunc existentib⁹ Ordinib⁹, eorūmque Domib⁹, & Ecclesiis, ac utriusque sexū personis concessorum, à nōnullis Romanis Pontificib⁹, Prædecessorib⁹ nostris olim concessa; & ab illis, seu aliis, ac novissimè quidem à felicis recordationis *Clemente Papa VIII.* etiam Prædecessore nostro per suas in simili Brevis formā literas, sub dato vigesimo Decemb. Millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo. Pontificatū sui Anno sexto. desuper expeditas, confirmata, & approbata fuerunt; prout in prædictis, & diversis aliis, dictorum Prædecessorum literis, super concessionib⁹, & confirmationib⁹ hujusmodi, etiam expeditis plenius continetur. Cū autem illa (quæ s̄apie Authoritate Apostolicā muniuntur) majorem obtineant roboris firmitatem; & ideo (sicut eadem expositio subjungebat) dictus Ludovicus privilegia, gratias, & indulta, aliaque præmissa, per Nos etiam Apostolicā Authoritate confirmari plurimū desideret; idcirco nobis ejus nomine fuit humiliter supplicatum: ut desuper opportunē providere de Benignitate Apostolicā dignaremur. Nos igitur Ordines prædictos, ex quibus uberrimi, in eadem Ecclesia, ad Dei omnipotentis Laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, & utilitatem, jam tum ab ipsorum Ordinum primordiis profluixerunt, & in dies profluent fructus; specialis gratiæ favore prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine (quāvis occasione, vel causā latis (si quibus quomodolibet innodatæ existunt) ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore cen-

sentes, hujusmodi supplicationib⁹ inclinati.

Quæcunque præmissa ac omnia alia & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Libertates, Prærogativas, Favores, conservatorias Declarationes, Facultates, Dispensationes, Gratias, Concessiones, & Indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum Communicationis, & Extensisōis inter se, & cum aliis Ordinib⁹ Mendicantib⁹, & non Mendicantib⁹, eisdem Fratrum Minorum de Observantia, & S. Claræ, ac tertio de Pœnitentia, Ordinib⁹, etiam in Congregatione sub triū Votorum substantialium Professione, & Superiorum Ordinis Minorum de Observantia prædicti degentibus, ipsorumque Ordinum Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac utriusque Sexū etiam singularibus Personis; nec non illorum Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque in genere, & in specie, & per solam Signaturam, etiam vivæ vocis Oraculo, ac alias per eosdem Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac iteratis vicibus approbata, & ultimo loco à dicto *Clemente VIII.* Prædecessore Nostro confirmata, cum omnibus, & singulis in eis forsitan contentis Clavulis, Decretis, & Declarationibus quibuscumque, nec non singulis desuper, etiam pluribus vicibus confectas literas, & in eis similiter contenta, & indē secuta quæcunque; illorum omnium Tenores, Formas datas, Effectus, & Decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insérerentur, & in his inserta forent: præsentibus pro sufficienter expressis habentes Authoritate prædictā tenore præsentium in his omnibus, videlicet: in quibus sacri Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutib⁹, & Literis Apostolicis, ac Decretis *Clementis VIII.* Nostri Prædecessoris non ad-

versentur ; salvisque Decretis , dicti Clementis in favorem Fratrum Reformatorum factis remanentibus , perpetuo approbamus , confirmamus & innovamus ; nec non illa etiam perpetuae , & inviolabilis Apostolicæ nostræ Authoritatis praesidio communimus , & perpetuum robur obtainere , & firmiter observari , Ordinibusque Fratrum Minorum Regularis Observantiae , & S. Claræ , & tertio de Pœnitentia nuncupato , etiam in Congregatione , sub Obedientiâ corundem Fratrum Minorum (ut præteritur ) degentibus , ac Ordinum prædictorum Superioribus , Fratribus , Monialibus , etiam Tertiariis nuncupatis , ac Domibus , Ecclesiis , & Locis prædictis etiam per modum Communicationis , & Extensionis hujusmodi suffragari , illisque utri , frui , & gaudere [ quando & quoties opus fuerit ] posse , & debere in judicio , & extra , ac etiam in foro conscientiae , in omnibus , & per omnia , ac si specialiter , & expressè eisdem Fratrum Minorum , & S. Claræ , ac tertio de Pœnitentia Ordinibus , concessa fuissent , decernimus ; supplentes omnes & singulos Juris , & Facti , ac solemnitatum , etiam de Juris necessitate , aut aliâs quomodolibet requisitarum , forsitan omissarum , & alios quoscunque defectus , si qui forsitan intervenerint in eisdem .

Quocirca Venerabilibus Fratribus Mantuan. & Canarien. Episcopis , ac dilecto Filio , Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori , per præsentes committimus , & mandamus ; quatenus ipsi , vel duo , aut unus eorum , per se , vel alium , seu alios [ ubi & quando opus fuerit ] faciant , Auctoritate nostrâ , Literas , & in eis contenta quæcunque suos plenarios , & integros effectus sortiri , illisque omnes , & singulos , quos concernunt , pacifice frui , & gaudere . Non permittentes quenquam desuper , contra præsentium tenorem , sub quovis prætextu , causâ , vel etiam de-

fectu intentionis nostræ , per quoscunque quomodolibet indebet molestatâ ; & si quid in contrarium attentari , & fieri contingat , præmissa omnia semper in pristinum reponi procurantes ; Contradictores quoslibet & Rebelles , etiam per quascunque ( de quibus eis videbitur ) Censuras , & Pœnas Ecclesiasticas , & alia opportuna Juris & Facti remedias , appellatione quâcunque postpositâ compescendo , ac legitimis super his habendis , servatis Processibus , Censuras & Pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando , invocato etiam ad hoc [ si opus fuerit ] auxilio brachii . secularis . Non obstantibus &c. Volumus autem . &c. cum iisdem Clausulis quæ habentur post Breve Clem. VIII. N. 104. Datum Romæ apud S. Petrum , sub Annulo Piscatoris primo die Decembr. 1609. Pontificatus anno quinto .

S. Cobellutius.

CVI. I Nsuper exponitur , quod Urbanus VIII. in suo Brevi : In plenitudinem incipente . Tertio Idus Maji . Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto expedito ; Constitutiones Apostolicas in Clausula prædicti Brevis [ ut sequitur ] contentas confirmavit , & pro potiori cautela sub forma specifica innovavit , ac de novo concessit . Verba dicti Brevis sunt . Et nihilo minus pro potiori Fratrum ejusdem Ordinis cautela , omnia & singula privilegia , gratias & illorum confirmationes , exemptiones , & Indulta prædicta , dicto Ordini concessa , & in specie , illa ; quæ in quibusdam Urbani II. incipientibus : Cum universis . Et aliis Eugenii IV : Etsi Monasteria . Ac aliis ejusdem Eugenii IV. incipientibus : Injunctum . Et aliis ipsius Eugenii IV. incipientibus : Regularem . Nec non aliis dicti Eugenii IV. incipientibus etiam : Regularem . Nec non aliis Sixti IV. incipientibus : Regimini universalis . Sub dato Romæ . Anno millesimo quadrin-

dringentesimo septuagesimo quarto. Et aliis ejusdem *Sixti IV.* incipientibus : *Dum attenta meditatione pensamus.* Sub dato Romæ Anno millesimo - quadringentesimo - septuagesimo sexto. Ac aliis ipsius *Sixti IV.* incipientibus : *Sacri Prædicatorum & Minorum.* Sub dato Romæ millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nec non aliis ejusdem *Sixti IV.* incipientibus : *Circumspecta Apostolica Sedis.* Sub dato Romæ millesimo quadringentesimo octuagesimo. Kalendas Decembris.

Et aliis *Innocentii VIII.* incipientibus : *Sacra Religionis.* Ac aliis *Julii II.* incipientibus : *Nihil. &c.* Sub dato vigefimo quarto Septembribus. Millesimo quingentesimo octavo. Aliisque *Leonis X.* incipientibus : *Universis.* Sub dato vigefimo quinto Junii. Anno millesimo-quingentesimo - decimo octavo. Et aliis *Julii III.* incipientibus : *In Sacra Beati Petri Sede.* Sub dato Romæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Die decimâ Menſis Julii.

Ac aliis *Pauli IV.* incipientibus : *Ex Apostolice Sedis.* Nec non aliis *S. Pii V.* incipientibus : *Etsi Mendicantium Ordines.* Sub dato Romæ sexto Octobris. Millesimo-quingentesimo - sexagesimo septimo. Pontificatus ejusdem *S. Pii V.* Anno secundo. Aliisque *Gregorii XIII.* incipientibus : *Nihil in una quaque Religiosa.* Ac aliis ejusdem *Gregorii XIII.* pro Societate JESU incipientibus : *Æquum reputamus ut ea qua de Roman.* Sub dato octavo Kalendas Junii. Anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo secundo.

Et aliis *Sixti V.* incipientibus : *Etsiam æquum reputamus.* Sub dato Romæ millesimo, quingentesimo, octuagesimo quinto Kalendas Maji. Ac aliis *Clementis VIII.* incipientibus : *Ex injuncti.* Sub dato Romæ Anno millesimo quingentesimo, nonagesimo septimo. Die decimâ Septembribus. Nec

non aliis *Pauli V.* incipientibus : *In supereminentis.* Alii que ejusdem *Pauli V.* incipientibus : *Divinâ disponente Clementiâ.* Ac aliis *Sixti IV.* ac *S. Pii V.* & *Sixti etiam V.* *Præfatorum. &c.* Aliisque *Alexandri IV.* incipientibus : *Neque insolitum est.* Ac aliis felicis memoriae *Bonifacii VIII.* incipientibus : *Sacre Reliquie.* Nec non aliis similis memoriae *Adriani VI.* incipientibus : *Dilecti.* Sub dato duodecimo Septembribus. millesimo, quingentesimo, vigesimo secundo. Aliisque paris memoriae *Gregorii XIV.* incipientibus : *Ex injuncto.* Sub dato vigefimo quarto Septemb. millesimo, quingentesimo, nonagesimo quinto. Aliisque aliorum Romanorum Pontificum, & Prædecessorum nostrorum, ac aliis etiam à nobis emanatis literis Apostolicis, incipientibus : *In Sacra Beati Petri Sede.* Sub dato Romæ apud S. Mariam Majorem. Anno millesimo sexcentesimo vigefimo quarto. Nonis Julii. Nec non etiam privilegia, gratias, indulta, & immunitates in literis Apostolicis, quæ appellantur (*Mare magnum Ordinis Prædicatorum*) cæterorumque prælatorum Fratrum, ac quibusdam aliis literis bona memoriae Leonardi Tituli S. Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis de Foro-Livio nuncupati, super Gratiam ab eodem *Leone X.* ad favorem dicti Ordinis facta, quæ pro Provincia Bœtica ejusdem Ordinis concessa, sub dato Romæ quarto Idus Septemb. Pontificatus dicti Leonis X. anno quinto continentur Authoritate & tenore præmissis; de novo concedimus, seu innovamus. Decernentes, Privilegia, Exemptiones, & Indulta hujusmodi, semper & perpetuò valida, & efficacia esse & fore, ac à locorum Ordinariis, ac quibuscumque aliis quavis authoritate fungentibus, inviolabiliter & inconcussè observati; sique per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causatum Palatii Apostolici Auditores, ac ejus-

ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam à latere Legatos, & Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, & diffiniri debere; injustumque & inane, quidquid securus super his à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis Filii Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Thesaurario ac Archidiacono Ecclesiæ Hispalensis per Apostolica Scripta mandamus; quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios (quoties, ubi, & quando) pro parte. &c. Non obstantibus, &c.

Ulterius repræsentatur, quod prædictæ Clementis VIII. & Pauli V. confirmatoriae literæ, ac memorata Urbani VIII. Constitutio: *In plenitudinem* incipiens literatum Apostolicarum in ea nominatarum in specie innovativa (cujus usus ratione mutua communiationis, ibi inter Ordines Prædicatorum & Minorum & utriusque sexus personas, tam Religiosos quam Sæculares, ad dictos Ordines spectantes, de novo concessæ Familia prædictæ licitus ostenditur in forma authentica, & per extensum cum aliis prædictis literis in eis relatis,) sacræ Episcoporum & Regularium Congregationi ab Instante fuerunt præsentatae. De cuius consilio ad favorem omnium & singularum utriusque sexus præmemoratarum Personarum religiosarum, sub dicta Obedientia degentium, nec non Beneficiorum, ac Tertiiorum sacerularium, & Confratrum utriusque sexus, directioni Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum suppositorum, à Sanctitate Domini nostri Innocentii XI. sub forma sequenti reperiuntur confirmatae.

**CVII.** *I*nnocentius Papa XI. ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciscus Diaz, à S. Bonaventura charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator,

& Theologus, ac in Romanâ Curiâ pro Ultra-Montanâ Familiâ, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. FRANCISCI de Observantia nuncupatorum, subiectâ, Commissarius Generalis. Quod privilegia, gratiae, concessiones, favores, & Indulgentiae etiam plenariae, ac poenitentiatum relaxations, cæteraque Indulta, Ordinibus, Congregationibus, Confraternitatibus, Dominibus, Ecclesiis, Locis, Benefactoribus, ac omnibus, & singulis utriusque sexus Personis, obedientiae, seu directioni prædicti Ministri Generalis Fratrum Minorum subiectis, olim ab Apostolica Sede concessa, seu communicata, per plurimum Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum constitutions, & præcipue per literas felicis recordationis Clementis VIII. incipientes: *Ratio Pastoralis.* &c. Anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo expeditas; ac Pauli V. quæ incipiunt: *Injunctioni nobis.* &c. Anno millesimo, sexcentesimo nono concessas. Et Urbani VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum pariter, incipientes: *In plenitudinem.* Et tertio Idus Maii. Anno millesimo, sexcentesimo, vigesimo quinto datas, confirmata; & sub aliquibus modificationibus innovata fuerint: Unde præfatae utriusque sexus Personæ, obedientiae seu directioni dicti Ministri Generalis subiectæ; quibus memorata Communicatio Privilegiorum, Indulgentiarum, & Concessioneerum, tam inter se, quam cum aliis Ordinibus, Congregationibus, & Societatibus etiam JESU ac Confraternitatibus concessa fuit, juxta Clausulas, & Praescriptum dictarum literarum Apostolicarum, & cum restrictionibus in illis appositis, & non aliter fuerunt concessæ.

Cùm autem (sicut eadem expositio subjungebat ut præmissa firmius subsistant, & conserventur) præfatus Franciscus Commissa-

missarius Generalis Curiæ prædictas *Clementis*, ac *Pauli* & *Urbani* Prædecessorum literas, cum Clausulis in iisdem contentis, à Nobis innovari; & omnes aliorum Romanorum Pontificum Successorum Concessiones, ad favorem dictorum Ordinuum, Congregationum, Confraternitatum, Locorum, Beneficiorum, & aliarum utriusque Sexus Personarum, prædictæ Obedientia seu Directioni subjectarum expeditas, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimùm desideret; Nos ipsius Francisci Commissarii Generalis Curiæ votis, hac in re (quantum cum Domino possumus) favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis, à Jure, vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis (si quibus quomodolibet innodatus existit) ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore, censentes: supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attentâ relatione: quam Venerabilis eriam Frater noster Alderanus Episcopus Portuensis ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, eidem Cardinalibus super præmissis fecit: prædictas *Clementis*, incipientes: *Ratio Pastoralis*, &c. & *Pauli*, quarum initium: *In iunctu nobis*, &c. & *Urbani* Prædecessorum, quæ incipiunt: *In plenitudinem*, &c. aliotumque Romanorum Pontificum Successorum literas super præmissis respectivè emanatas [dummodo tamen sint in usu, nec sint revocatae, aut sub aliqua revocatione comprehensa

Vinea Seraphica.

sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis, ac posterioribus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, regularibus que Ordinis prædicti Institutis non aduersentur] Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, confirmamus & approbamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salvâ tamen semper in præmissis Authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decernentes: præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subique plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis [ad quos spectat, & pro tempore spectabit] plenissime suffragari, sique in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. &c.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplie etiam impensis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur; si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. die 5<sup>ta</sup> Septemb. anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, Pontificatus nostri anno decimo.

#### G. Cardinalis Slusius.

CVIII. Cumque Nobis summopere cordi sit, & nostrum munus ac officium expolet; ut omnes Constitutiones, Privilegia & Literæ Apostolicæ suos plenarios

Q

inte-



integrōsque fortiantur effectus , debitæque, totali , omnimodæ & integræ executioni demandentur ; ideoque ad ulteriore requisitionem & instantiam dicti Fratris Francisci Diaz principalis Instantis , fuimus instanter & debite requisiti ; quatenus ei in præmissis de aliquo opportuno Juris remedio providere , & Monitorium super observatione cum inhibitione decernere , & concedere velle dignaremur.

Nos igitur Carolus Pichius, Judex , & Auditor antedictus . &c.

Sequitur Monitorium ad extensum, quod videri potest in Directorio trium Ordinum. fol. 235.

**CIX.** *Innocentius XII.* in suo Brevi : *Debitum Pastoralis Officii.* &c. dato Romæ ad S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. die 19. Maii 1694. Pontificatus sui anno 3<sup>to</sup>. eandem communionem trium Ordinum S. Francisci approbavit , confirmavit , & roboravit. Imò ex eo Brevi appetet, quòd conceditur uni Provinciæ , in gratiis spiritualibus , intuitu universæ Religionis [ nisi specialiter caveatur ] censi omnis commune. In eodem Brevi §. 42. contineatur hic tenor :

Quo ad Tertiarios , & Chordigeros, serventur Statuta , seu Decreta Capituli Generalis , Romæ , [ut præfertur] anno 1688. celebrati : omnimodaque adhibeat cura, ut in cunctis confraternitatibus erectis , seu erigendis, in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum prædictæ Provinciae , exercitium viae Crucis & Orationis mentalis quam citius stabiliatur, eoque introducto una ex Dominicis , seu diebus festivis pro quolibet mente , à Superiori locali, de assensu discretoriis Conventus , seu Monasterii in perpetuum assignabitur , ad consequendam Indulgentiam plenariam, novissimè à sanctissimo Domino nostro *Innocentio XI.* in Brevi : *Adeas.* &c.

benigne concessam ; & quia indulgentiæ Stationis sanctissimi Sacramenti revocatae non sunt ; ipsius recitatio quotidiana omnibus tam Fratribus, quam Monialibus, & Tertiariis secularibus enixè commendatur. Breve habetur in Camera A. R. Patris Diaz Romæ in Ara Cæli.

*Subscriptum erat,*  
*J. F. Cardinalis Albanns.*

**Q** UAMVIS ergo in quibusdam Brevibus Indulgentiæ concessæ Ecclesiis Fratrum Minorum expressæ , directè , & immediate non extendantur ad Ecclesiæ Monialium; indirectè tamen & virtualiter per communicationem factæ sunt communes Ecclesiæ Monialium & Tertiiorum. Utì de omnibus privilegiis , & gratiis spiritualibus , par modo indubitanter tener *P. Gaudentius Kerckhoff*, *Comment. in Statut.* C. 7. §. 25. Ideoque recedendum ab opinione *P. Mattheucci* relatæ suprà C. 7. Q. 2. n. 26. De Brevibus autem pluribus Innocentii XII. tractatur C. sequenti.

## C A P U T XXIII.

Brevia, Constitutiones, & Ordinationes *Innocentii XII.* circa tres Ordines Sancti FRANCISCI.

**CX.** *J* Uxta Rubricas particulares Breviarii Romani , impressi sollicitudine reverendissimi Patris Bonaventuræ Boërii, totius Ordinis Fratrum Minorum ex Electis secundum regulam Ministri Generalis , nunc in Regno Neapolitano Archi-Episcopi Salernitani , & approbati ab *Innocentio Papa XII.* præscribitur forma Deo persolvendi Laudes , & ordinandi Divinum Officium , titulo 12. Rubric. particularium ; quæ forma ab omnibus Fratrum Ordinibus, & Congregationibus Obedientiæ Ministri Generalis Fratrum

Mi-

Minorum S. Francisci subjectis , nec non à Monialibus Conceptionistis, Coletanis , de Annuciata , & aliorum Institutorum; quæ sub eadem Obedientiâ debitum præstant Altissimo obsequium , & famulatum , omnino tenenda est. Ex Decreto , dato . 7. Aug. 1694. Eisdem conformari queunt Moniales tam S. Claræ , quæm Tertiæ Ordinis , sive sint sub nostri Ordinis , sive sub Ordinariorum , aut aliorum Religiosorum Curâ , & gubernio , quæ usum elegerint ejusdem Breviarii. Sacra etiam Congregatio in Decreto . 30. Augusti. 1687. edito , consultò declaravit : licere prædictis Monialibus S. Claræ , & Tertiæ Ordinis uti Breviario vel Patrum Conventionalium , vel Patrum Observantium.

Personæ etiam Tertiæ Statûs , seu Tertiæ Ordinis prædicti (quæ , quatenus vivendi formam , ac Regulam à S. Sede approbatam operâ nostrâ suscipiunt : quo ad ejusdem Regulæ observantiam directioni nostri Ordinis ex Apostolico Præscripto legitimè sub sunt : eodem poterunt uti Breviario , quia præter superius adductum Decretum à S. Congregatione die 7. Aug. 1694. editum , id patiter præscribunt Rubrica Num. 1. 2. 3. 4. &c. 21. & num. 22. approbatæ , in Bulla III. apud Auctorem Directorii trium Ordinum citata ; in qua sub Cap. 4. Regulæ hujus Tertiæ Statûs sic adegit sancitum.) Fratres literati , seu Beatae literatae [ si voluerint ] persolvant Divinum Officium , ut Fratres primi Statûs , hujus Sacri Ordinis ; cùm ex Decreto Sac. Rit. Congreg. die 8. Septembr. 1602. emanato , qui sunt de gremio Ecclesiæ , debeant recitare Officium , quod in illius Choro dicitur ; & aliunde , cùm Fratres re ipsa de gremio illius Ecclesiæ censeantur , cuius Choro , sive ut Hospites , sive ut Mores , sunt obligati.)

CXI. **H**inc tanquam certum tenendum , Ipsos , dum sunt præsentes

etiam ut hospites in aliquo Conventu Ordinis , facere , debere Officium , tam de Festis , quæm de Octavis , sicut fit in Conventu ; quæmvis per ordinem generaliter de iis non fieret. Postquam verò ab illo Conventu recesserint ; ad Officium consuetum redeant ex Rubr. à S. Sede pro Nobis , ac Patribus Dominicanis approbatis. Quantum ad Indulgencias , observari debent literæ Julii II. & Innoc. XI. ex nova declaratione Congregationis , per Sanctissimum Dominum nostrum Innoc. XII. die 27. Julii. 1695. approbatâ. Utì & Constitutio Julii II. Alias. incipiens . 1509. promulgata die quintâ Sept. 1686. à S. Memoriae Innocentio XI. in Brevi: Exponi Nobis. confirmata , & per Sanctissimum D.N. Innocentium XII. novissimè roborata. CXII. **E**XConstitutione Romanus Pontifex; die 23. Maij. 1606. à fel. mem. Paolo V. editâ; personæ utriusque sexus : quibus hujus Breviarii Usus concessus reperitur , si de suorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alienæ , in Cella commorantes : aut ab aliorum , seu aliarum personarum conversatione separatae ; in piorum librorum , & aliarum rerum spiritualium , animum ad devotionem , & spiritum adduentum lectionibus operam dederint ; addendo sâpe considerationes , & meditationes Mysteriorum Fidei Catholicæ , divinorum Beneficiorum , quatuor Novissimorum , Passionis D.N. JESU Christi , & aliorum exercitorum , Orationum jaculatoriarum , aut vocalium , saltem per duas horas in die & nocte Orationibus mentalibus sese exercendo , faciendo eodem tempore Confessionem generalem , aut annualem , vel ordinariam , & Ss. Eucharistiae Sacramentum sumplerint , aut Missam celebraverint , quâlibet vice prædictorum exercitorum plenariam consequi poterunt Indulgenciam.

Quam cum aliis in eadem Constitutione

Q 2

pro

pro Regularibus concessis *Gregorius XV.* in Brevi : *Pias Christi.* die 10. Novenibr. 1622. ad Chordigeros sub his verbis exten- dit. *Eisdem Confratribus, & Consororibus:* quod omnibus, & singulis indulgentiis, ac peccatorum remissionibus, & pœnitentia- rum relaxationibus ( quibus iudicem Fratres, vel Regulares fruuntur, & gaudent) simi- liter *frui & gaudere* concedimus Cujus cum prædictis, & aliis quam plurimis mentio habetur in Summario Indulgientiarum à S. Congregatione Reliquis & Indulgientiis præposita die 14. Januar. 1681. pro iisdem Chordigeris approbato.

*Innocentius XI.* felicis recordationis in Brevi : *Ecclesia Catholica.* die 28. Junii 1686. plura specificè pro Tertio Ordine confirmavit, hoc ibidem expresso Motivo ; nimis : ( ut præfatus de Pœnitentia ve- nerabilis Ordo à S. P. N. FRANCISCO pro Personis utriusque Sexūs, in Sæculo vi- ventibus institutus, & à felicis recordatio- nis *Clemente VII.* ac *Paulo III.* in tres Sta- tus, sub una eadēque Tertiī Ordinis appella- tione , atque eorundem privilegiorum, gratiarum, concessionum, indulgentiarum, & favorum communicatione , ac solum sub diversis Statutis secundūm cujuslibet Statutū exigentiam, divisus, magis indies augeatur; & illi Sancti qui ( ut ab eodem *Paulo III.* in suo Brevi : *Trium Statuum.* incipiente refertur) pro Sanctis dicti Ordinis recensem- tur, sequacibus in Indianum, & torius Or- bis Christiani partibus non careant, ac ut exemplō Personarum sub Regula præfati Ordini viventium, Fidelium mores reformati- tur.

Deinde aliud ibidem tam pro memoratis Tertiariis, quam pro cunctis utriusque Sexūs Regularibus nostri Ordinis Personis Statutum Apostolico robore munivit; quo eis- dem sic suadetur. In Domino suademos; ut Viae Crucis gressus, & devotam illorum gres-

suum meditationem, more solito frequen- tent; atque ante vel post cujuslibet medita- tionis morulam consuetas Ss. Sacramenti Sta- tionis Orationes recitent; ut indulgentias ( qua à S. Sede revocatae non fuerint) mediā hac diligentiarum commutatione, juxta sum- morum Pontificum concessiones securè lu- crati valeant & possint.

Tertiarii utriusque sexūs, intrà vel extra Claustra moram trahentes ( quia tria sub- stantialia vota Religionis non emittunt) frui queunt Indulgentiis relatis in Constitutione : *Dum præexcelsa.* à *Leone X.* die 19. Junii 1515. promulgatā per eundem Pontificem in Brevi : *Dudum.* die 10. Decemb. 1519. ad eosdem extensis; idēque dicendum est de aliis similibus, ex Decreto præmemoratae Congreg. Reliquis, & Indulgentiis præpo- sita; quo declaravit Personas substantialia Religionis Vota non emittentes, sive intrà sive extra claustra degentes, minimè compre- hendi in revocatione generali Indulgientia- rum à *Paulo V.* die 23. Maii. 1606. in Brevi : *Romanus Pontifex* præscriptā : quam De- clarationem per Breve : *Alias.* incipiens, Apostolico robore muniuit fel. mem. *Inno- centius XI.* die 10. Octobris. 1686.

**CXIII.** *P*ro exercitio Orationis mentalis à Seraphico Patre, & Capitulis Ordinis plures commendato sequens adest concessio : *Innocentius Papa XII.* Ad perpe- tuam rei memoriam. Ad ea ( per quæ anima- rum Christi Fidelium salus procuratur) libe- raliter intendimus, & eorundem Christi Fi- delium devotionem ( ut spiritualibus exerci- tiis ferventiū incumbant) cœlestium mune- rum elargitione libenter fovemus, & incita- mus. Itaque de omnipotentis Dei Misericor- dia, ac B. B. Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate confisi, supplicationibus quæque dilecti Filii Francisci Diaz à S. Bonaventura, Ordinis Fratrum Minorum, S. Francisci de

Ob-

Observantia nuncupatorum, Definitoris Generalis, nec non Missionum pro Familia Ultra-Montana dicti Ordinis Procuratoris nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, ac aliis utriusque sexus Personis, Ordinum & Congregationum Obedientiae seu Directioni Ministri Generalis, ejusdem Ordinis, nunc, & pto tempore subjectis, ac etiam Christi Fidelibus, Confratribus, & Confororibus quarumlibet Confraternitatum & Societatum, sive sub Immaculatae Conceptionis B. M. V. sive sub alio quolibet titulo, seu invocatione, tam haec tenus in eorundem Fratrum, & Monialium Ecclesias canonice erectarum, quam imposterum canonice pariter erigendarum, qui per quadrantem horae Orationi mentali vacaverint, pro quilibet vice 100. dies. Qui per duos quadrantes continuatos, vel saltē per quadrantem horae singulis diebus, & per totum mensem dabunt operam, & verè pœnitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense suorum peccatorum omnium indulgentiam, & remissionem (quam per modum Suffragii Animabus Christi-Fidetur, quæ Deo in Charitate conjunctæ, ab hac luce migraverint, applicare possint) Apostolica Authoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus.

Insuper quod Fratres & Moniales ac utriusque sexus Personæ hujusmodi Orationi mentali, sive (ut dicitur) viæ Crucis exercitio, ad quam, seu quod ratione eorum Regulæ, & Constitutionum, quolibet dje tenentur; operam dantes, & prædictas omnes & singulas indulgentias, & Peccatorum remissionses, ac Pœnitentiarum relaxationes propor-

tionaliter lucrari, ac consequi possint & valent, Authoritate, & tenore præfatis indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturs. &c. Non obstantibus quibuscumque. &c. Videantur Rubrica particulares Breviarii Franciscani editi Anno 1710. à num. 177. usque ad finem.

**CXIV.** **P**ro Executione literatum Apostolicarum (quæ præmissa omnia, aliisque nostri Ordinis Privilegia concernunt) adest Bulla Sanctissimi D. Nostri *Innocentii XII.* Archi-Episcopo Valentino actuali Inquisitori Generali, & Nuntio Hispaniaturum directa; in qua reperitur confirmata communicatio Privilegiorum, Indulgentiarum, etiam pleniarum, inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregaciones, Ordines, & Personas utriusque sexus Obedientiae, vel Directioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Min. S. FRANCISCI de Obs. subjectas, etiam cum Communicatione ad Missiones, Loca, & Ecclesias Terræ Sanctæ, & aliarum partium Orientis, existentium extra Jerusalem, & pia Loca viæ Crucis, seu Calvariæ, ad recolendam Christi Passionem, à Personis Tertiariis, seu Ordinibus ad instar Stationum Calvarii Montis erecta. Bulla est data Romæ apud S. Mariam Majorem. Anno Incarnationis Domini 1695. decimo septimo Kalend. Januarii. Vide Rubricas particulares nostri Breviarii à num. 182. usque ad finem. In quibus Rubricis Clauſula Brevium *Innocentii XII.* videri possunt ad extensum. Confirmatur etiam in Brevi *Innocentii XII.* incipiente: *Debitum Pastoraleſ Officii* die 19. Maii. Anno 1694. Quod tam Fratres quam Moniales & Tertiarii utriusque Sexus, etiam suis Domibus morantes, post Ave Maria, ineuntes ante Altare Sanctissimi Sacramenti, & recitantes sex Pater & Ave cum Gloria Patri lucrantur Indulgentias plenarias. Ita invenitur in Calendario Franciscano FF. Reformatorum impresso Romæ, & appro-

Q. 3 bato

bato pro anno 1717. Indulgentia etiam Stationis Sanctissimi Sacramenti confirmata est ab Innocentio XII. in Brevi : *Venerabili Fratri. Sub Anno 1695. 17. Kalend. Januarii Anno Pontificatus sui quinto.*

Quæ omnia confirmantur per Constitutionem Innocentii Pape XII. quæ incipit : *Cum sicut dilectus Filius Bonaventura Boërius.* Quæ est data Romæ apud S. Mariam Majorem 21. Novemb. 1696. Pontificatus sui Anno sexto. Invenitur in Breviario Franciscano post Rubricas part. Subscriptum erat : *Joannes Franciscus Cardinalis Albanus.* Et roborantur per aliam Constitutionem Innocentii Pape XII. incipientem : *Ex debito Pastoralis Officii.* In qua Constitutione confirmantur doctrinæ in Firmamento trium Ordinum contentæ ibidem à *Julio Clemente X.* In Brevi. *Ex commissi nobis 28. August. 1671.* In Brevi ; *Cum sicut. &c. Die 21. Nov. 1696.* Et in Brevi *Exponi Nobis.* Die 30 Decemb. 1697. approbat. Constitutio hæc est data Romæ ad S. Mariam majorem. die 10. Novemb. 1698. Pontificatus Anno octavo.

Subscriptum erat : *Joannes Franciscus Cardinalis Albanus* qui tunc erat Secretarius Brevium; nunc Summus Pontifex sub nomine Clementis XI.

Constitutio hæc invenitur in Conventu Ara-Cælitano in Camera Admodum Rdi Patris Diaz, qui illam procuravit.

## C A P U T XXIV.

De Forma erigendi Confraternitatem Chordigerorum, & modo cingendi Chordâ benedictâ Confratrem vel Confororem.

CXV. Circa latam, & amplam facultatem (quam habet Seraphicus Ordo) erigendi, ac constituendi Confraternitates Chordigerorum, in Ecclesiis ejus-

dem Ordinis, in quibusunque mundi partibus, & locis concessam à *Sixto V.* in Bulla: *Ex suprema. &c. Bullar. Rom. Tom. 2. pag. 385.* declarando Archi-Confraternitatem S. FRANCISCI Assisiensis Fratrum Minorum Conventionalium, in caput omnium Confraternitatum Chordigerorum hujusmodi ubilibet institutarum.

Observandum, quod prædicti Regulares in erigendis Confraternitatibus observare debent formulam instituendi, & communicandi traditam à *Clemente VIII.* tenoris sequentis. *Cum autem ex Concessione felicis recordationis Sixti V. Prædecessoris nostri dilectis Filiis, Ministro Generali & Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, in Ecclesiis eorum Ordinis, in locis videlicet; in quibus Ecclesiaj vel Conventus Fratrum Conventionalium non existerent, hujusmodi Confraternitatem Chordigerorum erigendi, & instituendi facultas impedita fuerit. Nos eisdem Ministro Generali, & Commissario Generali speciale gratiam facere, & Christi - Fidelium spirituali consolationi prospicere volentes: de omnipotentis Dei Misericordia, ac B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate confisi iisdem Ministro Generali, & Commissario Generali, & eorum cuilibet: ut in Ecclesiis eorum Ordinis tantum, ac in locis (in quibus non existunt Conventus, vel Ecclesiae Ord. FF. Min. Conventionalium S. Francisci) Confraternites Chordigerorum S. Francisci utriusque Sexus erigere & instituere, illisque sic erectis & institutis, Indulgentias, & Gratias spirituales, supradictas communicare liberè & licet possint, & valeant; servata tamen formâ in Constitutionibus Sixti IV. & Clementis traditâ, ut in præinserto Brevi pro eisdem Conventionalibus expedito, Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, facultatem, & authoritatem perpetuâ*

però duraturam, concedimus, & imparti-  
mum. Non obstantibus nostrâ, de non con-  
cedendis Indulgentiis, ad instar, ac aliis  
Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-  
cis, ac utriusque Ordinis hujusmodi etiam  
Juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel  
quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis, &  
Consuetudinibus, Privilegiis quôque, In-  
dultis, & Literis Apostolicis, in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, con-  
firmatis, & approbatis, cæterisque quibus-  
cunque. Datum Romæ apud S. Marcum.  
Sub Annulo Pitcatoris Die 25. Septemb.  
1604. Pontificatûs nostri Anno 13io. Vi-  
deri potest & aliud Breve *Clementis VIII.*  
*Quæcumque à Sede Apostolica.* In Theatro  
Regularium, verbo Confraternitas, ad ex-  
tensum fol. 159. pro observanda Forma  
Erectionis.

*Forma pro erigendis Confraternitatibus  
Chordigerorum.*

*F. N. N. Minister, & Commissarius Ge-  
neralis Ordinis FF. Minorum de  
Observantia. &c.*

**R**eligio nostra, cùm inter alia Privelegia  
(quibus à Sancta Sede Apostolica de-  
corata est) facultatem habeat Sæcularium  
Confraternitates sub nomine Chordigeror-  
um erigendi; eisque spirituales Gratias, Pri-  
vilegia, & Indulgencias communicandi, in  
hujusmodi Confraternitatis instituendis,  
& si ad Christi Fidelium Salutem promoven-  
dam expedire animadverterit, liberalem se  
præstare consuevit. Nos igitur, qui genera-  
lem hujus Familiae Ordinis istius curam geri-  
mus, sperantes, fore; ut ex hac spiritualium  
Gratiarum participatione, Christi - Fideles,  
ad devotionem, & pietatem magis exciten-  
tur; Authoritate Nobis à Summis Pontifici-  
bus concessâ Confraternitatem Chordigerou-  
rum in Ecclesia N.

De consensu loci Ordinarii, qui ejusdem  
Confraternitatis Institutum, Pietatem, &  
religionem, literis patentibus Nobis nuper  
exhibitîs examinavit; dummodo tamen alia  
similis in ipso, vel alio ad tria milliaria pro-  
pinquo loco haec tenus erecta non fuerit; per  
præsentes nostras literas erigimus, ac insti-  
tuimus, illisque & pro tempore existentibus  
utriusque Sexûs Confratribus elargimur &  
communicamus Indulgencias, Privilegia, &  
spirituales Gratias singulatim descriptas infe-  
rius, nostræque primariæ Archi-Confrater-  
nitati Chordigerorum nominatim, expreßè  
& præcisè per Breve Sanctissimi D. Nostrî,  
Pauli V. concessas, quod Breve incipit: Nu-  
per Archi-Confraternitati. &c. Et est datum  
Romæ die 11. Martii. 1607. Et habetur in  
Theatro Regularium verbo Confraternitas  
fol. 153. Ibidem habetur & aliud Breve Cle-  
mentis VIII. datum Romæ ad S. Petrum 7.  
Decemb. 1607. Pontificatûs Anno 13. & in-  
cipit: *Quæcumque.*

Ex quo manifestè patet quòd Prælati Or-  
dinis Min. de Obs. tantum (inter quos connu-  
merantur Guardiani, & Praesidentes) pos-  
sint recipere volentes aggregari hujusmodi  
Confraternitati Chordigerorum, servatis  
servandis; cùm cæteris Prælatis extra Ordinem  
non sit concessa hujusmodi facultas à S. Sede  
Apostolica. Imò *Sixtus V.* Archi-Confrater-  
nitatis Chordigerorum Institutio in Ecclesia  
S. Francisci Assisiensis in Bullâ: *Divine Cha-  
ritatis altitudo.* Anno 1587. editâ expreßè  
declaravit, Chordam debere esse cinctam,  
& fusceptam à Superioribus. *Lezana tom. 2.  
99. Reg. de Confratribus C. 15. N. 63. & 64.*

Post reformationem autem *Clementis VIII.* quia in dies oriebantur controverxiæ,  
inter Ordinarios locorum, Regularésque,  
non exequentes prædictam *Clementis VIII.*  
præscriptionem formæ instituendi Confrater-  
nitates, *Paulus felicis recordationis Papa V.*  
com-

commisit hoc negotium Congregationi deputatæ Indulgentiarum; quæ, ipso annuen- & confirmante, transmisit resolutionem, seu Decretum Archi-Episcopo Bononiensi, cum onere certiorandi Episcopos suæ Provinciae, pro sedandis tot controversiis exortis. Nihilominus quia sæpe litigia repullulant ex defectu cognitionis hujusmodi Decreti, non inutile duxi illud (maxime quia in ipso declaratur: quod Indulgentiae concessæ visitantibus Ecclesiis Regularium in eorum Festivitatibus non intelligentur revocatae per revocationem à Paulo V. factam hic ex Italico in latinum transferre.)

Declaratio, & Decretum Sacrae Congregationis Indulgentiarum, super Bullâ *Clementis VIII.* per literas Cardinalis Arigone scriptas Archi-Episcopo Bononiensi expositum.

*Reverendissime Domine.*

**R**esolverunt mei Domini Congregationis Indulgentiarum Præfecti, cum Authoritate & particuliari Mandato Sua Sanctitatis, tollere aliquas difficultates occurrentes in executione Bullæ felicis memoriae *Clementis VIII.* factæ circa aggregationes Confraternitatum, & pariter declarare aliqua Puncta concernentia talium Confraternitatum erectionem olim factam à Superioribus Regularibus. Propterea declarant, quod Ordinarius loci debeat esse contentus; quando Superiores Regulares (quibus concessa est facultas nova à S. Sede instituendi Confraternitatem Sæcularium, secundum formam Constitutionis *Clementis VIII.*) confirmant Confraternitatem jam erectam; quamvis confirmatione sine consensu Ordinarii loci talem Confraternitatem, quæ jam erat ab illis antecedenter canonice erecta, antequam publica-

retur Constitutio ista Clementina, in Ecclesiis propriis istorum Regularium, ubi ad minus degunt de Familia ordinariè 12. Regulares. Non obstante, quod in dicta Clementina fiat expressa mentio consensus Ordinarii.

Declarat autem S. Congregatio; quod in instituenda nova Confraternitate, sive in Ecclesiis Regularium, sive Sæcularium, semper necessarius sit assensus Ordinarii Loci, cuiuscunque etiam Religionis fuerint. In Ecclesiis autem non Regularium etiama ad confirmationem Confraternitatis jam erectæ volunt Eminentissimi Domini accedere debere consensum expressum Ordinarii, & etiam pro Ecclesiis Regularium (si ibi non morentur 12. de Familia) necessarium erit testimoniū Ordinarii ejusdem Loci,

Permittit similiter S. Congregatio, quod iidem Superiores Regulares possint confirmare Confraternitates antiquas, & instituire novas; licet non adsit distantia ista locorum (uti sunt Confraternitates) à *Clemente VIII.* præscripta; debet tamen ad hoc præter alia requisita concurrere consensus Ordinarii loci in Scriptis obtentus, quo priùs non obtento Regulares Superiores in hac distantia non poterunt dispensare.

Permitit similiter S. Congregatio, quod si in Ecclesiis Regularium inveniantur plures Confraternitates antiquitus canonice erectæ; à Superioribus Regularibus poterunt confirmari. Item si in eadem civitate, vel terrâ reperiuntur plures Confraternitates, eiusdem nominis, erectæ à Superioribus Regularibus, possunt confirmari ab iisdem Superioribus.

Verum ad instituendam novam Confraternitatem vult S. Congregatio; ut una sola in Ecclesia (intellige ejusdem Instituti & Generis) possit institui, excepta Confraternitate Sanctissimi Sacramenti, cuius institutionem non tantum concedit, sed desiderat esse

*est erētam in omni Loco Sacra Congregatio. (Quod est ampliandum ad illam Doctrinæ Christianæ juxta literas circulares Innocentii XI. Episcopis directas 22. Junii. 1686. Vide Officiale Curie quo ad Confraternitas.)*

**CXVI.** *T*quia multi dubitant; an in revocatione Indulgentiarum olim concessatum Personis religiosis censeantur etiam revocatae Indulgentiae concessæ Ecclesiis Regularium, & visitantibus illas, omnimodi resolvit S. Congregatio: hanc revocationem nullatenus extendendam ad Indulgentias concessas Ecclesiis Regularium; cum Revocatio aperte tangat solum gratias concessas Personis Regularibus. Romæ 27. Sept. 1607.

*P. Cardinalis Arigone Prefectus,  
Dominicus Maria Peregrinus  
Secretarius.*

**CXVII.** *D*Emum circa Sepulturam Chordigerorum utriusque Sexus, S. Congregatio Episcoporum & Regularium, in Controversia Seno-Galliae. Die 22. Nov. 1580. sic observari mandavit: quod (ubi adest Sepultura communis pro Chordigeris in Ecclesia Fratrum Minorum, ubi est erēta Confraternitas) sepeliantur in ea; ubi vero non est talis Sepultura; moderentur, sicut cæteri Sæculares, & sepeliantur in Parochiali Ecclesia: si non sibi elegerint aliunde Sepulturam. In Registro S. Cong. Episcop. & Reg. fol. 1. Videatur Theatrum Regularium verbo: Confraternitates.

*Modus cingendi Chordâ Personam qua  
cupit aggregari huic Archi-Con-  
fraternitati. &c.*

**CXVIII.** *S*i qua Persona perat adscribi Archi-Confraternitati Chordæ; Superior moneat talem, ut primò confiteat Vinea Seraphica.

tur, & communicet; & ut isto die (quo sancto Francisci funiculo cincta fuerit) luctetur Indulgentiam plenariam, dicatque tali Admissæ ad Confraternitatem; quod omni die oret devotè quinque Pater, & Ave Maria; ad honorem quinque Vulnerum Christi, impressorum corpori vivo S. Patriarchæ FRANCISCI. Non ex obligatione: sed ex pietate & devotione; dñeque notitiam primatarum Indulgentiarum, & Gratiarum concessarum Adscriptis huic Confraternitati. Adscriptumque vel Adscriptam libro inscribat.

### Benedictio Chordæ.

**CXIX.** *A*djutorium nostrum in nomine Domini.  
*Resp.* Qui fecit cælum & terram.  
*Vers.* Dominus vobiscum.  
*Resp.* Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

**O**mnipotens & misericors Deus: qui Filium tuum vinculis humanitatis nostræ præcinctum, etiam in Passione (ut nos à peccatorum nexibus solveret) funibus ad columnam ligari voluisti, quique B. P. N FRANCISCUM famulum tuum eisdem ornare dignatus es; oramus immensam clementiam tuam: ingenti Benedictione hanc Chordam benedicere & sanctificare digneris: ut quicunque eā cinctus (cincta) fuerit; per Passionem Filii tui, & Seraphici Francisci intercessionem, à peccatorum suorum laqueis liberetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Aperget Chordam aquâ benedictâ; &  
quando cingit Chorda Confratrem, vel Con-  
fessorrem. dicat. &c.*

Accipe Chordam super lumbos tuos; ut sint lumbi tui præcincti in signum Castitatis, & Temperantiae. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

R

*Modus*

## MODUS

*Servandi Processionem menstruam quæ singulis mensibus relinquitur dispositioni Superiorum localium.*

*MODUS SEU FORMULA  
Ad induendum puerum, vel puellam pro aliquo Voto.*

**CXX.** **A** Djutorium nostrum in nomine  
¶ Domini.  
¶ Qui fecit cælum & terram.  
¶ Domine exaudi orationem meam.  
¶ Et clamor meus, &c.  
¶ Dominus vobis cum.  
¶ Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

**D**omine JESU Christe, qui pro nostra salute suscipiens humānam naturam te vestimento carnis induere dignatus es; Benedictione sancta tua benedicta dic ista parvula vestimenta: quæ pro gratiis tibi exsolvendis, cum omni devotione, sanctoque Voto, ac veneratione Beatissimæ V. Mariæ; infans iste [puella ista] super se suscepturus (susceptura est) infunde in eum [eam] quæsumus: tuam sanctam Benedictionem: ut cum primùm induerit hoc Religioni simile vestimentum; intercedente B. FRANCISCO, descendat super eum (eam) gratia tua, & protegat illum (illam) ab omni malo mentis, & corporis. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre. &c. Amen.

*Cum vero exuit eum suis vestibus, dicat:*  
**E**Ripiat Dominus de corde tuo sœculi pompas; quibus abrenunciasti, dum Baptismum suscepisti.

## PSALMUS.

**E**ripi me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Eripi me de inimicis meis Deus meus: Et ab insurgentibus in me libera me.

Eripi me de operantibus iniquitatem: Et de viris sanguinum salva me.

Gloria Patri & Filio. &c.

*Postea induat eum cappâ, & Scapulari.  
Et antequam cingat, dicat:*

**I**Mmittat in te Dominus Zonam Justitiae; Ut immaculatus conserves omnia Mandata sua. *Psalmus: Laudate Dominum in Sanctis ejus. &c.*

*Deinde dedit ei candelam accensam, & dicat:*  
¶ Domine exaudi orationem meam.  
¶ Et clamor meus ad te veniat.  
¶ Dominus vobis cum. &c.

## OREMUS.

**D**omine JESU Christe, lux vera, de vero lumine: quæsumus clementiam tuam; ut per intercessionem Beatissimi FRANCISCI mentem parvuli hujus illumines: ut cum ad annos discretionis advenerit; sancto tibi animo, corporaque deserviat. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Postea benedicat Puerum, offerendo eum super Altare dicendo:*

**C**onfirma Deus in Puer [Puella] quod in eo (ea) operari fecisti, à templo sancto tuo: deducat eum (eam) Spiritus tuus bonus in terram rectam, & Benedictio tua sit super eum [eam] semper. Amen.

*Deinde reddat eum Parentibus; & conversus ad circumstantes dicat:*

**B**enedicat vos divina Majestas, Pater † & Filius † & Spiritus Sanctus. † Amen.

*Ad exuendum Puerum post annum.*

**CXXI.** **A** Djutorium nostrum. &c.  
¶ Domus vobis cum. &c.

**ORE**

## OREMUS.

**D**omine sancte Pater omnipotens æterne Deus: à quo descendit omne bonum, & omne donum; tibi gratias referimus, & exulta vota reddimus: suscipe vota nostra cum actionibus gratiarum, & intercedente Beatâ MARIA Virgine sanctoque FRANCISCO huic infanti (puellæ) de cetero præsta Salutem mentis & corporis: ut te Creatorem rectâ Fide colat, in te Redemptore Spem suam confirmet, tæque suum Bonum super omnia diligit, atque fanatis Mandatis tuis semper obediatur. Per Dominum nostrum. &c.

*Deinde Habitum exuendo dicat:*

**R**eddite Vota vestra Deo, cum actibus suis. *Psalmus.* Laudate Dominum omnes Gentes; laudate eum omnes populi. &c.  
*Deinde deponat Habitum super Altare; & dicat:*

- ¶. Domine exaudi orationem meam.
- ¶. Et clamor meus ad te veniat.
- ¶. Dominus vobiscum.
- ¶. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

**S**uscipe sancte Pater omnipotens æterne Deus: vota, precésque supplicum, & per intercessionem Beatissimæ Virginis MARIAE sanctique Patris nostri FRANCISCI præsta nobis ita beneficia tua cognoscere; ut in gratiarum actione semper maneamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c. Amen.

*Postea benedicit Circumstantes.*

## C A P U T XXV.

De Indulgentiis concessis Fratribus, & Sororibus Tertiis Ordinis directè, & specificè, etiam in propriis domibus viventibus.

CXXII. **D**uodecim Indulgientiae amplif. Primo. **S**ame concessæ à Paulu V. in

Bulla: *Romanus Pontifex, relatâ C. 4. n. 10.* de Indulgentiis concessis Fratribus Minoribus & Monialibus *Gregorius XV.* in Bulla: *Injunctioni Nobis.* extendit 3<sup>to</sup> Nonas Junii. 1621. ad Tertiarios S. Francisci.

**S**ecundo. *Paulus V.* specificè in Bulla: *Cum certas. &c.* datâ Romæ ad S. Petrum die 11. Martii. 1607. Pontificatus sui Anno 2<sup>do</sup> (quæ Bulla adest Romæ impressa in Archivio Conventus S. Francisci trans Tyberim) concessit sequentes Indulgientias Tertiariis directè & specificè.

**P**rimò. Die, quo recipiunt Habitum, vel Chordam benedictam à Superiore Ordinis in memoriam S. FRANCISCI; si contriti, & confessi, Eucharistiam sumplerint; Indulgientiam plenariam lucrantur.

**S**ecundo. Eodem modo in Festo Primario Ordinis lucrantur Indulgientiam plenariam.

**T**ertiò. In articulo mortis invocato nomine JESU; plenariam.

**Q**uarto. Qui assistunt, & sequuntur processionem Chordæ, omni mense fieri solitam; lucrantur Indulgientiam 3. Annorum, & totidem Quadragenarum. Si autem confessi communicaverint, plenariam.

**Q**uinto. Qui confessi, & sancta Communione refecti, visitaverint Ecclesias Fratrum Minorum in Festis S. Francisci, S. Antonii de Padua, S. Ludovici, S. Bernardini, S. Bonaventuræ, S. Claræ iulantur Indulgientias septem annorum, & totidem Quadragenarum; præter Indulgientias plenarias à Sexto V. concessas.

**S**exto. Qui assistunt Officio B. M. Virginis, dum legitur in Oratorio; lucrantur Indulgientias 100. dierum.

**S**eptimo. Qui sequuntur sanctissimum Sacramentum, dum portatur ad infirmos; lucrantur Indulgientias quinque annorum, & totidem Quadragenarum.

**O**ctavo. Qui comitantur Sepulturam

R. 2

Mor-

Mortuorum , dant eleemosynam Pauperi, conciliant pacem inter inimicos , toties , quoties pro quolibet istorum operum ; impetrant Indulgencias centum dierum.

*Nono.* Conceditur ; quod Fratres prædicti , & Sorores possint has gratias spirituales consequi , & illas applicare animabus in Purgatorio per modum Suffragii. Invenitur apud Audam de Lantosca fol. 86. in idiomate Italicu.

## C A P U T XXVI.

### De Indulgentiis concessis Chordigeris expressè & specificè.

*Paulus V. ad perpetuam rei memoriam.*

CXXIII. **N**uper Archi-Confraternitati Chordigerorum , in Ecclesia Domûs Fratrum S. Francisci Assisiens. Ordinis Minorum Conventualium , canonice errectæ & illius Confratribus certas Indulgencias & gratias spirituales concessimus ; per nostras in forma Brevis literas , hujus tenoris , videlicet : *Cum certas unicuique Confraternitati Indulgencias & gratias spirituales [quibus imposterum fruantur] duxerimus præscribendas ; idcirco omnes & singulas Indulgencias , & Peccatorum remissiones , ac Pœnitentiarum relaxations , Archi-Confraternitati Chordigerorum , in Ecclesia Domûs Fratrum S. Francisci Assisiens. Ordinis Minorum Conventualium canonice errectæ , & illius Fratribus hactenus , per quoscunque Romanos Pontifices , Prædecessores nostros , concessas revocantes , & nulliantes , ac nullius roboris & momenti post hac datas præsentium fore declarantes , de omnipotentis Dei Misericordia , ac B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate confisi.*

I. Omnibus utriusque sexûs Christi-Fide-

libus : qui in memoriam ejusdem S. Francisci Chordam benedictam , ab ejusdem Ordinis Superioribus suscipientes , prædictam Archi-Confraternitatem de cætero ingredientur ; die primâ eorum ingressus : si verè pœnitentes , & confessi , sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpserint ; plenariam.

Ac tam ipsis pro tempore describendis , quam jam descriptis in dicta Archi-Confraternitate Confratribus , & Consororibus , etiam verè pœnitentibus & confessis , ac sacrâ Communione refectis ; qui prædictæ Archi-Confraternitatis Ecclesiam , seu Oratorium in Festo principalí ejusdem Archi-Confraternitatis , à primis Vesperis usque ad Occasum Solis , ejusdem Festi singulis annis devotè visitaverint , & ibi pro Principum Christianorum concordia , hærelum extirpatione , & S. Matris Ecclesiæ exaltatione , piis ad Deum Preces effuderint ; etiam plenariam.

In mortis quòque articulo ejusdem Confratribus & Consororibus , qui pœnitentes & confessi , ac sacrâ Communione refecti ; vel quatenus id facere nequierint , saltem verè pœnitentes Nomen IESU ore , si potuerint , sín autem ; corde devotè invocavent : plenariam similiter omnium Peccatorum suorum indulgentiam , & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Nec non ipsis Confratribus & Consororibus qui prædictæ Archi-Confraternitatis Processioni singulis mensibus fieri solitæ interfuerint : tres annos , & totidem Quadragesas ; & si fuerint confessi , ac sacrâ Communione refecti , ibique pias ad Deum Preces fuerint ; etiam Plenariam.

Qui verò Officio Beatae Mariae Virginis ab ejusdem Archi-Confraternitatis Confratribus pro tempore celebrando & recitando , aut cuivis alteri Officio pariter interfuerint ; centum dies,

insti-

Insuper eisdem : qui sanctissimum Sacramentum (quando ad infirmos defertur) comitati fuerint ; quinque annos & totidem Quadragenias.

Qui verò pœnitentes & confessi , ac sacra Communione refecti , aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci , S. Antonii de Padua , S. Bonaventuræ , S. Ludovici Episcopi , S. Bernardini , S. Claræ , ac S. Didaci Festivitatibus , singulis annis visitaverint , & oraverint , ut præfertur ; quo die Festivitatum hujusmodi id egerint : septem annos , & totidem Quadragenias.

Quoties verò corpora defunctorum , tam Confratrum , quam aliorum ad Sepulturam comitati fuerint , aut alicui pauperi personæ in ejus necessitatibus subvenerint , aut pacem inter inimicos composuerint : toties pro quolibet prædictorum operum centum dies de injunctis eis , seu aliâs quomodolibet debitis Pœnitentiis , in forma Ecclesiæ consueta relaxamus .

Insuper eisdem Confratribus & Consorribus , ut supradictas Indulgencias & gratias spirituales consequi ; & illas animabus Defunctorum per modum Suffragii applicare possint , per præsentes concedimus , & indulgemus . &c. Datum Romæ apud S. Marcum die 25. Septemb. 1607. Pontificatus nostri anno tertio. Habetur in Theat. Reg. V. Confraternitas.

Indulgentia , & Absolutio plenaria , concessa à diversis summis Pontificibus , pro Chordigeris in mortis articulo ; ob quam solam nullus meritò Christianus deberet omittere assumptionem Habitûs , vel saltem Chordæ S. Francisci .

### FORMULA ABSOLUTIONIS.

Quæ datur Chordigeris in articulo mortis.

*Facta Confessione , & dictis : misereatur &c. Indulgentiam . &c.*

Dicatur :

CXXIV. **D**ominus noster JESUS Christus , per Merita quæ sanctissimæ Passionis te absolvat , & gratiam suam tibi infundat. Et ego Authoritate ipsius ac B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus , & summorum Pontificum , mihi in hac parte commissa , & tibi concessa ; absolvó te ab omni vinculo Excommunicationis majoris , vel minoris , & Interdicti (si quod incurristi ) & restituo te unitati & communioni Fidelium , & sanctis Sacrementis Ecclesiæ. Item eadem Authoritate absolvó te ab omnibus peccatis tuis , quibus contra Deum fragilitate humanâ , vel malitiâ deliquisti ; tibique relaxo omnes pœnas Purgatorii , quas pro peccatis tuis commissis meruisti , concedens tibi remissionem , & indulgentiam plenariam omnium peccatorum ; & cunctorum , de quibus etiam non recordaris , aut oblitus fuisti , in quantum claves Ecclesiæ se extendunt , & restituo te illi innocentia , in qua eras , quando baptizatus fuisti. In nomine Patris . &c. Passio . &c. Quod si hâc vice non discesseris ? reservo tibi hanc gratiam usque ad extremum mortis tuae Articulum.

### FORMULA

Pro Sacerdotibus & aliis Fratribus Regularibus.

*Mutatis mutandis.*

*Facta Confessione , & dictis : misereatur &c. & Indulgentiam . &c.*

*Dicatur:*

CXXV. **D**ominus noster JESUS Christus , per merita suæ sanctissimæ

R 3

tissimæ Passionis te absolvat , & gratiam suam tibi infundat. Et ego Authoritate ipsius & BB. Apostolorum Petri & Pauli, & summorum Pontificum, mibi in hac parte commissâ, & tibi concessâ, absolvó te ab omni vinculo Excommunicationis majoris , vel minoris, Suspensionis & Interdicti ; & dispenso tecum in omni irregularitate , si quam contraxisti ; & restituo te unioni , & participationi Fidelium , nec non sanctis Sacramentis Ecclesiae. Eâdem Authoritate absolvó te ab omni transgressione Votorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, Generalium, Provincia- lium, Custodialium, Localium, & Synodalium quorumcunque. Eâdem Authoritate absolvó te ab omni divino Officio male perfoluto ; ab Horis indebet transpositis vel omis- sis. Item eâdem Authoritate ego absolvó te ab omnibus peccatis tuis , quibus contra Deum fragilitate humana , ignorantia , vel malitia deliquisti ; concedens tibi remissionem , & Indulgientiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum , & cunctorum , de quibus etiam non recordaris , aut oblitus fuisti , in quantum claves Ecclesiae se extendunt. Item eâdem Authoritate absolvó te à pœnis Purgatorii , quas pro peccatis commissis , & delictis in hoc mundo perpetratis , meruisti ; restituendo te illi innocentiae , in qua eras , quando baptizatus fuisti. In nomine Patris. &c. Passio. &c. Quod si hâc vice non discesseris : reservo tibi hanc gratiam usque ad extre- num mortis tuae articulum.

Plures etiam adhuc sunt Indulgientiae , quas lucrari possunt FF. Minores , Moniales , & Tertiarii cum ipsis communicantes.

CXXVI. *Clemens VIII. Bullâ : De omnium salute. &c.* quæ est octava in Bullario Roderiquez fol. 528. concessit Indulgientiam plenariam Fratribus Minoribus , & eorum Parentibus, Fratribus,

& Benefactoribus Fratres Minores hospitan- tibus ; si pro iis Sacerdotes ex Ordine Mino- rum legant Missam. Item , si Sacerdos Regularis legat Missam in Conventu , in quo moritur unus suorum Confratrum , animam ipsius liberat.

*Innocentius VIII.* concessit Moniali- bus & Fratribus , quod animam libe- rent ; si comunicent pro animabus suorum Parentum, Fratrum, Sororum, Confratrum, & Consororum ; item si recitent pro iis Of- ficium Defunctorum. Idem concessit *Leo X.* prout habetur libro : *Monumenta Ordinum de Privilegiis & Indulgentiis.*

*Alexander VII.* concessit Indulgientiam plenariam per agentibus Exercitio spiritualia per officidum Regularibus, Monilibus, nec non aliis , qui ea servant in Monasteriis Reli- giosorum. *Apud Vivam in Appendice Indulg.* fol. 88. §. 2.

*Innocentius XI. & XII.* concesserunt Indul- gentiam plenariam tribus Ordinibus S. Fran- cisci, Chordigeris, & cum his communican- tibus : quo-unque die recitant Coronam septem Gaudiorum B. Virginis M. Item quo-unque die orant 6. Pater noster & Ave Maria cum Gloria Patri. &c. ante Sanctissi- mum Sacramentum ; ut dictum est in fine. C. 22. n. 109. Sequitur Caput de amplissi- mis Indulgentiis Stationum intra & extra Urbem.

## C A P U T XXVII.

De Indulgentiis Stationum conten- tarum in Missali Romano , quæ sunt concessæ tribus Ordinibus S. FRAN- CISCI , & Chordigeris nunquam revocatae ; sed usque nunc subsistentes & certò indubitate in suo robore , usu, praxi, & vigore.

XXVI I. *Q*uo ad Indulgencias Statio- num Urbis, oportet scire ; quod

quod aliae sint Stationes quotidianae, ut illae septem Ecclesiarum principalium, quibus incumbere valet quisque fidelis qualibet anni die. Ceterum de his non loquuntur Pontifices, nisi quando in concessionibus nomen exprimunt Stationum quotidianarum, seu visitationis Ecclesiarum quarumlibet, intra vel extra moenia Urbis coexistentium: tunc tamen, quamvis visitantibus dictas septem Ecclesias plures Indulgencie plenariae a diversis summis Pontificibus sunt concessae, visitans eas, vel illud opus faciens, cui dictarum Ecclesiarum Indulgencie sunt communicatae, unam tamen poterit tantum proficere lucrari indulgentiam plenariam; supradicta vero expressione in Indulento deficiente solum veniunt intelligenda illae Stationes, quae in Missali Romano recensentur, ut appareat ex clausula Decreti sacre Congregationis Indulgenciarum, Tenoris qui sequitur: (Indulgencias vero Stationum Urbis) quae a Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio vel communicatae sunt, vel communicabuntur: interdum aliquibus locis, Ordinibus aut Personis, diebus tantum Stationum, in Missali Romano descriptis, suffragari posse declarat: semel autem duntur taxat in die plenariam Indulgenciam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus, lucrifieri. De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctissimum cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolate servari jussit. Datum Romae die 7. Martii. 1678.

*Aloysius Cardinalis Homodeus.  
Loco + Sigilli.*

*Michaël Angelus Riccius. Secretarius.*

**E**x supradictis autem ultimis praefatæ Clauses verbis non licet inferre, quod pro qualibet die Stationum Missalis Romani sit concessa una Indulgencia plenaria; nam licet legerim omnia ferè Summaria Indulgen-

tiarum Stationum prædictarum (dicit P. Diaz in *Decret. 3. Ord. fol. 133.*) quæ his ultimis lustris, typis Romæ sunt data: non invenio, quod semper sit concessa Indulgencia plenaria, sed tantum plurimum Annorum & Quadragenarum. V. G. Stationibus Feriæ V. & VI. post Cineres, Feriæ IV. prima Hebdomada Quadragesimæ, Dominicæ secundæ & Feriarum III. IV. & VI. ejusdem. Feriarum V. VI. & Sabbati Dominicæ tertiae. Et Feriarum II. III. V. VI. Dominicæ quartæ nec non Dominicæ quintæ, & quatuor Feriarum sequentium, & Feriæ IV. ac VI. post Resurrectionem: Feriæque III. post Pentecosten, & Sabbati Quatuor Temporum Septembribus; non sunt tamen oblivioni dandæ dictæ Stationes, quia maximè, exstant pro illis, annorum dierum, & partium, peccatorum remissiones, & privilegia pro defunctis in *Decret. 3. Ordinum fol. 133.* Etenim Escobar. Tract. 7. Exam. 5. n. 55. & nonnulli putant, quotidie in aliquibus illarum Ecclesiarum haberi plenarias, & in aliis 4000. annorum. & 1500. Quadragenarum Indulgencias.

**CXXVIII.** Stationum originem refert Tertullianus L. 6. C. 28. ex Tertulliano C. 29. Apostoli enim saepe persecutionis tempore, & Christiani noctu conveniebant in Basilicis Martyrum, ad Laudes Deo deferrendas, & negotia Religionis pertractanda; deinde remittente persecutionis æstu Fideles in continuandis Stationibus erant desides; quæ de causâ Gregorius Magnus plurimas Indulgencias concessit invisentibus ea loca, quæ Stationes dicuntur.

Indulgencias autem Stationum tribus Ordinibus FF. Minorum concessas esse a diversis Pontificibus, certum est, fuerintque semper in usu, & praxi, & quidem diversi modi eas lucrandi præscripti sunt a Pio II. ut si septem Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis dice-

dicerent, visitando Loca in Ecclesiis, vel Claustris à Superioribus deputata. Bulla habetur in Monumentis Ordinum parte 1. fol.

258. incipit : *Digna ex auditione vota.* Idem *Pius II.* confirmavit prædictam concessionem declarando ; quod Fratres Laici dicere possint loco 7. Psalmorum certum numerum Pater noster, secundum discretionem suorum Prelatorum ; & circa hoc fuit determinatum per Generalem, qui tunc temporis erat, ut quilibet Frater Laicus diceret pro hujusmodi Indulgentiis 20. *Pater noster & totidem Ave Maria.*

CXXIX. *Sixtus IV.* autem concessit omnes Indulgencias Stationum Romæ, recitantibus quinque *Pater noster*, & *Ave Maria*, cum *Gloria Patri*, pro tribus Ordinibus S. Francisci ; & extendit ad omnes Fratres exeentes, & Servitrices Monialium, Confessores earundem, socios, servitices Monialium, eentes pro quæstu, & Tertiarios ; ut illas Indulgencias lucrari possint eo modo ubi Ecclesiæ adire nequeunt, ac si Romæ Loca Stationum personaliter visitarent.

Idem *Sixtus IV.* in Bulla : *Generalis aurea. Ec. omnes & singulas gratias, concessiones, remissiones peccatorum, Indulgencias, imunitates, exemptiones, privilegia, & Indulta spiritualia, & temporalia qualiacunque sint; Ecclesiis, Oratoriis, ac Domibus Fratrum Minorum concessa à suis Prædecessoribus, & à se ipso, & quandounque concessa confirmat, ad privilegia Bullata elevat, & roborat, & pro Fratribus, & Sororibus trium Ordinum etiam utriusque sexus personis, de Pœnitentia nuncupatis, extendit; quæ omnia, ac si nominatum exprimerentur, voluit haberi pro expressis, conjunctim vel divisim, in genere vel in communi concessa eorundem Fratrum Minorum Ordinibus, Domibus, Ecclesiis, Oratoriis S. Claræ, & Tertiis Ordinis de Pœnitentia;*

tia ; eadem privilegia censeantur concessa, quæ imposterum Ecclesiis Fratrum Minorum corundemque Ordini concedentur, si solummodo eorum Statui non contradicant ; emanavitque hæc concessio ex Motu proprio, non obstantibus quibuscumque Apostolicis revocationibus vel restrictionibus ante hac emanatis, & imposterum emanaturis ; nisi de verbo ad verbum illis specificè derogaretur per Successores. Habetur Bulla per extensum parte 1. *Monumentorum Tractatu 1. fol.* 150. data Romæ ad S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1479. septimo Kalendas Augusti, Pontificatus *Sixti IV.* Anno octavo. Incipit : *Sacri Prædicatorum & Minorum Ordines.* In hac Bulla, qua vocatur *aurea Generalis* : Indulgencies, Privilegia, concessa Fratribus Minoribus, communicantur Monasteriis Clarissarum, earumque Loci & Domibus, nec non Ecclesiis Tertiiorum, Tertiariis, Procuratoribus, Syndicis tam quo ad concessa, quam concedenda ; Monialibus quidem cum clausula ; quatenus earum Sexui & Statui non contradicant, sine ulla differentia ac si isdem Monasteriis, locis, Personis, Abbatissis, Syndicis, Procuratoribus, oblatis ac conversis Sororum, ac Monialium, ac personis utriusque sexus de Pœnitentia hujusmodi nominatum concessa forent, ac concederentur expresse.

*Leo X.* in Bullâ directâ Monasteriis & Conventibus quibuscumque S. Claræ, quæ invenitur in Bullario Apostolico Emanuelis Roderici fol. 315. concedit Monialibus specificè Indulgencias Stationum Portiunculæ. Bulla incipit : *Cum sicut Ec. & Clausula est tenoris sequentis [Quantum verò attinet ad participationem] in Gratiis, & Indulgentiis, cum Fratribus Minoribus, sub quorum Regimine vivitis: simili declaratione decernimus tanto magis vobis esse concessas, quanto minor vobis datur occasio exeundi. Quo Por-*

*Et ut Indulgentias S. Mariæ de Angelis, sive Portiunculæ, & de quinque Pater noster & Ave Maria cum Gloria Patri coram Altari recitandis, pro stationibus Urbis, quæ Fratribus dicuntur concessæ, ad vos extendamus; erga Psalmos Pœnitentiales, vel quinque Orationes Dominicæ cum Gloria Patri. Datum Romæ ad S. Petrum. Sub Annulo Piscatoris. Die 29. Martii. 1515.]*

*Innocentius XI.* confirmavit Breve piæ memoriae *Gregorii XV.* quod incipit: *Alias Eccl. & per illud conceduntur Indulgentiae concessæ à Sixto V. Sixtus V.* autem in Brevi *Superna Dispositionis.* concedit tribus Ordinibus & Chordigeris, Indulgentias Confraternitatis Confallonis B. M. V. Vide Directoriū tñm Ordinum fol. 8. Tenorem Bullæ datae Romæ ad S. Petrum anno 1585. Kalend. Octobr. Pontif. Sixti V. anno primo. Indulgentiae autem Stationum sunt concessæ Confratribus Confallonis. Vide infra Caput. De Archi-Confraternitate B.M.V. dicta Confalonis. Eisdem quoque Indulgentias Stationum indulxit *Innocentius Papa XII.* ut patebit ex Capite sequente. His præsuppositis enumero Indulgentias Stationum.

*Indulgentiae Stationum in Missali Romano specificatarum.*

CXXX. **D**ominicâ primâ Adventûs. statio ad S. Mariam Virg. sunt 158. mille ac 790. Anni, & 285. dies Indulgientiarum.

Dominicâ secundâ Adventûs. statio ad S. Crucem in Jerusalem 158. mille ac 64. Anni, & 45. dies Indulgenter.

Dominicâ tertîâ Adventûs. statio ad S. Petrum 158. mille ac 168. Anni & 285. dies.

Feriâ 4tâ Quatuor Temporum. statio ad S. Mariam Majorem 158. mille ac 790. anni, & 285. dies.

*Vinea Seraphica.*

Feriâ 6tâ. statio ad sanctos duodecim Apostolos. 158. mille ac 790. anni & 285. dies.

Sabbato Quatuor Temporum. statio ad S. Petrum. 158. mille ac 968. anni & 285. dies.

Dominicâ 4tâ Adventûs. statio ad sanctos duodecim Apostolos. 158. mille & 968. anni & 285. dies.

In Vigilia Nativitatis Domini. statio ad S. Mariam Majorem 159. mille ac 890. anni & 285. dies.

Ad primam Missam in Natali Domini. statio ad S. Mariam Majorem ad Præsepe 159. mille & 790. anni & 285. dies.

Ad secundam Missam in Aurora. statio ad S. Anastasiam. 158. mille ac 790. anni, & 285. dies.

Ad tertiam Missam in Nativitate Domini. statio ad S. Mariam Majorem. 159. mille ac 790. anni & 285. dies;

In Festo S. Stephani: statio ad S. Stephani in Monte Cælio 154. mille ac 991. anni & 250. dies.

In festo S. Joannis: statio ad S. Mariam Majorem. 159. mille ac 790. anni & 285. dies, & liberatio unius animæ è purgatorio.

In festo sanctorum Innocentium: statio ad S. Petrum. 155. mille ac 291. anni & 250. dies.

In Circumcisione Domini: statio ad S. Mariam trans Tyberim. 154. mille ac 983. anni & 285. dies.

In Epiphania Domini: statio ad S. Petrum. 158. mille ac 968. anni & 285. dies.

Dominicâ Septuagesimæ: statio ad sanctum Laurentium extra muros. 158. mille & 968. anni & 285. dies. Item liberatio unius animæ ex purgatorio.

Dominicâ Sexagesimæ: statio ad sanctum Paulum. 155. mille ac 290. anni & 200. dies,

S

Dom-

Dominicā Quinquagesimæ : statio ad sanctum Petrum 158. mille ac 968. anni & 285. dies.

Feriā 4. Cinerum : statio ad sanctam Sabinam 3. millia annorum de Indulgentia, & remissio plenaria peccatorum cum solitis privilegiis.

Feriā 5. statio ad sanctum Gregorium 10. mille anni Indulgentiarum.

Feriā 6. statio ad Ss. Joannem & Pau-  
lum 10. mille anni Indulg.

Sabbato : statio ad sanctum Tryphonem in sancto Augustino 10. mille anni Indulgentiarum.

Dominicā 1. Quadragesimæ ; statio ad sanctum Joannem in Laterano 18. mille anni Indulg. & Remissio omnium peccatorum cum liberatione unius animæ ex Purgatorio.

Feriā 2. statio ad sanctum Petrum ad Vincula 10. mille anni Indulg. cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Feriā 3. statio ad sanctam Anastasiam 28. mille anni & totidem Quarantenæ Indulgent. cum liberatione unius animæ ex Purgatorio.

Feriā 4. statio ad sanctam Mariam Majorem 28. mille annorum Indulg. & remissio tertiae partis peccatorum.

Feriā 5. statio ad sanctum Laurentium in Paneperna mille anni Indulgentiarum, cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Feriā 6. statio ad sanctos 12. Apostolos 12. mille anni Indulg. & plenaria remissio omnium peccatorum.

Sabbato statio ad sanctum Petrum 18. mille anni & totidem Quarantenæ Indulgiantum, cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Dominicā 2. Quadragesimæ : statio ad sanctam Mariam Majorem 18. mille anni & totidem Quarantenæ Indulg.

Feriā 2. statio ad sanctum Clementem. Indulg. plenaria.

Feriā 3. statio ad sanctam Balbinam. 10. mille anni Indulg.

Feriā 4. statio ad sanctam Cæciliam 10. mille anni Indulg.

Feriā 5. statio ad sanctam Mariam trans Tyberim 25. mille anni Indulg.

Feria 6. statio ad sanctum Vitalem 10. mille anni Indulg.

Sabbato : statio ad Ss. Marcellinum & Petrum 10. mille anni Indulg. cum remissione omnium peccatorum, & liberatione unius animæ ex purgatorio.

Dominica 3. statio ad sanctum Laurentium extra muros 19. mille anni Indulgentiarum, & 43. quarantenæ cum liberatione unius animæ ex purgatorio.

Feria 2. statio ad sanctum Marcum 10. mille anni Indulgentiarum, cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Feria 3. statio ad sanctam Pudentianam 10. mille anni Indulg. cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Feria 4. statio ad sanctum Xystum 10. mille anni Indulg. cum plenaria remissione omnium peccatorum.

Feria 5. statio ad Ss. Cosmam & Damianum 10. mille anni Indulg.

Feria 6. statio ad sanctum Laurentium in Lucina 10. mille anni Indulg.

Sabbato : statio ad Susannam 13. mille anni Indulg.

Dominica 4. statio ad sanctam Crucem in Jerusalem, Indulgentia plenaria & Remissio omnium peccatorum, cum liberatione unius animæ ex purgatorio.

Feriā 2. Statio ad Ss. 4. Coronatos. 10. mille anni Indulg.

Feriā 3. Statio ad S. Laurentium in Damafo. 10. mille anni Indulg. cum remissione tertiae partis peccatorum.

Feria

Feria 4. Statio ad S. Paulum 10. mille anni Indulgentiarum, eum plenaria remissione omnium Peccatorum : & qualisunque persona [si visitaverit dictam Ecclesiam] singulis Dominicis totius anni acquirit Indulg. tantas quantas & quales lucraretur, si visitasset S. Sepulchrum Christi, vel Ecclesiam S. Jacobi Compostellæ.

Feria 5. Statio ad Ss. Silvestrum & Martinum, 10. mille anni Indulg.

Feria 6. Statio ad S. Eusebium, 10. mille anni indulgentiarum.

Sabbato statio ad S. Nicolaum in Carcere: Indulg. plenaria, & remissio omnium Peccatorum.

Dominica de Passione. Statio ad S. Petrum 20. mille anni & totidem quarantæ, & Remissio tertiae partis Peccatorum.

Feria 2. Statio ad S. Chrysogonum, 10. mille anni Indulg.

Feria 3. Statio ad S. Cyriacum, 10. mille anni Indulg.

Feria 4. Statio ad S. Marcellum, 10. mille anni Indulg.

Feria 5. Statio ad S. Apollinarem, 10. mille anni Indulg.

Feria 6. Statio ad S. Stephanum in Monte Cælio: Liberatio unius Animæ ex purgatorio.

Sabbato. Statio ad S. Joannem ante Portam Latinam, 13. mille anni Indulg. & Liberatio animæ ex purgatorio.

Dominica in Palmis: Statio ad S. Joannem in Laterano, 25. mille anni Indulg. & totidem Quarantæ; cum plenaria remissione omnium Peccatorum, & liberatione Animæ ex Purgatorio.

Feria 2. Statio ad S. Praxedem, 15. mille anni Indulg. cum Remissionem omnium peccatorum, & ab hac die usque ad Feriam 2. Paschatis Indulgentia plenaria.

Feria 3. Statio ad S. Priscam, 18. mille anni Indulg. cum remissione omnium Peccatorum.

Feria 4. statio ad S. Mariam Majorem, 28. mille anni Indulg. cum remissione omnium Peccatorum.

Feria 5. in Cœna Domini: statio ad S. Joannem in Laterano, 11. mille anni Indulgentiarum & 38. Quarantenæ Indulg. & remissio omnium peccatorum, cum liberazione Animæ ex Purgatorio.

Feria 6. in Parasceve. statio ad S. Crucem in Jerusalem Indulg. plenaria.

Sabbato Sancto: statio ad S. Joannem in Laterano 11. mille anni & 45. Quarantæ, cum remissione omnium Peccatorum, & liberatione unius Animæ ex Purgatorio.

Dominica Resurrectionis: statio ad S. Mariam Majorem, 28. mille anni, & totidem quarantæ; cum plenaria remissione omnium peccatorum & liberatione animæ ex Purgatorio.

Feria 2. statio ad S. Petrum, 28. mille anni Indulgentiarum cum remissione omnium Peccatorum.

Feria 3. Statio ad S. Paulum 20. mille anni, 28. Quarantenæ cum plenaria remissione omnium Peccatorum.

Feria 4. Statio ad S. Laurentium extra muros, 28. mille anni & totidem Quarantæ cum remissione tertiae partis Peccatorum.

Feria 5. Statio ad Ss. 12. Apostolorum, 25. mille anni Indulg. cum remissione omnium peccatorum.

Feria 6. Statio ad S. Mariam ad Martyres [vulgo Rotonda], 15. mille anni Indulg.

Sabbato in Albis: statio ad S. Joannem in Laterano, 15. mille anni Indulg. cum remissione omnium peccatorum, & liberatione unius Animæ ex Purgatorio.

Dominicæ in Albis: statio ad S. Pancratium, 15. mille anni Indulg. cum remissione omnium peccatorum.

In Litiis majoribus, in Festa S. Marci: statio ad S. Petrum. Et in minoribus ante

*Ascensionem: Feria 2. Rogationum: statio ad S. Mariam Majorem. Feria 3. statio ad S. Joan.in Laterano. Feria 4. statio ad S.Petrum. 156. mille ac 555. anni & 100. dies Indulg.*

*Dominicā Pentecostes. statio ad S.Petrum 158. mille ac 968. anni, & 285. dies.*

*Feria 2. statio ad S. Petrum ad Vin- cula. 158. mille ac 968. anni & 285. dies.*

*Feria 3. statio ad S. Anastasiam. 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.*

*Feria 4. Quatuor Temporum Pentecostes. statio ad S. Mariam Majorem. 159. mille ac 790. anni & 285. dies.*

*Feria 5. statio ad S. Laurentium extra muros. 158. mille ac 968. anni & 285. dies; Item liberatio unius animæ ex purgatorio.*

*Feria 6. Quatuor temporum Pentecostes. statio ad Ss. 12. Apostolorum 158. mille ac 968. anni, & 285. dies.*

*Sabbato quatuor Temporum Pentecostes: statio ad S.Petrum. 159. mille ac 890. anni & 285. dies.*

*Feria quarta quatuor temporum Septembris: statio ad S. Mariam Majorem 159. mille ac 890. anni, & 285. dies.*

*Feria 6. quatuor Temporum Septembribus: statio ad S. 12. Apostolorum. 158. mille, ac 968. anni & 285. dies.*

*Sabbato quatuor Temporum Septembribus: statio ad S. Petrum. 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies. Item liberatio unius Animaæ ex purgatorio.*

Ultra prædictas Indulgencias stationum sunt adhuc multæ aliae, de novo concessæ à diversis Pontificibus in Ecclesiis, ab ipsis factis, seu reædificatis. Sed sufficiant illæ, quas hic descriptæ ex Compendio Privilegiorum, edito Venetiis. Anno Domini 1531. sapientis & circumspecti & religiosissimi Patris Alphonsi de Casarrubios Hispani Prov. S. Jacobi à tribus Patribus reviso, & approbato ad Mandatum Reverendissimi

Domini Archi-Episcopi Hispalensis Inquisitoris Generalis Hispanæ ac Siciliæ, & ex Patre Angelo Auda de Lantosca Prædicatore & Lectore Min. Observ. Provinciae Romanæ, cuius libellus est impressus Romæ, & Mediolani 1665. approbatus à Reverendissimo Magistro sacri Palatii.

## C A P U T XXVIII.

De Indulgentiis Stationum, & Indulgentiis concessis intrâ & extra Urbem, seu Romam; tribus Ordinibus Seraphici Patris FRANCISCI, & etiam Tertiariis in Saeculo degentibus, Chordigeris, aliisque cum iis communicantibus.

## CXXXI. F Amosissima est illa concessio, &

Innumerus gratiarum, & Indulgientiarum cumulus; quem concessit felicis recordationis Papa Leo X. 3io Febr. 1517. omnibus tribus Ordinibus Seraphici Patris S. Francisci, quod quilibet dicens devotè in quacunque horâ vel diei vel noctis, in quocunque loco, scilicet Choro, Ecclesia, Oratorio, Claustro, vel Cella s. Pater noster & Ave Maria cum totidem Gloria Patri & unum pro Papa lucretur Indulgencias & remissiones peccatorum concessas Stationibus & Ecclesiis Urbis Romæ, & extra Romanam, & Indulgencias concessas Ecclesiæ Porriunculæ, & Ecclesiæ sanctæ Hierosolymitanæ, & S. Jacobi in Galicia seu Compostellæ; quales sunt maximæ, & quasi innumerabiles. Sicut constat ex Compendio Privilegiorum Mendicantium Casarrubii V. Indulgencia Stationum. Quo ad Fratres §. 15. Et in nova Collect. Bullarii Roderiquez pag. 318. n. 24. Et Lantosca fol. 105. Et Dominicus Viva in Appendice Indulg. fol. 86. Bene autem notandum, quod Privilegium istud

istud lucrandi Indulgencias Stationum non sit revocatum à *Paulo V.* in revocatione generali Indulgenciarum concessarum Personis Regularibus. Siquidem sunt concessæ directè Ecclesiis Religiosorum trium Ordinum Franciscanorum, modo, quo lucrantur Sæculares Indulgencias, si visitent Ecclesias, ubi sunt Stationes; adeoque summus Pontifex dispensavit solummodo in modo lucrandi Indulgencias, nempe: quod sine visitatione Ecclesiastarum (ubi sunt stationes) quas alioquin (sicut Romæ Sæculares practicant, adire solent) illas easdem Indulgencias acquirere possint, ubicunque terrarum existentes, orando, ut supra. Ita *invenerit in Auda de Lantosca* fol. 106. Parterque notandum impeditos undecunque, ne possint Ecclesiam adire ad recitandas Preces injunctas, posse illas ubilibet recitare. Ita in Compendio Privilegiorum. Verbo Indulgencia. §. 2. & in Summario Privilegiorum *S. Justinae* apud Dominicum Vivam. in Appendix Indulg. §. 1. & in Directorio trium Ordinum, fol. 9. in Bulla *Greg. XV.* quæ incipit: *Pias Christi. &c.* vide supra Cap. 20. n. 85. Quales Indulgencias etiam applicare possunt defunctis prout concessit *Leo X.* 31 Februar. 1517. & concessit *Sixtus V.* in Bulla: *Divina Charitatis.* 7. Maii. 1586. CXXXII. **O** Bjicies. Famosa illa Indulgenzia *Leonis X.* vetustissima traditione ad nos deivata & amplissima, est merum vivæ vocis oraculum & revocatum ab *Urbano VIII.* de restitutione autem nihil certi constat, & quidquid dicant Authores, non esse per *Urbano VIII.* revocatas Indulgencias vivâ voce concessas, quia non veniunt nomine generalium Privilegiorum; hæ tamen sunt meræ conjecturæ: revocationem enim tam Indulgenciarum, quam oraculorum vivæ vocis scimus certissimè ex veris, & in dubiis fundamentis; inten-

tionem verò revocandi, vel rei revocatae restitucionem pro certo non habemus; nullum enim certum, & exploratum fundamentum adducitur. Hinc Auctorum circa hæc dissidia & contentiones.

**Respondeo.** Verum est: quod circa hanc amplissimam concessionem Bulla expressa, vel Breve non inveniatur, & ordinariè recurrendo ad fontes non inveniuntur diplomata, quæ ab Authoribus citantur; nihilominus sciendum, quod in Bullariis etiam non inveniantur saepissimè singula Pontificum Brevia, sed innumeræ omissa sint à Collectoribus, quæ tamen sparsum in aliis libris inveniuntur, saepissimè etiam authentizata; sicuti omnia in Directorio 3. Ordinum A. R. P. Diaz Brevia & statuta authentizata sunt; & quamvis *Gregorius XV.* & *Urbanus VIII.* revocaverit omnia vive vocis oracula, non tamen revocavit *Indulgencias.* Et ita tenuerunt Revisores Romani in Resolutione datâ ad Provinciam Colonensem 12. Septembr. 1694. Quorum ratio fuit 1mō, quia Cardinalis Lugo testatus est ex relatione multorum fide dignorum, *Urbanum VIII.* post revocationem ultimam à se factam declarâsse, non fuisse suam intentionem revocare Indulgencias vivæ vocis oraculo datas. 2dō, quia in revocatione non fit expressa mentio de Indulgenciis; quæ cùm sint maximum Privilegium; sicuti non censentur concessæ nomine aliarum gratiarum, ita nec censeri debent sublatæ per generalia nomina, nisi de illis expressa fiat mentio. 3tiō, quia Indulgencias nulli præjudicant, neque earum usus vergit in detrimentum Ecclesiastice disciplinæ, cuius observatio fuit finis, & scopus Pontificum; uti exprimitur in Bullis revocatoriis. vid. *Lacroix L. 6. P. 2. de Sacrificio Missæ* fol. 248. Imò post illam revocationem Indulgenciarum factam à *Paulo V. Gregorio XV.* & *Urbano VIII.* hunc ipsum Indulgenciarum cumulum

## VINEA SERAPHICA

142

iterum concessum esse ab ipso Urbano VIII. Si coram sanctissimo Sacramento illa Orationes recitentur, tenet Dominicus Viva in Appendice Indulg. §. 3. pro certo citans Hieronymum Roderiquez in compendio Resolut. R. 47. Quintana. in Appendice Tratt. 4. D. 2. N. 7. Antonium à Spiritu Sancto N. 22. & P. Antonium Natalem in cœlestibus Auri-Fodinis, c. 9. Unde Indulgentia isthac, Stationis Sanctissimi Sacramenti nomenclaturam accipit. Superaddit P. Viva has Indulgentias iterum concessas esse à Paulo V. 25. Junii. 1608. imò Leonem X. concessisse Fratribus de Monte Serrato has Indulgentias, quas confirmavit Clemens X. & per consequens Regulares Mendicantes communicationem habere. Sed magis certa & turissima redditur hæc Indulgentia stationis Ss. Sacramenti, quia est renovata ad instantiam A. R. P. Diaz de Observantia adhuc viventis & degentis Romæ in Ara Cæli, sub Innocentio XI. per expressum Apostolicum Breve, quod incipit: *Exponi Nobis fecit dilectus filius Frater Franciscus &c.* & est datum Romæ 15. Maii. 1688. Pontificatus sui Anno 12. pro tribus Ordinibus S. Francisci, unde circa dubium est, quod hæc Indulgentia à Fratribus Minoribus, Monialibus S. Claræ, & Tertiariis obtineri possint. Vide suprà n. 80. Cap. 19. Breve Proœmiale Innocentianum, ubi Indulgentiae stationis sanctissimi Sacramenti confirmantur.

Item in Brevi Alexandri VII. 28. Julii. 1657. (quod confirmavit idem Innocentius XI.) habentur hæc formalia: *In Domino suademos, ut consuetas sanctissimi Sacramenti Stationis Orationes recitent, quatenus Indulgentias hæc mediante diligentia à Summis Pontificibus concessas securè lucrari queant.* Vide Clausulam Brevis hujus Cap. 19. videntur sunt quòque aliæ literæ Leonis X. Dum

præcessa &c. incipientes de die 19. Junii. 1515, confirmatæ ab Innocentio XI.

Et demum sufficere debet omni prudenti Theologo Statutum post Pauli V. & Urbani VIII. revocationes & extinctiones latum & ab Innocentio XII. in suo Brevi: *Debitum 19. Maii. 1694.* his verbis exaratum: *Et quia Indulgentia stationis Sanctissimi Sacramenti revocata non sunt, ipsius recitatio quotidiana omnibus tam Fratribus quam Montalibus & Tertiariis sacularibus enixè commendatur.* Eodem modo habetur in Brevi: *Venerabili Fratri, sub anno 1695. 17. Kalendas Januarii anno Pontificatus sui quinto.* Quæ Brevia cùm sint multis annis post Decretum Innocentii XI. de Indulgentiis apocryphis relatum à P. Claudio Lacroix L. 6. P. 2. de Indulgentiis fol. 783. editum Romæ die 7. Martii. 1678. reddunt indubitatam hanc Indulgentiam, quæ continet Indulgentias Portiunculæ, Jerusalem, & Compostellæ; quæ juxta concessiones anti-  
quas Julii III. & Leonis X. requirebant; ut quis sex Pater & Ave cum Gloria Patri diceret ante sanctissimum Sacramentum ad intentionem Domini Papæ. Quare ut tres dicti Ordines S. Francisci, & cum iis communicantes, majori cum consolatione spirituali possint hunc grandem Thesaurum acquirere; judicavi hæc de mense in mensem Indulgentias Urbis subjungere, ut illas cum majore spiritu fervore, sibi & saepe etiam Benefactöribus vivis, & mortuis applicent, formando intentionem, consequendo etiam alias Indulgentias Portiunculæ, S. Jacobi de Gallia & Hierusalem, quales per extensum brevitas gratiâ non  
refero.

Pri-

*Primariae Indulgencie concessæ Ecclesiis,  
intrâ, & extra Urbem, desumptæ ex  
Angelo Auda de Lantosca &  
Casarrubio.*

**JANUARIUS.**

**CXXXIII.** **P**rimo die mensis Januar. in Festo Circumcisionis D. N. JESU Christi : ad S. Mariam trans Tyberim concessa est Indulgencie 24. mille annorum. Et ad S. Mariam Majorem &c in Ara Cæli, & ad S. Marcum, & ad S. Joannem in Laterano, Ecclesiam Orbis & Urbis Matrem : Indulgencie plenaria omnium peccatorum per totam Octavam.

6to die Epiphaniæ : ad S. Petrum. 18. mille anni Indulg. cum totidem Quarantenis, & remissio omnium peccatorum per totam Octavam. Item ad S. Spiritum in Saffia : anni mille Indulgenciarum & ad sanctam Mariam Majorem Indulgencie plenaria.

Dominicâ ante Festum S. Antonii Abbatis : in Ecclesia sanctæ Mariæ Virginis de Planctu Indulgencie cum Jubilæo plenario, & remissione omnium culparum & poenarum concessa à Pio IV. suppositâ scilicet confessione, vel verâ contritione.

10mo in Festo S. Pauli primi Eremitæ ad S. Paulum in Ecclesia Montis Trinitatis : Indulgencie plenaria.

13to in Octava Epiphaniæ; ad S. Petrum & ad S. Marcum Indulgencie annorum 18. mille, & simul Indulgencie plenaria.

17mo in Festo S. Antonii Abbatis : ad S. Antonium Indulg. plenaria.

18vo in Festo Cathedræ S. Petri : ad S. Petrum Indulgencie plenaria.

20mo in Festo S. Sebastiani : Indulg. plenaria ad S. Sebastianum.

21mo in Ecclesia S. Agnetis : Indulg. plenaria.

22do in Festo Ss. Vincentii & Anastasii : ad tres Fontes Indulg. plenaria, & amplius ad S. Anastasium; omni die Indulg. mille annorum.

28vo secundo Festo S. Agnetis ; Indulgencie ut die 21mo.

**FEBRUARIUS.**

Primo die Februarii : ad S. Sabinam & S. Clementem, ubi est corpus S. Ignatii Episcopi : Indulgencie plenaria.

2do Purificationis B. M. V. ad S. Mariam Majorem. S. Mariam Angelorum. S. Mariam in Monte. S. Mariam Pacis, S. Mariam Populi. Indulgencie plenaria.

3tio ad S. Blasium in Ecclesiis ejusdem : Indulgencie plenaria.

5to in Ecclesia S. Agathæ : Indulgencie plenaria.

9no in Ecclesia S. Apolloniae S. Ludovici & S. Augustini : Indulgencie plenaria.

22do in Cathedra S. Petri : Indulg. plenaria ad S. Petrum.

33tio S. Matthiæ Apostoli : Indulg. plenaria, ad S. Matthiam ubi corpus ejus requiescit. Et ad S. Mariam Majorem, in qua Ecclesia singulis diebus habentur Indulgencie mille annorum, & tot quarantinarum :

Dominicâ Septuagesimæ: ad S. Laurentium extra muros Romæ Indulg. plenaria.

Dominicâ Sexagesimæ ad S. Paulum. Indulgencie plenaria & ultra annorum centum, & totidem Quadragesimarum.

Dominicâ Quinquagesimæ: ad S. Petrum Indulg. plenaria & 28. mille annorum, & totidem quarantinarum.

**MARTIUS.**

Notandum : quod singulis diebus Veneris in mense Martio sint notabilissimæ Indulgencie ad S. Petrum, & plenarie. Quia in aliquo die Veneris istius Mensis Christus est

mor-

mortuus, quamvis nesciarur, quo die Venetis?

7mo die Martii S. Thomae de Aquino: Indulgencie plenaria ad S. Mariam in Minerva.

12mo S. Gregorii Papæ: ad S. Gregorium & S. Petrum Indulgencie plenaria.

In Festo S. Josephi Indulgencie plenaria ad sanctam Mariam Majorem.

20mo in Festo S. Joachim: Vigilia S. Benedicti Abbatis Indulgencie plenaria ad S. Crucem in Capella, quæ dicitur Hierusalem, cujus Dedicatio est illa die, S. Benedicti Abbatis mille ac 154. anni Indulg. ad S. Petrum & 40. dies.

25to Festo Annunciationis Beatae Mariae Virginis: in Ecclesia Annunciationis, & S. Mariae Majoris, Indulgencie plenaria & ad S. Petrum Indulgencie mille annorum & ab isto die usque ad primum Augusti, 12. mille annorum singulis diebus.

#### APRILIS.

Singulis diebus hujus Mensis, in Ecclesia S. Petri: sunt 10. mille annorum Indulgencie.

2do S. Mariæ Aegyptiacæ: in sua Ecclesia Indulg. plenaria.

3to Ad S. Potentianam & ad sanctum Pancratium: Indulgencie plenaria.

23to Ad sanctum Georgium Indulgencie plenaria.

25to Ad S. Marcum & ad S. Petrum 15. mille anni Indulg. & totidem quarantenaarum Indulgencie; & amplius plenaria. S. Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum: Indulg. plenaria ad S. Mariam in Minerva.

#### MAYUS.

Omni die hujus Mensis ad S. Petrum est indulgentia 12. mille annorum & ad S. Se-

bastianum: Indulgencie plenaria omni Dominicâ hujus Mensis.

1mo, in Festo Ss. Philippi & Jacobi: ad sanctos Apostolos in Ecclesia Conventualium; ubi sunt eorum sancta corpora: Indulg. plenaria & in Ecclesia S. Jacobi, in Augusta apud Hospitale incurabilium: Indulgencie plenaria.

3to Inventio S. Crucis: Indulgencie plenaria ad S. Crucem in Hierusalem, & 186. mille ac 39. anni, & 100. dies Indulg. & ad S. Mariam in Rotunda: Indulgencie plenaria per totam Octavam.

4to S. Monicæ: ad S. Augustinum Indulg. plenaria.

6to S. Joannis ante Portam Latinam: Indulgencie plenaria Liberatiois unius Animæ ex purgatorio. Item ad S. Mariam Majorem & ad S. Joannem in Laterano.

8vo Apparitio S. Michaëlis: Indulgencie plenaria ad S. Mariam Majorem. & ab ista die usque ad Kalendas Augusti sunt quotidie in S. Joanne Laterano: tres Indulg. plenariae.

20mo S. Bernardini à Senis: Indulg. plenaria.

In Festo Ascensionis Domini Nostri IESU Christi ad S. Petrum 28. mille anni Indulg. & Indulg. plenaria per totam Octavam.

In Festo Corporis Christi: Indulg. plenaria ad sanctum Petrum & 159. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

In Vigilia Pentecostes: ad sanctum Joannem in Laterano Indulgencie plenaria, cum Liberatione unius Animæ ex Purgatorio.

In Festo Pentecostes: ad sanctum Petrum. Indulgencie plenaria.

Feriâ 2.dâ Pentecostes: Indulgencie plenaria ad sanctum Petrum ad Vincula.

Feriâ 3.tâ ad sanctam Anastasiam: 18. mille

le Anni, & tertiae partis pœnarum peccatis debitaram.

Die Jovis: ad sanctum Laurentium extra muros. 28. mille Anni Indulgenteriarum, & Remissio tertiae partis pœnarum pro peccatis, & liberatio unius Animæ ex Purgatorio.

Dominicâ sanctissimæ Trinitatis: in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis Indulgencia plenaria.

In Festo Corporis Christi: Indulgencia plenaria per totam Octavam ad sanctum Petrum.

## 7 U N I U S.

**O**mni die hujus Mensis ad sanctum Joannem in Laterano est Indulgencia plenaria. Ad sanctum Petrum omni die hujus Mensis, 12. mille Annorum de Indulgencia.

2dā Dominicâ Mensis Junii: ad sanctam Mariam de Consolatione Indulgencia plenaria.

Die sanctorum Marcellini, Petri, atque Erasmi: mille Anni Indulgenteriarum ad sanctum Petrum.

11mo Junii. S. Barnabæ Apostoli trans Tyberim. Indulgencia plenaria. Ad sanctum Petrum: sexcenti Anni.

Sancti Antonii Confessoris: Indulgencia plenaria ad sanctam Mariam in Ara Cæli.

15to. Sanctorum Viti, Modesti, & Crescentiæ Martyrum: ad sanctum Vitum, & S. Marcellum, Ecclesiam Titularem Cardinalitatem. Indulgencia plenaria: in qua Ecclesia sunt Reliquiæ sancti Viti; ex quibus fit oleum medicinale contra morsus canis rabidi.

24to. In Nativitate sancti Joannis Baptistarum: ad Lateranum Indulgencia plenaria.

In Festo sanctorum Joannis & Pauli: mille Anni Indulgenteriarum ad sanctum Joannem in Laterano.

Sancti Leonis Papæ: mille Anni & totidem Quadragesimæ ad sanctum Petrum.

28vo. In Vigilia Apostolorum Petri & Pauli: mille Anni Indulgencia plenaria ad sanctum Laurentium extra muros Romæ.

li: ad sanctum Petrum Indulgencia plenaria.

29no. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: Indulgencia plenaria per totam Octavam in Amborum Ecclesiis. Item singulis Festis Apostolorum: Indulgencia plenaria ad sanctum Petrum.

## 7 U L I U S.

**O**mni die hujus Mensis ad sanctum Joannem in Laterano Indulgencia plenaria.

2do. In Visitatione S. Mariæ Virg. ad S. Mariam de Populo Indulgencia plenaria. Item ad sanctam Mariam Pacis.

Sancti Bonaventuræ Episcopi & Confessoris: Indulgencia plenaria ad sanctum Petrum, ad Aram Cæli, & ad sanctos Apostolos; ubi est Capella Papalis.

17mo. Ad sanctum Alexium: Indulgencia plenaria, & omni die Anni centum & totidem Quarantæ.

20mo. Sanctæ Margaritæ: plenaria Indulgencia in Ecclesia sua trans Tybetim.

21mo. Sanctæ Praxedis: Indulgencia plenaria.

22do. Sanctæ Mariæ Magdalenæ: Indulgencia plenaria.

25to. Sancti Jacobi Apostoli: Indulgencia plenaria.

26to. Sanctæ Annæ: Indulgencia plenaria ad sanctam Mariam Majorem.

30mo. Sanctorum Abdon & Sennen: ad sanctum Marcum. Indulgencia plenaria.

## A U G U S T U S.

**S**ainte Eusebii, & sancti Petri ad Vincula: Indulgencia plenaria, & per octo dies in Ecclesia sancti Petri ad Vincula.

2do. In Festo Dedicationis sanctæ Mariæ Angelorum (seu Portiunculæ) quæ fuit prima Ecclesia Ordinis Minorum. Indulgencia plenaria ad sanctam Mariam Majorem, & in Ara Cæli.

In Festo Inventionis sancti Stephani: ad sanctum Laurentium extra muros Romæ.

ubi

T

ubi requiescit ejus corpus : Indulgentia plenaria.

4to. Sancti Dominici : in Ecclesia sanctæ Mariæ in Mimeria : Indulgentia plenaria.

5to. Sanctæ Mariæ Majoris ad Nives : Indulgentia plenaria.

6to. In Transfiguratione Domini : Indulgentia plenaria ad S. Joannem in Laterano.

10mo. Sancti Laurentii Martyris : in Ecclesia sua extra muros Romæ Indulgentia plenaria.

12mo. Sanctæ Claræ : Indulgentia plenaria in sua Ecclesia.

15to. In Assumptione B. M. Virginis : ad sanctam Mariam Majorem Indulgentia plenaria, supra Indulgentias quotidianas pro singulis diebus ad Annos 15. mille. Item Indulgentia plenaria ad S. Mariam de Populo.

16to. Sancti Rochi : in sua Ecclesia ad Parvam Ripam Indulgentia plenaria.

Sancti Ludovici Confessoris : Indulgentia plenaria ad Aram Cæli.

22do. In Octava Assumptionis : Indulgentia plenaria ad sanctam Mariam trans Tyberim.

24to. Sancti Bartholomæi : Indulgentia plenaria in sua Ecclesia ad Insulam, ubi requiescit ejus corpus, & per totam Octavam.

28vo. Sancti Augustini Episcopi & Doctoris : in sua Ecclesia Indulgentia plenaria.

29no. Sancti Joannis Decollatio : ad sanctum Joannem in Laterano, & ad sanctum Joannem decollatum Indulgentia plenaria.

#### S E P T E M B E R.

1mo. S. Aegidii : Advocati contra Febrim, S. Indulgentia plenaria ad sanctum Aegidium.

8vo. In Nativitate Beatissimæ Virginis : Indulgentia plenaria ad sanctam Mariam Majorem, & sanctam Mariam de Rotunda, ad sanctam Mariam in Ara Cæli, & de Populo ; & ad alias plures Ecclesias.

10mo. Sancti Nicolai de Tolentino : Indulgentia plenaria.

In Exaltatione S. Crucis : Indulgentia plenaria, & mille 40. Annii, ad sanctam Crucem in Jerusalem.

Die Mercurii Quatuor Temporum : ad sanctam Mariam Majorem. 24. mille Annii & totidem Quarantæ.

Die Veneris : ad sanctos Apostolos. 28. mille Annii Indulgentiarum.

Sabbato : ad sanctum Petrum. 28. mille Annii & totidem Quarantæ.

21mo. Sancti Matthæi Apostoli & Evangelistæ : ad sanctum Matthæum Indulgentia plenaria.

28vo. Sanctorum Cosmæ & Damiani : in Ecclesia propria omni die mille Annii Indulgentiarum.

29no. Sancti Michaëlis Archangeli : Indulgentia plenaria in Ecclesia sua, & ad sanctam Mariam Majorem.

30mo. Sancti Hieronymi : Indulgentia plenaria ad sanctam Mariam Majorem, ubi requiescit corpus ejus.

#### O C T O B E R.

4to. O Ctobris. In Festo Beatisimi Patris nostri FRANCISCI : Indulgentia plenaria ; & per ejus Octavam in Ecclesia ejus trans Tyberim, & ad sanctum Paulum ; & in Ecclesiis Fratrum Minorum.

Sancti Lucæ Evangelistæ : Indulgentia plenaria, & mille Annii ad sanctam Mariam Majorem.

Sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum ad sanctum Petrum, ubi sunt ipsorum corpora, Indulgentia plenaria.

#### N O V E M B E R.

IN Festo Omnium Sanctorum : Indulgentia plenaria ad sanctam Mariam Rotundam, & per totam Octavam.

2do. In Commemoratione Defunctorum : Indulgentia plenaria, & per octo dies consequen-

VINEA SERAPHICA.

sequentes, ad Ecclesiam sancti Gregorii applicabilis Defunctis.

9no. In Dedicatione Basilicæ Salvatoris ad S. Joannem in Laterano Indulgencia plenaria.

11mo Sancti Martini: in sua Ecclesia Indulgencia plenaria; & ad sanctum Petrum.

19no. Dedicatio Basilicæ Principis Apostolorum: Indulgencia plenaria.

S. inctæ Elisabeth. Filiae Regis Hungariæ: centum Anni Indulgenciarum ad sanctam Crucem.

21mo. Præsentatio Beatissimæ Virginis: Indulgencia plenaria ad sanctam Mariam Majorem.

22do. S. Ceciliae: in Ecclesia sua Indulgencia plenaria.

23to. Sancti Clementis Papæ & Martyris: in Ecclesia ejus Indulgencia plenaria, & ad sanctum Petrum.

25to. S. Catharinæ Virginis & Martyris: mille Anni ad sanctam Mariam Majorem.

30mo. Sancti Andreæ Apostoli: Jubileum plenarium concessum à Julio III. ad sanctam Catharinam de Furno, & ad sanctum Andream extra Portam Populi. Indulgencia plenaria.

D E C E M B E R.

Primâ Dominicâ Adventûs: ad sanctam Mariam Majorem, & ad sanctum Petrum Indulgencia plenaria, & 28 mille Anni.

Secundâ Dominicâ: ad sanctam Crucem in Jerusalem, & ad S. Mariam Angelorum. Indulgencia plenaria, & 2. mille Anni.

Dominicâ tertîâ: ad sanctum Petrum, 25. mille Anni, & Indulgencia plenaria.

Dominicâ quartâ: ad sanctos Apostolos, Indulgencia plenaria.

2do Decembris. Sanctæ Bibianæ Virginis & Martyris: Indulgencia plenaria in ejus Ecclesia, & novem mille Anni Indulg.

Sancti Ambrosii: mille Anni, & Indul-

gentia plenaria, ad sanctum Petrum. 147

8vo. In Festo Conceptionis Beatissimæ Virginis: ad sanctam Mariam Majorem, ad sanctam Mariam in Ara Cæli, & alias Ecclesiæ plures Indulgencia plenaria.

Sancti Thomæ Apostoli: Indulgencia plenaria, ad sanctum Paulum.

13to. Sanctæ Luciae: in Ecclesia sua Indulgencia plenaria.

Die Mercurii quatuor Temporum: Indulgencia plenaria ad sanctam Mariam Majorem.

Die Veneris: ad sanctos Apostolos.

Die Sabbati: ad sanctum Petrum.

24to. In Vigilia Nativitatis Domini nostri JESU Christi: Indulgencia plenaria in quilibet trium Missarum, & mille Anni ad sanctam Mariam Majorem, & in Ara Cæli.

26to. In die sancti Stephani: Indulgencia plenaria ad sanctum Laurentium, ubi est corpus ejus. Et ad sanctum Stephanum Rotundum, 28. mille Anni, & totidem Quarantenæ, cum duabus plenariis Indulgentiis.

27mo. In Festo sancti Joannis Evangelistæ: ad sanctam Mariam Majorem, & ad sanctum Joannem in Laterano. 50. millia Annorum Indulgencia, & duæ alteræ Indulgencia plenaria, cum liberatione unius Animæ ex Purgatorio.

28vo. In Festo sanctorum Innocentum: Indulgencia plenaria & 40. Anni, & totidem Quarantenæ, ad sanctum Paulum.

31mo. Sancti Silvestri: Indulgencia plenaria, & 10. millia Annorum ad sanctum Joannem in Laterano.

Omitto plures alias Indulgencias innumeræ, quæ videri possunt in Compendio Privil. circumscripti Patris F. Alphonsi de Casarrubios. Hispani. fol. 121. & apud Angelum Auda de Lantosca, in Libello, de Tertio Ordine, impresso Romæ.

**CXXXIV.** **O** Mitto etiam Indulgentias septem Ecclesiarum Urbis Romæ, quæ tantæ sunt, & tot; ut illas nullus nisi solus Deus sciat; attestantibus idipsum Summis Pontificibus. Ut proinde Diva Birgitta Libro 2. Revel. C. 105. dixerit: In hac Urbe, Roma, majores sunt Indulgentiæ, quam homines credere possunt, quas Sancti Dei glorioso suo sanguine, & precibus à Filio suo impetrare meruerunt.

**CXXXV.** **Q** Uamvis etiam in Decreto Innocentiano de apocryphis Indulgentiis declaratum sit per hæc Formalia: *Semel autem duntaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.* Sciendum tamen, & bene observandum: Indulgentiam non plenariam posse sèpius eodem die obtineri, & etiam bis; immò pro 3. 4. & pluribus Defunctis Indulgentia plenaria concessa per modum Suffragii, & etiam aliae Indulgentiæ; quatenus Defunctis applicabiles. Ita declaraverunt Sixtus IV. & Leo X. nam in revocatione Indulgentiarum ( quando expressè non exprimitur, & declaratur) non revocantur Indulgentiæ, seu Suffragia pro Defunctis; nisi earum fiat mentio specialis: idémque dicendum est de Indulgentiis non plenariis; cùm revocatio sit odiota. Vide *Dominicum Viam de Dispens. ad Jubilæum. Q. 6. in fine. Et in Appendice Indulg. §. 1. in fine. Antonium Natalem in suo Purgatorio. Cap. 9.* ubi dicit: Indulgentias plenarias, Romæ variis Ecclesiis concessas, esse quotidie ad minimum octo & triginta; & salsque per modum Suffragii applicabiles pro Defunctis: quas omnes ad unam nominatim recenset: non plenariæ vero sunt innumerabiles, eaque patiter per modum Suffragii applicabiles, & ideo A. R. P. Diaz in Direct. 3. Ordinum pag. 40. allegat Breve Urbani VIII. in Forma quæ incipit:

*Salvatoris. &c. de 18. Januar. 1643. juxta cuius Brevis clausulas imponitur omnibus Personis, Directioni Ministri Generalis de Observantia subjectis: ut frequentationi, ac meditationi gressuum Viæ Crucis (vulgò Calvarii) devote incumbant, Stationemque sanctissimi Sacramenti piè in dicto Exercitio recitent, & medià hâc commutatione diligenterum (Visitationis Locorum Urbis nimirum, & civitatis Hierosolymitanæ) illas Indulgentias lucrari valeant: quæ ibi pro omnibus Fidelibus (qui dicta Loca visitaverint) concessæ, ac non revocatae reperiuntur. Pro quâ devotione Stationis, alia innovatio omnium Indulgentiarum, dictæ Stationi concessarum, adduci potest, quam Innocentius XI. [prout legitur in Statutis Prov. S. Petri de Alcantara Regni Neapolitani, Authoritate ipsiusmet Pontificis dispositis, & approbatis] elargiri dignatus est. Quæ sufficient pro harum Indulgentiarum firmitate.*

**CXXXVI.** **Q** Uod ad Indulgentiam verd Portiunculæ plenariam, concessam à Christo Domino; ad Preces Deiparae, pro omnibus Christi-Fidelibus; qui illam Ecclesiam S. Mariæ Angelorum visita verint, proposito Dubio. an in eodem die bis posset lucrifieri. *Innocentius XII.* qui illam fecit quotidianam, perpetuam, ac plenariam quo super Breve videri potest apud Matthæuccium in Officiali Curia C. 26. responsum est die septimo Julii. 1700. *Servandum esse solium*, adeoque non videtur comprehendendi in revocatione Decreti Innocentiani; quia in illo fit mentio de Indulgentiis plenariis, certis quibusdam diebus affixis, prout sati colligitur ex illis Formalibus Decreti Innocentii XI. *In certos dies. &c.* Nam loquendo de Indulgentiis plenariis: quæ non in certos dies concessæ sunt Ecclesiis; sed in dies singulos, ac per omne tempus; eas toties, quoties opus injunctum peragit, acquiri posse

posse; ex communi Doctorum docet Tamburinus in Decal. Tract. de Bulla Cruciatu. C. 10. §. 3.

## C A P U T XXIX.

Indulgentiae concessae Inscriptis Archi-Confraternitati S. Rosarii Apostolici Patris nostri Dominici Fundatoris Ordinis Prædicatorum & Archi-Confraternitati à S. Bonaventura erectæ.

CXXXVII. **P**rimo. Die (quo inscribuntur) si confessi & communicati; Indulg. lucrantur plenariam.

2do. Omni die: quo quis secum tulerit, vel gesserit palam Rosarium; acquirit Indulgentiam CC. Annorum, & totidem Quadragesimarum.

3to. Quotiescumque aliquis oraverit Rosarium; de die lucratur Indulgentias trecentorum Annorum, & ultra.

4to. Qui in Festis B. Virginis confessus, & contritus, oraverit Rosarium; & communicaverit in templo Rosarii: acquirit Indulg. plenariam.

5to. Qui interfuerit in Templo ad Salve Regina: lucratur Indulg. 40. dierum.

6to. Qui de Confraternitate Rosarii fecerit quodecumque opus pium; meretur centum dies Indulg.

7mo. In mortis Articulo: habent Indulg. plenariam.

8vo. Qui in Festis B. M. Virginis interfuerint Processioni Rosarii; possunt acquirere Indulg. plenariam.

Præsentes apud Processiones menstruas habent Indulg. septem annorum, & totidem quadragesimarum; immo etiam plenariam: si consueverint orare Rosarium.

9no. Qui in Festis B. Virginis visitaverint altare Ss. Rosarii, & ibi oraverint quinques quinque Pater & Ave Maria, acquirunt Indulgentiam plenariam. Et illi, qui nequeunt esse præsentes in templo, lucrantur eandem Indulgentiam plenariam; dummodo orent Rosarium cum voto visitandi Ecclesiam, si possent.

10mo. Quicunque de Confraternitate conrat legi Missam de Rosario, pro Defuncto in Fraternitate Rosarii; is liberat animam è Purgatorio.

11mo. Quocunque die aliquis oraverit Rosarium pro defunctis ex Confraternitate; unam animam liberat ex Purgatorio.

12mo. Lucrari possunt Indulgentias Stationum Urbis Romæ; si visitando Ecclesiam Rosarii, vel Confraternitatis orent quinques Pater & Ave Maria.

De his & aliis Indulgentiis vide fusiùs tractantem *Joannem de Carthagena, celebrimum Theologum ex Ordine Minorum de Observantia. Lib. 16. Homiliâ 6. in Feste sanctissimi Rosarii. fol. miki 175.*

De Indulgentiis Coronæ decem Benplacitorum annexis, & Rosariis distribui solitis à Sororibus Annunciatis, vide infrà caput de ordine pacis.

*De Indulgentiis concessis Archi-Confraternitati Confalonis de Urbe erecta à Seraphico nostro Doctore S. Bonaventura, in quibus communicant tres Ordines S. Francisci, & Choridigeri.*

CXXXVIII. **P**ro Archi-Confraternitate [nunc dictâ] Confalonis, olim verò Regulæ Recommendatorum B. M. Virginis nuncupatae; quæ ex ejusdem B. M.

Virginis revelatione S. Bonaventuræ in humanis agenti (ut ex libro Statutorum prædictæ Archi-Confraternitatis constat) facta; anno 1264. instituta, ac erecta est; plura emanarunt à S. Sede spiritualia Privilegia; inter quæ nobis subsequentia Clauſulis litterarum Apostolicarum suprà relatis adjungenda, scitu digna videntur. In Brevi itaque piæ mem. Gregorii XIII. quod incipit: *Pax bonis aeterni &c. & 13. Octob. 1576. emanavit, relatum in Direct. 3. Ordinum fol. mihi 303.* Et inter cetera; pro illius felicis directione, & animarum dilectorum filiorum Societatis Confratrum, nunc & pro tempore existentium salute, eorumque devotionis incremento; & Divini Nominis, ac ejusdem Matris B. M. Virginis honore, & gloriâ, per S. Bonaventuram tunc in humanis agentem, & Ordinis FF. Min. de Obs. nuncupatorum Professorem, piè statuta & ordinata, eisdem Confratribus certa, facilis, commoda & omnibus pervia orandi, & Altissimo preces effundendi ratio, & forma (*Corona*) nuncupata, præscripta fuerit; videlicet, ut ipsi Confratres loco Horarum Canonistarum, viginti quinques Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam cum Versu: *Gloria Patri &c.* in fine Psalmorum recitari solito, nec non septies Orationem Dom. & Salutationem Ang. cum versu: *Requiem eternam &c.* & illius Responsorio recitatent.

Et (paulò infrà) iisdem Confratribus, nunc, & pro tempore existentibus; ut Coronam prædictam (diebus quadragesimalibus, & aliis anni temporibus; quibus in Ecclesiis Urbis, & extra illius muros existentibus Stationes sunt indictæ) recitando, omnes & singulas Indulgencias, peccatorumque remissiones, tam per se, quam per modum Suffragii, pro Confratribus in Christi charitate defunctis, pro quibus eam recita-

verint, consequantur, quas consequentur, si eisdem temporibus, & diebus Ecclesiæ ipsas, pro iisdem Stationibus & Indulgentiis deputatas, personaliter visitarent; & postremò, ut si ipsi Confratres pariter confessi, & contriti singulis secundis Feriis cuiuslibet Mensis, & in die Commemoracionis omnium Fidelium defunctorum Coronam ipsam, cum Verl. & Resp. prædictis Requiem æternam &c. genibus flexis pro eujuscunque Confratris Anima (quæ Deo in Charitate conjuncta ex hac luce migraverit) recitaverint, per hujusmodi recitationem Anima ipsa, eorundem D. N. J. C. & Beatissimæ Virg. Mariæ, ac B. B. Apostolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum Meritis suffragantibus: à Purgatoriis pœnis liberari valeat, eisdem Authoritate, & tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

In alio ejusdem Pontificis Brevi: *Omnipotentis. 26. April. 1579. dato: hæc Clauſula invenitur. Nec non ipsis, & quibusvis aliis, utriusque sexus Christi-Fidelibus, qui Ecclesiam B. Mariæ Majoris (videlicet in ejus Dedicatione) ad Nives nuncupatae, de Ara Cæli verò: in Epiphania Domini; in quibus ipsi Confratres dotem puellis nuptilibus egenis assignare solent. S. Lucia autem, & S. Alberti, ac Annuntiatæ B. Mariæ; nec non Ss. 40. Martyrum, & S. Mariæ Magdalena, ac Ss. Petri & Pauli, & alias Ecclesiæ Confraternitatis hujusmodi; in cuiuslibet earum festivitatibus devotè visitaverint, ibique pias ad Deum preces [prout cuique sua devotio suggesteret] effuderint: annuatim [videlicet pro qualibet Ecclesia, ac pro iis duntaxat; qui pariter verè pœnitentes, & confessi, Ss. Eucharistiae Sacramentum sumplerint] similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem [auctoritate & tenore prædictorum] misericorditer in Domino concedimus.*

In-

In aliis ejusdemmet Pontificis litteris 20. Februar. 1585. promulgatis & incipientibus : *Redemptoris nostri. &c.* habentur sequentia. *Præterea prædictis, ac omnibus aliis, & singulis*, utriusque sexus Christi Fidelibus, qui Orationi 40. Horarum (quandounque ab eadem Confraternitate, & singulis Confraternitatibus illi aggregatis, & pro tempore aggregandis haberi contigerit) verè poenitentes & confessi, ac S. Communione refecti devotè interfuerint; ibique pro S. Matris exaltatione, captivorum in Fide Catholica constantiâ, & hujus Instituti progressu, & augmento, pias ad Deum preces fuderint: plenariam omnium, ac singulorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer etiam in Domino elargimur.

Apud litteras fel. rec. *Sixti V. Cum benigna. 12. Kal. April. 1585.* publicatas, haec legitur Clausula. Ut autem tam ipsius Archi-Confraternitatis, illaque aggregatarum, & pro tempore aggregandarum Confraternitatum, utriusque sexus Confratres, nunc & pro tempore existentes, quam alii Christi Fideles, in hujus Instituto alacrius persistant; quò ex hoc dono cælestis gratiæ continxerint, se uberiori esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi: omnibus & singulis Archi-Confraternitatis, & Confraternitatum prædictarum Confratribus, aliisque utriusque sexus Christi Fidelibus, qui Orationi 40. Horarum (quandounque ab eadem Archi-Confraternitate, & singulis Confraternitatibus prædictis haberi contigerit) verè poenitentes & confessi, ac S. Communione refecti devotè interfuerint, ibique pro S. Matris exaltatione, captivorum in fide Catholica constantiâ, & hujus Instituti progressu & augmento, pias ad Deum preces effuderint; bis, in quolibet Anno, plena-

riam omnium, & singulorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur: aliis verò vicibus (quibus hujusmodi Oratio habebitur) 100. Annos. &c.

## CAPUT XXX.

Recensentur Indulgentiæ plenariæ, quas facilè omnes Christi Fideles nancisci poterunt. Et non plenariæ, præcipuæ; ac omnibus obviae, & communes.

CXXXIX. **H** Is [qui Ss. Nomen *FSU*] invocare consueverunt] Indulgentia plenaria pro Articulo mortis conceditur à *Sixto V.* in Bulla: *Reddituri. 11. Jun. 1587.* eaque confirmatur à *Clemente X.* in Bulla: *Commissa Nobis. 8. Maii. 1673.* dummodo pro eodem Articulo reverenter ore, vel si non possint, corde illud invocent. Sicut etiam ab eodem *Clemente* conceditur 25. dierum Indulgentia, quoties Ss. Nomen Jesu vel Mariæ invocatur. Recitantibus vespere ad pulsum campanæ: Angelus Domini. Ecce Ancilla. Verbuni Caro &c. &c. cum 3. Ave &c. *Adrianus VI.* plenariam Indulgentiam largitus est, ut communiter cum *Pelzario. Tr. 10.C. 9. n. 41. Gob. Escob. Rhoderiq. Lezan. Dian. p. 4. Tr. 4. Ref. 24.* Quæ autem ab *Innocentio XI.* declaratur apocrypha, est solùm Indulgentia *Clementi X.* adscripta. Recitantibus manè, meridie, aut vespere Angelus Domini cum Deo gratias & Mariæ....

Habentes numisima cum Indulgentiis ordinariis, quas postremi Pontifices *Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. & Clemens XI.* concessere Coronis, & Medaliis à se benedictis; dummodo semel de hebdomada recitent Coronam Christi Domini

ex

ex 33. Pater & Ave. compactam aut B. Virginis ex 63. Ave. interjectis 7. Pater, aut tertiam Rosarii partem, aut Officium Divinum, vel B. Virginis, vel Defunctorum ; Indulgentiam plenariam consequuntur ; animamque poterunt è Purgatorio eripere , quoties communicant in primariis anni Festis, quæ viginti duo recensentur. Scilicet : *Nativitatis Domini; Epiphanie; Ascensionis; Pentecostes; Ss. Trinitatis; Corporis Domini; Purificationis; Annuntiationis; Assumptionis; Nativitatis B. M. Virginis; Nativitas S. Joannis Bapt. Sicut etiam decem Festa 12. Apostolorum, & Festum omnium Sanctorum. Demum in Articulo mortis invocato Ss. Iesu Nomine, plenariam Indulgentiam obtinebunt.* Habentes numisma Sanctorum canonizatorum à Clemente IX. Clemente X. & Clemente XI. eandem similiter Indulgentiam consequuntur in iisdem Festis , ac præterea in Festo Visitationis, Præsentationis , ac immacul. Conceptionis B. M. Virginis, nec non singulis mensibus semel celebrando , vel Missam audiendo , & communicando in altari, ubi fuerit imago, vel S. Lipsana aliquius ex iisdem Ss. canonizatis , sicut etiam , si in Festo eorundem Communionem sumant, & in pervigilio jejunent.

Qui communicat ( ubi singulis mensibus fit Communio generalis à Pribus Societatis) pariter Ind. plenariam pro Defunctis applicabilem consequitur; duamodo in ea Ecclesia ad mentem Pontificis vocaliter oret. *Urbanus VIII.* illam concessit in Bulla : *Ad augendam. 10. Maii. 1634.* per quindecim annos , & decimo quinto quoque anno renovatur.

Qui Missionibus Patrum Societatis interest, plenariam Indulg. lucratur ; si communicet, ex Concessione Pontificum , quæ singulis Septenniis renovatur. Idem dicas : si quis intersit exercitiis spiritualibus , quoties hæc

vim habent Missionum, quæ legitimâ auctoritate à P.P. Societatis indicuntur ; aliter Indulg. plenaria ab *Alexandro VII.* per agentibus Exercitia spiritualia per octiduum concessâ non obtinetur , nisi ab iis : qui ea peragunt in domibus Societatis, sive etiam in Seminariis , uti literis encyclicis testatus est P. Joannes Paulus Oliva. 26. Febr. 1661. Nec non ab aliis Religiosis aut Monialibus , qui in Pervigiliis communicant, ex concessione ejusdem Pontificis factâ Fratribus Minoribus; apud *Natalem C. 10. n. 80.* In Regnis Monarchiae Hispanicæ subjectis (quicunque die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missam celebrat ) animam liberare potest, ex concessione *Innocentii XI. 30. Septemb. 1679.* & 23. Maji. 1689. plenariæ etiam Indulgencie concessæ sunt omnibus Christi-Fidelibus qui die Commemorationis omnium Fid. Def. à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis, parochiale Ecclesiam visitaverint, eamque applicare possunt per modum Suffragii pro Defunctis ex concessione ejusdem Innocentii; uti habet Directorium Rom. Reformatorum S. Fran. approbatum Romæ pro anno 1717. si ibidem oraverint pro bono Ecclesiæ , & sacra Synaxi refecti fuerint.

Quicunque Sacrum audit, vel celebrat ; trium millium annorum Indulgentiam ex concessione *Innocentii XI.* nec non aliorum octies centum annorum ex concessione *Urbani IV. Martini V. Eugenii IV. & Sixti V.* quorum singuli Indulgentiam centum annorum largeti sunt. Ita *Natalis laudatus C. 13. n. 108.* apud Vivam & ult. in Append. Indulg.

Recitantes 5. Pater & Ave in honorem Passionis Christi Domini & B. M. Virginis Dolorum, nanciscuntur 1000. annorum Indulgentias , ex concessione *Leonis X.* omnibus Fidelibus factâ , ad instantiam Fratrum Minorum. Apud eundem. n. 104.

Qui-

Qui tertiam Rosarii partem recitaverint,  
5. Annorum & totidem Quadragen. Indul-  
gentiam lucrantur, à *Sixto IV.* concessam  
apud *Novar. Miscel.* 1. Recitantibus 15. Pa-  
ter & Ave pro illis qui in mortali degunt,  
conceditur tercia pars remissionis peccato-  
rum ; idque toties : quoties recitabuntur. *Ex*  
*Compend. Privil. Soc. V. Indulg.*

Recitantibus *Ave Maria*. Indulgentia 30.  
dierum conceditur à *Joanne XXII.* ac toti-  
dem aliorum dierum ab *Urbano IV.* Recitanti-  
bus *Salve Regina*. 40. dierum. Caput inclinan-  
tibus ad Ven. Nomina *Iesu* & *Mariae* 20.  
dierum. Caput inclinantibus ad Gloria Pa-  
tri. &c. 30. dierum. Genuflectentibus coram  
Venerabili 200. dierum. Osculantibus S.  
Crucem 40. dierum. ab eod. *Joanne XXII.*  
& unius anni à *Clemente IV.* Sacerdotibus  
ante Sacrum recitantibus : *Ego volo celebrare*  
*Missam*. 50. dierum Indulgentiam concessit  
*Gregorius XIII.* Qui recitant in fine Canon.  
Horarum [ ad quas tenentur ] *Sacrosanctæ*  
& *individua* cum *Pater* & *Ave* remissio-  
nem obtinent culparum in recitatione con-  
tractarum ex humana fragilitate. *Leo X.*

Recitantibus ; *Benedicta sit sancta & im-*  
*maculata Conceptio B. M. Virginis* Indul-  
gentiam 100. annorum concessit *Gregor.*  
*XV.* Anno 1621. Recitantibus *Anima Chri-*  
*sti*. 300. dierum concessit *Ioannes XXII.* apud  
*Lancitium To. 2. pag. 198.* & *Vivam in Ap-*  
*pend. Indulg.* mibi pag. 90. §. ult. Osculantibus  
devotè Habitum Regularem Indulgen-  
tiām 5. Annorum ac totidem Quadrag. conce-  
dit *Ioannes XXIII.* apud *Rhoderiq. P. 2.*  
*Q. 77. Art. 2.* pro osculantibus Habitū FF.  
Prædicat. & Minorum.

Comitantibus S. Viaticum ad Ægrotos de-  
serendum *Innocentius XII.* 1695. concessit  
Indulg. 5. Annorum. & 5. Quadrag. sex au-  
tem, si cum lumine illud præstetur. Si quis  
id præstare nequeat, recitando semel Pater

*Vinea Seraphica*

& Ave 100. dierum Indulgentiam lucra-  
bitur.

Audientes Concionem Regularium Pri-  
legiatorum 15. Annorum Indulg. ex conces-  
sione *Gregorii IX.* apud *Gob. Tract. 4. pag. 28.*  
*C. 28. Ex Comp. Privil. Soci. V. Indulg.* &  
27. quod si diebus Lunæ, Mercurii, & Ve-  
neris, tempore Quadrag. ea in Ecclesiis Re-  
gul. audiatur, 138 Annorum ab *Alexandro*  
& *Nicolao III.* *Innocentio* & *Alexandro IV.*  
*Benedicto XI.* & ex concessione *Pauli III.* &  
*Gregorii XIII.* *Societati JESU*, ut in *Compend.*  
*laudato. §. 24. apud Vivam.* Recitantes verò  
in Ecclesiis Soc. JESU *Pater* & *Ave* &  
Concionem, si adslit, audientes 7. Anno-  
rum. ac totidem Quadrag. Indulgentiam lu-  
crantur ; singulis diebus Dominicis, ac Ve-  
neris, nec non quadragesimalibus. Infinitus  
propemodum forem (ut loquar cum *P. Do-*  
*minico Viva in Append. Indulg. §. ult.*) si omnes  
alias vellem percurrere, cùm constet esse in-  
numeratas, & nos illis deesse, non illas nobis  
Sufficiat has delibasse, utpote magis obvias  
& facili negotio impetrabiles.

Illud hinc opponi posset, si revera tot, tan-  
tisque Indulgentiis uti, ac frui possemus, si-  
mulque vera esset haec tenus tradita Theolo-  
gorum doctrina ; quod scilicet Indulgentiae  
etiam prosint ignorantibus illas, quod effe-  
ctum habeant infallibilem ; quod ad illas con-  
cedendas sufficiat Causa, quæ prudenter à  
Pontifice credatur consentanea, esto de se sit  
incongrua. Sequeretur etiam pertaros in Pur-  
gatorii pœnas detrudendos, nec ibidem diu  
detinendos, cùm tamen historiae ubique con-  
trarium clament ; & ipse etiam Fidelium sen-  
sus obstrepat.

Respondendum tamen cum *Glossa in Cle-*  
*ment. 1. de Reliquiis & Indulg.* & *veneratio-*  
*ne Ss.* pauci ob varios defectus plenariam In-  
dulgentiam consequuntur, & plurimæ Justo-  
rum animæ in Purgatorii latomiis diu deti-  
nentur

V

nentur, antequam ad Cœnam Agni admittantur. Quare nobis non solum maximo Indulgenciarum cumulo fidendum, & gaudendum est; sed maximo cum fervore laborandum: ut eas lucremur, certamque nostram, & animarum in flammis purgantibus Salutem per Indulgenciarum consecutionem faciamus.

## C A P U T   X X X I .

De Indulgentiis, quæ sunt annexæ Coronis, & Crucibus benedictis:  
in Ssmo Sepulchro Domini Hierosolymæ.

CXL. **S**ummus Pontifex *Innocentius XI.* in Brevi: *Unigeniti.* 28. Jan. 1688. expedito, circa prædictas Cruces, Coronas, & Rosaria sancivit. De Venerab. FF. nostorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ Fidei præpositorum (qui hujusmodi rem Iusti nostro mature discusserunt) consilio, omnes, & quascunque Indulgencias, seu peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxations, quæ pro Crucibus, Coronis, Rosariis, & gratiis præfatis dictæ Terræ Sanctæ in perpetuum, seu ad tempus nondum elapsum; Apostolicā, vel aliâ quâvis auctoritate, quomodocunque aut quandocunque concessæ esse dicuntur; harum serie, quatenus opus sit, perpetuò revocantes, & annullantes omnibus & singulis utriusque sexūs Christi-Fidelibus: quamdiu Cruces, Coronas aut Rosaria [quæ Loca Terræ Sanctæ, sacrâque Reliquias ibi existentes] tegerunt, penes se habuerint, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & confessi, safrâque Communione refecti, vel quatenus id facere nequiventerint, saltem contriti, Nomen JESU, ore, si potuerint, sin minus? corde, devotè invocaverint, plenariam.

Præterea iisdem, si semel saltem in hebdomada, aut Officium divinum ordinarium, vel B. V. Mariae, aut Defunctorum, aut 7. Psalmos Pœnitentiales vel Graduales, aut Coronam Domini; vel ejusdem B. Virginis Matris, aut tertiam partem Rosarii recitare, aut Doctrinam Christianam docere, aut infirmos alicujus Hospitalis, vel detentos in carcere visitare, seu Pauperibus Christi subvenire, vel sacrosancto Missæ Sacrificio interesse; aut [ si sint Sacerdotes ] illud celebrare consueverint, ac verè similiter pœnitentes, & confessi Sacerdoti approbato, sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpserint, in aliquo ex diebus infrascriptis, nempe: *Nativitatis, Epiphanie, Ascensionis Domini, Pentecostes, Ss. Trinitatis, Corporis Christi, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis & Nativitatis B. M. V. & Nativitatis S. Joan. Bapt. Ss. Petri & Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi & Jacobi, Bartholomæ, Matthai, Simonis & Iuda, ac Matthiae Apostolorum & omnium Sanctorum.* eoque die pias ad Deum Preces fuderint, pro Hæresum & Schismatum extirpatione, pro Fidei Catholicæ propagatione, pro Principum Christianorum concordia, & aliis S. Matris Ecclesiæ necessitatibus; in singularis hujusmodi diebus plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Præmissa autem peragentibus in aliis quidem diebus festis D. N. J. C. vel B. M. Virginis, 7. annos, & totidem Quadrag. In quocunque die Dominico, seu alio anni festo 5. annos & totidem Quadrag. In quolibet alio anni die, 100. dies. Similiter iis, qui detentos in carcere vel infirmos alicujus Hospitalis visitaverint, iisdem pio aliquo opere subveniendo, aut Doctrinam Christianam in Ecclesia, vel domi proprias proles, Consanguineos, aut famulos docuerint: quoties hoc

## VINEA SERAPHICA.

hoc fecerint; 200. dies. Illis insuper, qui campanæ alicujus Ecclesiæ ad id dato signo, sive matutino, sive meridiano, sive vespertino; consuetas Preces: Angelus Domini. &c. Vel si eas ignorârint; semel Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, aut etiam dato signo simili pro Defunctis. Psalmum: De profundis, vel si illum nesciverint, semel Orationem Dominicam & Salutationem Angel. recitaverint. Qui Feriâ sextâ cujuslibet hebdomade Passionem & Mortem Domini nostri JESU Christi devotè meditati fuerint, ac tertio eodem die Orationem Dom. & Salutationem Angelicam dixerint. Vel qui cum vero dolore de peccatis, firmoqué emendationis Proposito conscientiam suam examinaverint, ac ter Orationem Dom. & Salutationem Ang. sive easdem ter in honorem sanctissimæ Trinitatis, aut quinques utramque in memoriam. Vulnerum Domini nostri JESU Christi devotè recitaverint. Aut demum, qui semel saltem in hebdomada Coronam seu Rosarium, aut Officium B. M. Virginis; seu De functorum; seu Vespertas, aut unum saltem Nocturnum cum Laudibus. Aut 7. Psalmos Pœnitentiales cum Litanis, & Precibus, recitare consueverint, quo die id fecerint: ultra Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxations à S. Pio V. iis, qui præmissa peregerint, concessas, centum dies.

Illis etiam: qui ante celebrationem Missæ, seu sacram Communionem, seu recitationem Officii divini ordinarii, vel B. M. Virginis, aliquam Orationem præparatoriam fecerint, quoties id egerint; vel, qui pro Fidelibus in agone constitutis devotè oraverint, aut pro illis saltem semel Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam dixerint; quo die id fecerint: 50 dies de injunctis, eis, aut alias quomodolibet debitiss pœnitentiis misericorditer in Domino Auctoritate Apostolicâ

155

tenore præsentium relaxamus; postremò iisdem, ut omnes, singulâisque Indulgentias & peccatorum remissiones præfatas, animabus Christi-Fidelium (quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac luce migraverint) per modum Suffragii applicare possint; cùdem Auctoritate, harum serie, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporibus valutris. &c.

## C A P U T XXXII.

De Indulgentiis, quæ Rosariis seu Coronis (quas S. Birgittæ vocant)  
à Summis Pontificibus confessæ.

**CXLI.** *L*e X. Pontifex Maximus, per litteras incipientes: *Ex clementi* datas sexto Idus Julii. 1515. concedit omnibus ac singulis utriusque sexūs Christi-Fidelibus; qui Coronas S. Birgittæ devotè recitaverint, pro qualibet Oratione Dominicâ 100. dies Indulgentiarum; & totidem pro Salutatione Angelica. Pro quolibet autem Symbolo, quod dixerint, etiam centum dies Indulgentiarum. Nec non pro quolibet Psalterio (id est Rosario aut Coronâ 15. Decadum B. M. Virginis) super illis integrè per eosdem Christi-Fideles, per se ipsos, aut cum socio vel familiari, qui eandem Indulgentiam consequatur dicto, vel recitato. 7. annos & tot Quadragesimas.

Sanctissimus D. N. Clemens XI. Pontifex Maximus in suo Brevi, quod incipit: *De Salute Gregis Dominicæ*, dato 22. Sept. 1714. concedit omnibus ac singulis utriusque sexūs Christi-Fidelibus confessis, & sacrâ Communione refectis, ac pro Christianorum Principum concordia, Hæretum extirpatione &

V 2

S. Ma.

S. Matris Ecclesiæ exaltatione orantibus; qui quotidie per integrum annum Coronam S. Birgittæ, dummodo sit saltem 5. Decadum, recitaverint; semel in anno, die per unumquemque Christi-Fidelem eligendâ, plenaria in Indulgentiam omnium peccatorum, cum facultate etiam eandem plenariam Ind. applicandi animabus in Purgatorio existentibus.

Ad has Indulgentias lucrandum, requiritur, ut Coronæ à P. P. Superioribus Monasteriorum, aut ab aliis Religiosis, Ordinis sanctissimi Salvatoris, seu S. Birgittæ, ad id specialiter deputatis, sint benedictæ.

#### DECRETUM.

S. Congregatio Indulgentiis, & S. Reliquiis præposita 26. Novemb. 1714. censuit, permitti posse impressionem præsentis Summarii Indulgentiarum concessarum Coronis (quas vocant S. Birgittæ) additâ declaratione, quod omnes aliae Indulgentiae, quæ in præsenti Summario expressè non continentur, sint aut apocryphæ, aut nullæ, aut à Ss. D. N. Clemente XI. revocatae per supradictum Breve, datum die 22. Septembris 1714.

Prohibet insuper eadem S. Congregatio; ne hujusmodi Coronæ vendantur, aut alteri commodenetur; si que secus fiat; declarat supradictas Indulg. cessare, & nullius esse roboris vel momenti. Datum 4. Decemb. 1714.

L. Card. Picus Præfectus.

Loco  Sigilli.

Raphael Cosinus de Hieronym. Secret.  
Romæ Typis Rev. Cam. Apostol. 1715.

#### C A P U T XXXIII.

De Indulgentiis, quæ Coronis (vulgò dictis Rosariis Domini nostri Jesu Christi) annexæ sunt.

CXLII. *Eo Papa X. postquam à personis si-  
de dignis intellexisset; qualiter pius*

quidam Eremita Eremi Camaldulensis, divino inspirante spiritu, cogitare cœperit: quod sicut in memoriam & honorem annorum (quibus B. Virgo in hoc mundo vixit) recitatur Corona dicta B. Virginis; ita in memoriam & honorem annorum, quibus D. N. J. Christus in hoc mundo fuit conversatus: convenienter à Fidelibus recitaretur Corona seu Rosarium dictum D. N. J. Christi, constans 33. *Pater noster*, cum interpositione quinque Ave Maria, quam Coronam Sua Sanctitas non solum approbavit, sed etiam concessit Indulgentiam 10. annorum, pro qua libet vice, quâ recitaretur. Recitantibus vero anno integro, die quolibet ultra prædictam concessit etiam indulgentiam 1000. annorum. Iis vero, qui per totam vitam quotidie eam recitaverint, prædictas Indulgentias duplicavit, proque articulo mortis concedit suam Apostolicam Benedictionem, prout patet ex Brevi dato Florentiæ 18. Febr. 1516. anno 3. sui Pontificatus.

Subinde Gregorius XIII. in alio Brevi, dato Romæ 14. Febr. 1573. Pontific. sui anno 1. prædictas Indulgentias confirmavit, ultróque iis, qui toto anno (cessante legitimo impedimento) quotidie illam Coronam recitaverint, & contriti confessisque fuerint, concessit Indulg. plenariam in Festo Paschatis. Iis vero, qui usque ad finem vitæ ita continuauerint, & contriti confessisque fuerint, vel saltem veræ Pœnitentia signum ediderint, Indulg. plenar. in articulo mortis. Sixtus V. deinde majoribus gratis hanc devotionem prosequens per particulare Breve, datum Romæ ad S. Petrum sub annulo pescatoris. 3. Febr. 1589. Pontific. sui anno 4. concessit Primò. Iis: qui talem coronam habuerint; quotiescumque eam recitaverint, dummodo contriti & confessi fuerint, aut saltem contriti firmum confitendi propositum habuerint, 200. annorum Indulgentiam. 2dò. Qui eam

eam secum devotè portaverit, eamque diebus festivis Ecclesiæ aut Feriis 2. 4. & 6. recitaverit, dummodo confessus sit, & communicaverit: 5o. annorum Indulgentiam. 6to. Illi qui saltem 4. vicibus de septimana eam recitare solitus sit, in uno die totius anni ad ejus arbitrium eligendo; dummodo tunc confessus & S. Synaxi refectus fuerit, eamque tunc etiam recitaverit: conceditur Indulg. plenaria, & remissio omnium peccatorum. 4to. Ille, qui hanc coronam solitus fuerit dicere saltem tribus vicibus per hebdomadam, atque in Bello contra S. Matris Ecclesiæ inimicos, hæreticos, aut infideles constitutus, dummodo indie prælii, aut antecedente dictam Coronam piè recitaverit; & in ipso conflictu mente ad Deum elevatâ peccatorum suorum veniam à Deo petierit, eumque in conflictu mori contigerit, accipit Indulg. plenar. 5to. Quicunque infirmus talem Coronam habuerit, eamque anteā solitus fuerit recirare; dummodo contritus & confessus in fine vitæ suæ sanctissimum Nomen IESU ore, aut saltem corde devotè invocaverit; si tunc moriatur: acquirit Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum in forma Jubilæi. Si verò tunc ex vivis non discesserit; lucrabitur tamen Indulgentiam ducentorum annorum. 6to. Qui dictam Coronam secum portaverit, & nomen IESU devotè invocans, prævio conscientiæ suæ examine, ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam devotè dixerit, pro felice & tranquillo S. Matris Ecclesiæ statu: habet Indulgentiam 20. dierum. 7mo. Si verò talis prævio dicto conscientiæ examine, & Confessione actuali, Deum rogaverit pro S. Matris Ecclesiæ exaltatione, atque hæresum extirpatione; lucrabitur Indulgentias 20. annorum. 8vo. Qui aliquam dictarum Coronarum habuerit, & ab audienda Missa in die festo legitimè impe-

ditus recitaverit quinques Orationem Dominicam cum totidem Ave Maria. hoc ipso defectum illum supplere censebitur; prout & hoc ipso satisfacit pro omnibus mentis evagationibus sub auditione Missæ, non tamen voluntariè occurrentibus, & studio quæstis. 9no. Quicunque similem Coronam secum deportaverit: ad omne & quodcunque opus pium, quod operatus fuerit, dummodo adjungat ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam: acquirit Indulgentiam 10. annorum. 10mo. Quicunque in diebus Stationum Urbis Romæ, sive Romæ existens Ecclesiæ Stationum ejusdem Urbis personaliter visitare non posset, sive longius ab eadem Urbe Româ distaret; dummodo aliquam ex hisce Coronis habuerit, & visitaverit aliquam Ecclesiæ sibi bene visam, aut, dum nec illud poterit, recitaverit dictam Coronam cum 7. Psalmis Pœnitentialibus, Litaniis, & Precibus adjunctis; lucrabitur Indulgentiam ducentorum annorum. 11mo. Omnes, & singulæ supradictæ Indulgentiæ (dummodo opera cum tali intentione peragantur, ut animæ Fidelium Defunctorum per ipsas juventur) etiam animabus ipsis Defunctorum, in Purgatorio existentium, per modum Suffragii applicari queunt. 12mo. Tandem additur Clausula, quod dictæ Coronæ neque vendi possint, neque aliis mutuò dati; alioquin hoc ipso omnes prædictæ Indulgentiæ cessant, & nullius omnino sunt rationis.

Demum. Novissimè summus Pontifex Clemens X. cum suo Brevi recentiori, dato Romæ apud S. Mariam Majorem die 20. Julii, anno Dominicæ Incarnationis 1670. de novo approbavit laudabilem, & antiquum usum Patrum Monachorum, & Eremitarum Camaldulensium dispensandi Coronas hujusmodi Domini nostri IESU Christi; atque easdem Indulgentias illis perpetuò annexuit:

*Primo.* Quicunque verè contritus & confessus, aut cum firmo proximè saltem confitendi Proposito, habuerit aliquam ex supradictis Coronis, ipsi ab aliquo Patre Monacho, vel Eremita Camaldulensi immedietè, vel mediante alterā personā datam, eāmque recitaverit; quotiescumque id fecerit, toties acquirit Indulgentiam 200. annorum.

*2dō.* Qui similem Coronam, sibi (ut suprà insinuatum) datam; secum deportaverit, eāmque singulis Feriis secundis, quartis, & sextis, ac insuper diebus Ecclesiæ festis devotè recitaverit, ac contritè confessus, sacrâque Synaxi refectus fuerit; acquirit Indulgentiam 150. annorum.

*3tō.* Qui quatuor saltem vicibus per hebdomadam: Coronam hujusmodi, recitare solitus fuerit; uno anni die, ab ipso ad arbitrium eligendo, lucrabitur Indulgentiam plenariam; dummodo etiam tunc confessus & S. Communione refectus eandem recitet.

*4tō.* Qui per integrum mensem quotidie Coronam hujusmodi recitaverit, postmodumque Confessione & Communiione præviâ pias ad Deum preces effuderit; pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, concordia Principum Christianorum, & Hæresum extirpatione: acquiret Indulg. plenariam, & remissionem omnium peccatorum.

*5tō.* Qui tribus saltem vicibus per hebdomadam, coronam illam recitare solitus fuerit, atque in Bello contra S. Matris Ecclesiæ hostes, Hæreticos, sive infideles constitutus [reliqua vide ut suprà] in Concessione *Sixti V.* Pontificis Maximi, cum eadem ampliatione ad animas Fidelium in charitate Dei defunctorum] & seriâ prohibitione; ne Coronæ hujusmodi aliis vendantur mutuoventur sub pœnâ omnimoda cessationis omnium Indulgentiarum ipso facto incurriendâ; declarando etiam circa venditionem, & commodationem earum, se velle observari, quo

ad hoc, Decretum *Alexandri VII.* datum 6. Februarii. Anno 1657.

*Hæ Indulgentiae sunt desumptæ ex Summario Indulgentiarum Roma impresso.*

## C A P U T XXXIV.

Indulgentiæ primariæ & plenariæ concessæ portantibus Scapulare Carmelitanum.

**CXLIII.** *P*rimus & maximus thesaurus hujus Fraternitatis est, Indulgentia Sabbathina; quâ primo die Sabbathi post obitum Sodalis liberatur è Purgatorio juxta promissionem factam à Beata Virgine attestantibus *Joanne XXII.* & *Clemente V.* Pontificibus. Suffragium hoc pro animabus, in Purgatorio ex Scapularis Confraternitate mortuis, in cælis esse confirmatum, *Alexander V.* *Gregorius XIII.* *Pius V.* *Paulus V.* permiserunt; ut id publicè prædictari posset, & piè credi, B. V. Animas Sodalium in charitate decedentium, qui in vita Officium parvum recitaverint, vel Ecclesiæ jejunia observaverint, & Feriâ quartâ à carnis abstinuerint, die Sabbathi post transiitum ex hac vita Deiparæ intercessionibus adjuvandas.

*Paulus V.* plenariam largitus est Indulgentiam omnibus, primo die: quo hanc Solidatatem ingrediuntur; si verè pœnitentes sumperint S. Eucharistiaæ Sacramentum.

Item Indulgentiam plenariam in una Dominica cuiuslibet Mensis, quâ solennis instituitur ab hac Confraternitate Processio: si confessi, & sanctâ Communione refecti, interfuerunt huic Processioni.

Item sub iisdem conditionibus in Festo principali Commemorationis B. Mariæ de Monte Carmelo.

Item in mortis Articulo: si nomen JESU ore

ore, vel corde, devote invocaverint; confessi, & sacrâ Communione refecti. *Vide de his P. Henricum Jonghen Ordinis Fratrum Minorum Provincia Germania inferioris in Libro suo: vera Fraternitas. Exhort. 9. de Scapulario.* Qui etiam in eodem libro tractat de Zona Augustiniana.

## CAPUT XXXV.

## PROLOGUS.

Ante seriem Sanctorum & Sanctarum ex triplice Ordine

S. FRANCISCI.

CXLIV. Plurimum adauxit scrupulos conscientiae circa Cultum Sanctorum, & Beatorum Provisio illa facta à Ss. D.N. Urbano VIII. Fer. V. 3. Martii. 1625. Quare pro elucidatione serviat explicatio sequentium terminorum, nempe: *Canonizare*, *Beatificare*, *Perennizare*, *solemnizare*, *Chorizare*, *Preconizare*.

*Canonizari.* Idem est, ac post exactam, rigorosam, & Canonica vitæ, sanctitatis, & miraculorum inquisitionem, atque approbationem rite datam, vel acceptam, Authoritate Sedis Apostolicæ, solemnni cæremoniarum pompâ, Apotheosi, seu Sanctorum Catalogo adscribi, & publico totius militantis Ecclesiæ cultui seu invocationi exponi in terris, & per omnes Diœceses, & per mundum universum; prout dicimus recenter canonizatos à Clemente XI. S. Piam V. S. Andream de Avellino. S. Felicem à Cantalicio. S. Catharinam Bonon.

*Beatificari* significat idem; quod post exactum, & rigorosum inquisitionis Processum, de vita, & morte alicujus, aliquem fuisse authenticè de Sedis Apostolicæ auctoritate declaratum, decepsisse in gratia sanctificante, & publicatum, seu proclamatum dignum; ut à quodam loco determinato.

V.G. Natione, Diœcesi, vel Ordine, pro Beato celebretur; ita tamen: ut ad eum insuper canonizandum, suo tempore, juxta Sedis Apostolicæ Beneplacitum deveniri possit, per processus legitimè institutos. V.G.B. Jacobus à Marchia tantum in Ordine Fratrum Minorum. B. Franciscus Regis in Societate JESU, ex Declaratione nuperrimâ Clemens tis XI. Romæ in Ecclesia S. Petri in Vaticano solemniter publicatâ [cui ego ipse interfui.] nec hic alibi celebratur. Sicut & de ipso in Societate JESU Sacrificium offertur, & Missa legitur; quam Romæ in solemini Beatificationis Actu coram Cardinalibus cantavit D. Nicolai Archi-Episcopus, & Vicarius Pontificis ad S. Petrum, Antecessor Cardinalis Tournon in China ex Ordine S. Francisci Fratrum Minorum Recollectorum.

Licet etiam Beatificatus dicatur: qui ex Decreto Ss. Rituum declaratus est talis; quamvis nondum decretum sit, de eo Missam dici posse. Talis est V.G.B. Joannes à Prado ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, declaratus Martyr cum uno miraculo tertii generis à Clemente XI. qui etiam cum radiis depingi potest.

*Perennizari.* Idem est; ac Apostolicè declarari pro tali, qui à perenni, & immemoriali tempore in determinato loco, Provincia, Ecclesia, Statu, Natione, Ordine, Episcopo vel consentiente, vel non contradicente, pro Sancto, vel Beato habetur, colitur, & invocatur. Tales perennizati Sancti, vel Beati ubique occurunt innumeri. Sic V. G. Innocentius XI. Antonium de Stronconio in Umbria prope Assisium, in Ecclesia ad S. Damianum (cujus corpus incorruptum ibidem vidi) non beatificavit solemniter, sed post factos legitimos Processus de invento perenni illius Cultu, concessit Ordini Franciscano tantum de Eo dicere Missam, & Breviarium.

Cho-

*Chorizari.* Insuper admittit Auctoritate quādam Ecclesiastica saltem Missam de Communi, & recitationem Breviarii in Choro; & hoc quidem in tota Diœcesi, Ordine, vel Ecclesia duntaxat, ubi corpus talis hominis à sanctitate famosí vel integrum, vel incorruptum quiescit. Sicut Benevenutus de Eugubio. 27. Junii. Raymundus Lullus 29. Junii. *Ita Menolog. Ordinis in Histor. Prolog. fol. mibi. 321.*

*Solemnizari.* Importat publicum ritum, venerationem, vel invocationem pro Beato, publicā auctoritate permīssum; quamvis nullus inquisitionis Processus solemniter intervenierit. Id autem quadrat in uno tantum loco, ubi vixit, & miracula præstit, aut quiescit talis solemnizata Persona. In hujus solemnizationis exemplum trahi possunt; Joannes de Massacio 22. Aprilis. Lucia de Catalagirone 24. Septemb. Michaëлина de Pisano, 29. Septemb. in Menol. S. Francisci.

*Praconizari.* Respicit communem nuncupationem, publicam Laudem, vel alicuius Beati invocationem, ex devotione, acceptione, opinione, vel consuetudine ortam, sinè aliqua publica Solemnitate, vel Auctoritate Ecclesiastica.

Circa intelligentiam ergo Bullæ restrictivæ Urbani VIII. quo ad cultum Ss. quæ incipit; *Sanctissimus D. N. Urbanus VIII.* sollicitè animadvertis. &c. cautum, & prohibitum est, aliquos cum laureolis, radiis, & plenadoribus publico cultui proponere, antequam à summa Sede canonizentur, aut Beati declarentur. Eodem modo cautum est tabellas, imagines, lampades, lumina ad eorum sepulchra affigi. Ac pariter prohibitum est libros imprimi de illis hominibus, qui sanctitatis ac martyrii famâ (ut præfertur) celebres, ex hac vitâ migraverunt, sinè recognitione, vel approbatione Ordinarii.

Mandatur etiam ad horum sepulchra non posse apponi tabellas, imagines, &c. ex cera, argento, aliâve materiâ, lampades, lumina, sive quæcunque alia, sinè recognitio-ne, ab Ordinario Sedi Apostolicæ referendâ, & approbadâ. Unde magna est differentia inter illos defunctos cum sanctitatis fama, qui solemini Canonizationis, & Beatificationis honore sunt insigniti; & qui sinè Apostolica Declaratione tanquam Sancti, vel Beati coluntur, aut communī sensu pro Beatis habentur sinè præmisso rigoroso examine & Processu.

Eximius P. Georgius Gobat S. J. in suis Theologo-Sacramentalibus Experiētiis tenaciter tuetur: omnes Sanctos [quorum Nomina habentur in Martyrologio Romano] habendos esse pro verè canonizatis Auctoritate Apostolica, & consequenter quemvis Sacerdotem de iis posse Missam votivam legere. Quod & mihi scribenti constat ex Praxi Curiae, & Secretariæ Indulgenciarum, quam ferè singulis septimanis ad sex annos Romæ frequentavi. Quia [dum expedituntur Brevia Indulgenciarum, si nomen istius Sancti inveniatur in Martyrologio Romano] exprimitur nomen sub titulo Sancti, idque semper. Si vero nomen non inveniatur in Martyr. Rom. exprimitur in Brevi dies; in quem cadit Festum; sed nunquam nomen istius Sancti, vel cuiuscunque solum Beatificati. Sunt ergo tres præcipue classes Sanctorum.

*Canonizatorum, Beatificatorum, & Perpetuatorum.* Quorum aræ, statuae, imagines, Sepulturæ, aut Reliquiæ licet posse sunt devotis metallorum, auri, argenti, ceræ, piæturarum, aliarumque rerum æstimationiblum oblationibus insigniri; insuper laureolis circa caput ornari, citra offensam Decreti Urbanisci. De aliis Sanctis (qui vocantur Nationales) tractat Menolog. S. Franc. §. 10. Hi coluntur V. G. in certis Nationibus.

ad

## VINEA SERAPHICA

ad minimum sciente & non contradicente Episcopo, & subdividuntur in Sanctos provinciales, & locales : ubi de eorum vita, sanctitate, conversatione, reliquiis, & ossibus laudabilis memoria servatur.

Constat autem ex relatâ provisione *Urbani VIII.* hos nationales Beatos duntaxat prohiberi ; ne eorum imagines, vel Reliquia publicè, vel privatim laureolâ, vel radio circa caput illustrentur , aut pro Beatis inscribantur ; non verò prohiberi ; quin privatâ devotione, pro beatis Dei Servis, aut cæli Incolis prædicari, memorari, citari, recoli , vel invocari possint. Nec unquam cautum fuisse legitur ; ut eorum laudabiles vitæ, devoutæ, beatæ , & sancta memoria, Menologiis, Stemmatologiis, Annalibus, aut Archivii non consignentur ; dummodo ordinariâ Auctoritatis Ecclesiasticæ licentia fulciantur, & cum debitâ protestatione , & submissione ad S. Sedem : prout eandem præmisi in principio hujus libri , & iterum repeto, volens me rigori Legis conformare, & submittere constitutioni Pontificis *Urbani VIII.* & recentioribus Decretis circa nominacionem, cultum, invocationem Sanctorum, & Beatorum à S. Congregatione Rituum emanatis.

## C A P U T XXXVI.

Series Sanctorum canonizatorum  
ex primo Ordine

### S. FRANCISCI.

**CXLV.** *S. Accursius* Marochii in Africa pro Christianæ Fidei confessione martyrizatur. 1220. Canonizatur à *Sixto IV.* 1481. ad diem 16. Januarii.

*S. Adjutus* similiter Marochii in Africa pro Christo occiditur anno 1220. à *Sixto*

*Vinea Seraphica.*

161

*IV.* canonizatur. 1481. ad diem 16. mensis Januarii.

*S. Angelus* Ceptæ in Mauritania pro Christo martyrizatur. anno 1227. & à *Leone X.* canonizatur 1516. ad diem 13. Octobris.

*S. Antonius* Ulyssiponæ, seu Lisbonæ nascitur anno 1196. vixit 36. annos. moritur Patavii, sive Paduæ anno 1231. indè dictus Antonius à Padua. Canonizatur à *Gregorio IX.* 1232. ad diem 13. Junii.

*S. Beneventus* (seu Benevenutus) Episcopus Auximensis moritur 1276. canonizatur à *Martino IV.* anno 1282. ad diem 22. Mensis Maji.

*S. Berardus* Marochii in Africa propter Christum Martyr efficitur anno 1220. & à *Sixto IV.* canonizatur 1481. ad diem 16. Januar.

*S. Bernardinus de Senis* nascitur 1380. moritur Aquilæ in Vescinis anno 1444. Canonizatur à *Nicolao V.* 1450. ad diem 20. Maji.

*S. Bonaventura* S. R. E. Cardinalis , & Doctor Seraphicus ; nascitur Balneo-Regii, in Etruria anno 1221. vixit annos ætatis suæ 53. moritur Lugduni 1274. Canonizatur à *Sixto IV.* 1482. ad diem 14. Julii.

*S. Daniel* Ceptæ in Mauritania pro Christo necatur. 1222. Canonizatur à *Leone X.* anno 1516. ad diem 13. Mensis Octobris.

*S. Donulus* Ceptæ in Mauritania pro Christo Martyr occumbit 1227. canonizatur à *Leone X.* anno 1516. ad diem 13. mensis Octobr.

*Seraphicus Pater & Ordinis Fundator*  
*S. FRANCISCUS* nascitur Assisi in Umbria anno 1182. Ante plenariam suam conversionem transigit annos ætatis suæ 26. Instituto suo impendit annos 18. moritur in Patria, anno Christi 1226. ætatis suæ 45. & paucorū

X rum

VINEA  
rum mensium. canonizatur à Gregorio IX.  
anno 1228. ad diem 4. Octob.

S. Hugolinus Ceptæ in Mauritania pro  
Christo mortis damnatur 1227. canoniza-  
tur à Leone X. anno 1516. ad diem 13.  
Mensis Octob.

S. Joannes à Capistrano. post transactos  
vitæ annos 71. Villaci in Hungaria nascitur  
1456, chorizatur à Leone X. Beatificatur à  
Gregorio XV. anno 1622. Præeligitur ad ca-  
nonizandum ab Innocentio XI. anno 1679.  
canonizatur ab Alexandro VIII. 1690. ad  
diem 23. Octob.

S. Leo Ceptæ in Mauritania propter  
Christum extinguitur 1221. à Leone X.  
canonizatur anno 1516. ad diem 13. Octo-  
bris.

S. Ludovicus Regius Hæres Siciliæ, &  
Episcopus Tolosanus nascitur 1266. vixit  
annos 23. & 6. menses. Moritur Brincole  
prope Tolosam in Gallia anno 1289. ca-  
nonizatur à Joanne XXII. anno 1317. ad  
diem 19. Augusti.

S. Nicolaus Ceptæ in Mauritania vitam, &  
sanguinem fundit pro Christo. anno 1227.  
canonizatur à Leone X. anno 1516. ad diem  
13. Octob.

S. Otto. Marochii in Africa pro Christo  
martyrizatur anno 1220. canonizatur à Six-  
to IV. anno 1481. ad diem 16. Mensis Ja-  
nuarii.

S. Paschalis Baylon. nascitur in Arrago-  
nia anno 1540. Moritur Valentiae anno 1592.  
Beatificatur à Paulo V. anno 1618. Chori-  
zatur à Gregorio VX. Canonizatur ab Alex-  
andro VIII. anno 1690. ad diem 17. Maii.

S. Petrus de Alcantara moritur anno æ-  
tatis suæ 63. Arenis in Castella anno Christi  
1562. Beatificatur à Gregorio XV. anno  
1622. Canonizatur à Clemente IX. anno  
1663. ad diem 19. Mensis Octobris.

S. Petrus Martyrio coronatur Marochii

## SERAPHICA

in Africa anno 1220. 16. Janua. Canoniza-  
tur à Sixto IV. die 6. Mensis Aug. anno Do-  
mini 1481.

S. Samuel Ceptæ in Mauritania pro Fide  
Christi interimitur. anno 1227. Canoniza-  
tur à Leone X. anno Domini. 1516. ad diem  
13. Octobr.

Ecce hic specificantur Sancti solemniter  
canonizati viginti & unus, ex Ordine pri-  
mo Fratrum Minorum. Videri defuper ul-  
terius potest *Menologium S. Francisci in Hi-  
stor. prolog. §. 3.* ubi tantum viginti Auctōr  
enumerat; sed per errorem ibi omissus est  
S. Petrus Marochii Martyrio affectus. Ibi-  
démque apud eundem §. 4. poterit videri  
Catalogus longissimus aliorum Beatorum  
ad 15. magna folia. Quorum tum martyrio  
coronatorum, tum chorizatorum, peren-  
nizatorum, & ab immemoriali tempore,  
publico & perenni cultu celebratorum speci-  
ficatio nimis quam fusa est pro compendioso  
hoc opusculo.

CXLVI. DE Excellentia etiam hierarchica,  
quam pauper, humilis, & Evan-  
gelicus Ordo S. FRANCISCI complectitur;  
per omnes gradus, & dignitates; ibidem  
fusè agit Fortun. Huber. cum distincta induc-  
tione adducens ex Ordine primo Fratrum  
Minorum summos Pontifices quinque vi-  
delicit.

Adrianum V. Nicolaum IV. Sextum IV.  
Alexandrum V. Sextum V. De quibus etiam  
Platina fol. mihi 228. 267. & 222.

Julius II. fuit Novitus in Ordine Fratrum  
Minorum, Nepos Sixti IV. Protector Ordini-  
nis, devotissimus Observantibus, & maxi-  
mè affectus Ordini, *Orbis Seraph. To. 1. fol. 503.*

*Cardinales numerat LVI. & ultra.*

*Archi-Episcopos XC. & ultra.*

*Episcoporum (utitur verbis Barth. Pisani  
Lib. 1. Fruct. 8. Conform. p. 3. princip. non est  
nume-*

numeris, & difficillimè ob multitudinem & varietatem Dicecesium specificandus.

Imperatores, & Reges ex Ordine primo S. FRANCISCI ibidem historicè specificat decem, concludens his verbis: Jubeor hīc iterum calatum retrahere; quando accuratissimus P. Felix Reinec. in suis Sapient. (Solone & Thalete) per extensum inducit variam Imperatorum, & Regum [maxime ex Archi-Ducali Domo Austriacā prodeuntium] inclinationem; quā humilem Ordinem S. FRANCISCI suis favoribus, & gratiis prosequi dignantur, eundemque potentissimā suā protectione fovent, fulciunt, promovent, augment, & honorant. Quod si Filios Regum, Ducum, & Principum, numerare deberem, infinitus forem, ait Barth. Pisa. apud Fortun. Huber. in fine prolog. fol. 8. n. 227. de Filiis Regum, & Ducum. Nulla enim ferè Domus nobilis est in tota Christianitate, ex qua non fuerit aliquis Frater Minor; ideo tales regio sanguine insignes Archi-Duces, Duces, Principes, Nobiles, in scenam adducere, vel copia, vel modestia prohibet.

Omitti tamen vix potest ob utilissimos, & subtilissimos libros universae Theologiae de Deo trino, & uno, publicae luci datos: P. Theodorus Schmising. Westphalus, ex Ducatu Ravensbergenſi, ex nobilissima L. Baronum de Tatenhausen arce, & Familia oriundus; qui in Provincia Germaniae inferioris ad Ordinem Seraphicum assumptus, doctrinā & pietate Nationem Germano-Belgicam illustravit, & Provinciam Saxoniae S. Crucis ob grassantes Hæresum tempestates multum collapsam reformat.

Scenam claudat nostris etiam temporibus novissimis vivens D. Gasparus de Moscoso Osorio, Regii Sanguinis in Portu-Gallia Princeps, Decanus Cathedralis Ulyssiponensis, & Universitatis Conimbricensis Rector, nec

non Consilii Regii, ac intimae Expeditionis Aſſessor, Excellmi D. Marchionis de Gorca (Comitis S. Crucis, supremi Aulæ Magistri, & Portugalliae Magnatis) Frater: qui recusatā Archi-Episcopali Sede Ulyssiponensi, aliisque majoribus Dignitatibus, ſibi à Regia Majestate oblatis, ſacro ſe Habitū S. FRANCISCI Fratrum Minorum de Obs. induit in Conventu S. Antonii de Varatoggio in Regno Portugalliae; annōque evoluto, in Praefentia Suæ Regiæ Majestatis, maximâ Principum, Nobiliumque Coronâ circumdatae, ſolemne in eodem S. Ordine, & Conventu Professionem emisit.

Cujus Principis piissimum exemplum ſe- cutus in eodem ſimiliter Conventu Régulam S. FRANCISCI profellus est D. Anton. Ferdin. de Meneses, unus ex primis Regiæ Ca- pellæ Magnatibus, ac Docto Conimbricensis, Filius D. Comitis de Ericeyra, Regii Consiliarii, & ex primis Regni Principibus.

Cùm enim individuus ſemper comes ſu- pradieti D. Gaspari, & ſocius fuerit in ſæ- culo; voluit pariter eſſe ejusdem ſocius & Confrater in Claustro. Idem & multi alii No- biles Regni, & Equites aurati ex duorum an- teſatorum Principum Familia non ſinē maxi- mā totius Regni ædificatione fecerunt.

## C A P U T    XXXVII.

Series Sanctarum ſolemniter cano- nizatarum, cum Beatificatis  
ex zdo Ordine

### S. FRANCISCI.

CXLVII. **S. CLARA** prima Plantula Sera- phici P. S. FRANCISCI, & Fundatrix virginis ſui Ordinis. [Clarissarum] nascitur Aſſisi in Umbria, ibidemque in Mo- naſterio ad S. Damianum moritur anno

1253. ætatis sue 60. canonizatur ab *Alexandro IV.* ad diem 12. Mensis Augusti.

*S. Catharina Bononiensis.* solemnissimè canonizata à regnante summo Pontifice *Clemente XI.* die 22. Maii. 1712. quam Solemnitatem ego ipse cum stupore vidi Romæ.

#### BEATIFICATÆ.

*B. Coleta.* Nata Corbejæ in Picardia anno 1380. restituit Ordinem Regulari Observantiae. Moritur Gandavi in Flandria 1447. chorizatur à nonnullis Pontificibus, totique Ordini per omnem mundum, ac præsertim Regno Galliarum ab *Urbano VIII.* pro Beata exponitur ad diem 6. Martii. 1626.

*B. Salomea.* Boleslai Pudici, Polonia Regis Soror: Uxor Colomanni Hungariae Regis. Mortuo Rege Conjuge suo, rigido S. Claræ Instituto se addixit. 1255. Suscitavit mortuos ad vitam. *Innocentius XI.* anniversarium ejus diem sub ritu duplici celebrari indulxit.

De aliis Imperatricibus, & Reginis; quæ in Ordine S. Claræ cum sanctitatis fama obiérunt, & circa quarum vitam ob varia miracula Processus inquisitionis est institutus, videri potest sup. c. 8. *Eg. fusiæ Fort. Huber.* in *Hist. Prolog. Eg. Menol. S. Franc. §. 4.* fol. mihi 242.

#### C A P U T XXXVIII.

Series Sanctorum Canonizatorum, & Beatificatorum ex III. Ordine S. FRANCISCI de Pœnitentia ex I. Clasæ.

**CXLVIII.** *S. Brigitta Suecica Princeps, & Vidua,* tertio Ordini S. Franc. primitus inserta; deinde proprii sui Ordinis sub Habitū cinericē Fundatrix. Moritur 1373. canonizatur à *Bonifacio IX.* anno 1391. ad diem 23. Julii.

*S. Carolus Borromeus.* S. R. E. Cardinalis, & totius Ordinis apud Sedem Apostolicam Protector. Moritur Mediolani anno 1584. canonizatur à *Paulo V.* anno 1610. ad diem 4. Novemb. ita *Menolog. in Hist. prolog. fol. mihi 239.* Sed ego non invenio, quod Tertiarius fuerit.

*S. Conradus de Placentia.* Moritur in Sicilia 1351. chorizatur à *Leone X.* & *Paulo III.* Pro sancto solemnizatur ab *Urbano VIII.* 1625. ad diem 19. Februarii.

*S. Elisabetha, Landgravia Thuringia.* Nascitur in Hungaria 1207. moritur Erfurti. 1231, canonizatur à *Gregorio IX.* anno 1235. ad diem 19. Novemb.

*S. Elisabetha, Regina Portugallia.* nascitur 1336. chorizatur à *Leone X.* & *Panno IV.* canonizatur ab *Urbano VIII.* anno 1625. ad diem 4. Julii.

*S. Elzearius.* Sobrani & Arriani Comes. nascitur 1284. moritur. 1323. canonizatur ab *Urbano V.* anno 1369. ad diem 27. mensis Septembri.

*S. Ferdinandus Rex Castellæ à Clemente X.* Sanctorum catalogo adscribitur anno 1675. ad diem 30. Maii.

*S. Francisca de Pontiano Romana.* Fuit quondam Tertiæ Ord. de Pœn. sed postea Ordinis S. Benedicti. Moritur 1440. chorizatur à *Paulo V.* anno 1608. & ab *Urbano VIII.* pro tota Ecclesia. 1632. ad diem 9. Martii. *Vid. Firm. Seraph. P. Hermanni Born ad dictum diem 9. Martii.*

*S. Franciscus de Paula.* Ordinis Minimorum Fundator. post 91. vitæ annos moritur Turonis in Gallia anno 1507. canonizatur à *Leone X.* anno 1519. & à *Sixto V.* inseritur Romano Breviario 2. April. Menol. Franc. annumerat illum III. Ordini in prolog. 240. & distinctius ad diem 2. April. fol. mihi 819.

*S. Ignatius de Loyola.* Fundator celeberrimæ per orbem Societatis JESU, volunt

volunt aliqui, Sanctum hunc sub Regula tertia S. Francisci tanquam fundamento ædificium suæ sanctitatis cepisse. Bulla Canonizationis ejus refert: illum ex Monte Serrato asperâ veste indutum, chordâ ad lumbos cinctum, cum baculo descendisse. Chorda hæc specialiter propria est Filiis S. FRANCISCI, ejusdemque Ordinis distinctio. Et revera in Ecclesia Matris Dei, Montis Serrati, Confessario suo Ordinis Franciscani generalem omnium peccatorum suorum confessionem fecit; ubi & deposito gladio, armisque relictis ad asperam Manresæ spe cum se contulit, ibique ad tempus (primo rum Tertiiorum more, quorum vestem susceperebat) delitescens, ignotus permanxit, editâ postmodum ad manus Confessarii sui Franciscani Professione. Et librum illum mirabilem Exercitiorum Spiritualium composuit. Ita recens Author ab ordinariis librorum censoribus approbatus, Bruxellis, & Coloniae impressus 1712. canonizatur à Gregorio XV. ad diem 31. Julii.

S. Ivo. Presbyter nascitur in Britannia Atmorica 1258. moritur 1303 canonizatur à Clemente VI. anno 1347. ad diem 19. Maji. propter translationem corporis ejus autem Festum celebratur die 27. Octobris.

S. Ludovicus Rex Galliæ nascitur 1215. moritur 1270. canonizatur à Bonifacio VIII. anno 1279. ad diem 25. Augusti.

S. Margarita. de Cortona moritur anno 1297. chorizatur à Leone X. & Gregorio XV. solemnizatur ab Urbano VIII. ad diem 23. Februarii.

S. Rochus. moritur in Monte Pessulano 1327. solemnizatur à variis Pontificibus, declaratur ab Urbano VIII. Patronus contra Pestem. ad diem 16. Augusti.

S. Rosa. Viterb. moritur 1251. solemnizatur ab Innocentio IV. Alexandro IV. &

Calixto 3. chorizatur pro toto Ordine à Clemente X. ad diem 6. Martii. & 4. Septemb. ita Menol. Ord. ad 4. Sept. cuius pulcherimum & incorruptum corpus vidi aliquoties Viterbii.

### SERIES BEATIFICATORUM ex II. Classe.

CXLIX. B. Angela de Fulginio. Vidua, Parentibus nobilibus orta, III. Ordinis S. Fran. Professa multis privilegiis decorata; apparente, & suggestente sibimet S. P. FRANCISCO, austeritates, infirmitates, & cruciatus intolerabiles sustinuit: ab Angelis S. Eucharistiâ refecta, per 12 annos continuos quotidie summo cum fervore Sacramentum Altaris sumpsit, eoque Pane cœlesti solo vitam conservavit, miraculis & prodigiis clara. Cujus Festivitatem sub ritu dupl. maj. Innocentius XII. transtulit 1693. ad diem 30. Martii.

B. Angela. seu Angelina Corbara. Fulgini in Umbria. Virgo. ad Angelorum Societatem evolavit. 1435. Erat hæc ex Comitibus Corbariæ progenita, cum Sponso suo nobilissimo castitatem vovit, Angelorum colloquiis honorata, assumpto cum pedissequis suis Habitum III. Ordinis plurimas nobiles Puellas ad eundem Ordinem suo exemplo pertraxit, ita ut Ladislaus Rex Neapol. eam vivi-comburio devovendam statuerit; nisi carbones ardentes sine læsione ullâ gestati Regem absterruerint. Virginem ejus corpus translatum, & conditum est in Ecclesia S. Franc. Anno 1452. 29. Maji. Parietes facelli, seu tumuli sui eminentis in omnium conspectu, toto die sanguineum sudorem emiserunt, eodem die, quo à Turcis nobilissimum Orbis Emporium [Constantinopolis] interceptum est. Corpus autem 17. annis incorruptum, & illæsum, postea translatum est super Altare; ubi perenni cultu colitur.

X 3

Vid.

*Vid. Menol. S. Franc. 25. Decemb. n. 10.  
B. Clara de Monte Falco in Umbria. obiit.  
1308. Primitus fuit Tertiaria. Postmodum  
autem Regulam approbatam S. Augustini  
professa est anno ætatis 25. In cuius corde  
post mortem inventa sunt Signa, & Mysteria  
Passionis Christi, cum 3, candidis globulis;  
quorum unus ponderavit tantum; quantum  
duo; & tres simul; quantum unus; & duo;  
quantum tres, ad denotandum unius Tri-  
ados, & trinæ Monados Mysterium. *Innocen-  
tius XII.* ejus Officium sub ritu dupl. min.  
Auctoritate Apostolicâ celebrandum conce-  
dit toti Ordini de Obs. Corpus ejus pulcher-  
timum adhuc, & incorruptum [prout ego  
ipsem et discernibiliter vidi. 22. Julii. 1717.  
Româ ad Patriam redux] asservatur. & de  
ejus miraculis turgent Annales. *Vide Menol.  
Orb. Seraph. Artur. &c.**

*B. Delphina.* Aptæ in Phocensi Galliæ  
Provincia Virgo Tertiaria; genere, & mira-  
culorum gloriæ illustrissima, Coniux S. El-  
zearii Comitis: cum quo castitatem in matri-  
monio servavit illibatam. Tumulata in Con-  
ventu Aptensi Fratrum Minorum. *Innocen-  
tius XII.* Festum ejus sub ritu dupl. maj. cele-  
brari concessit 1693.

*B. Humiliana.* *Vidua*, Tertiæ Ordinis, obi-  
it Florentia. Virtute abstinentiæ, patientiæ,  
& miraculis illustris, *V. Martyr. Francisc.* 19.  
*Maji.* celebratur in Ordine Fratrum Minorum  
sub ritu semidupl. ex concessione *Cle-  
mentis XI.*

*B. Ludovica Albertonia.* Obiit Romæ.  
1530. illustrissima Petri Matthæi de Alber-  
tonibus Filia. Sepulta est pro desiderio suo  
ad S. Franciscum trans Tyberim in insigni ac  
speciosâ Sepulturâ: quam D. Balthasar Pau-  
lutius de Albertonibus, Consularis Roma-  
nus, & opulentus, Cognatus ejus, novo &  
artificio splendore adauxit, in veneratio-  
nem suæ illustrissimæ Concivis. Hac die Cu-

ria Capitolina facit ferias, ac devotâ pompâ  
Sacellum consecratum visitat. *Clemens X.*  
Festum ejus 1671. ad diem 25. Novemb.  
sub ritu dupli à toto Ordine S. Francisci ce-  
lebrari mandavit.

*B. Lucius.* (sive Luchesius) obiit 1242.  
28. Aprilis. Miracula ejus post mortem pluri-  
ma recensentur, & eventu gravissima, &  
auditu incomparabilia. Fuit hic primus Ter-  
tiarius à S. P. FRANCISCO assumptus. Mo-  
odus ipsius quasi Canonizationis videtur etiam  
exoticus. Cum enim Papa *Gregorius X.* in  
suo itinere Lugdunum versus, secus Podium  
Bonnilium veniret, velleque sanctitatem  
ejus miraculo probare, jussit caput ejus in  
flamas conjici incinerandum; sed statim il-  
lad è flammis prosiliit sine adustione. Et ex-  
inde concessa est Fratribus ampla facultas à  
Pontifice, caput illud in publicis Supplicatio-  
nibus circumferendi, eodem obitu suo die  
cum Ecclesiasticâ commemoratione. *Innocen-  
tius XII.* die 27. Martii, 1694. concessit  
Festum ipsius ab Ordine Fratrum Minorum  
de Obs. sub ritu dupl. maj. celebrari ad diem  
15. April.

*B. Petrus Baptista Nangafaci* in Japonia  
cum 5. Martyribus ex primo Ordine, &  
decem & septem ex Tertio pro Christo  
Martyr occumbit. De quibus Martyrolog.  
Francis, Nangafaci in Japonia: BB. Marty-  
rum, Petri Baptiste, Martini ab Ascensio-  
ne, Francisci Blanci, Philippi à JESU, Gon-  
disalvi Garzia, & Francisci Jà S. Michaële  
I. Ordinis. Nec non Pauli, Gabrielis, Joannis,  
Thomæ, Francisci, Joachim, Michaëlis  
cum Filio suo Thoma, Bonaventuræ, Leo-  
nis, Matthiae, Antonii, Ludovici, Pauli,  
Petri, Cosmæ, & Francisci III. Ordinis. Qui  
omnes pro Christi nomine vincula, carce-  
res, ludibria, aliisque cruciatus perpessi,  
tandem cruci affixi, & hastis transfossi sunt.  
*Summus Pontifex Urbanus VIII.* per Bullam  
Aposto-

Apostolicam, *Saluatoris & D. N. I. Christi.*  
 &c. datam Romæ ad S. Mariam Maj. 14.  
 Septemb. 1624. post legitimos Processus,  
 illos declaravit veros Martyres, omnibusque  
 Religiosis S. FRANCISCI, & Ecclesiasticis  
 omnibus Dicecisis Molinensis Officium &  
 Missam de iis recitandi ad diem 5. Febr. li-  
 centiam concessit.

B. *Viridiana à Seraphico P. FRANCISCO* 1224. ad Tertiū Ordinis Institutum in-  
 ter primas filias recepta fuit. Obiit sanctissi-  
 mè, erecto corpore, brachiis cancellatis, ge-  
 nuflexa. 1242. & [ut] loquitur *Martyr.*  
*Francisc.*] dignis pœnitentiæ fructibus, & mi-  
 raculorum gloriæ spectabilis. *Innocentius XII.*  
 Officium ejus sub ritu dupl. maj. 1694. toti  
 Ord. Fratrum Min. de Obs. recitari concessit.

Quod si catalogum contexere vellem de  
 aliis Beatis, sive per formalem Ecclesiæ ce-  
 remoniam, sive per Chorizationem, Peren-  
 nizationem, sive per aliam viam summo  
 Pontifici, & Ecclesiæ placitam? Turbam  
 magnam, & ingentem valde numerum jux-  
 ta sæculorum cursum producere deberem.  
 Hinc Lectorem remitto *ad Menol. Franc.* in  
*Hist. proloq. §. 4.* de Beatis ex triplici Ordine  
 S. Francisci, perenni, & immemoriali Cul-  
 tu legitimatis. fol. mihi 244. & ad Firmam.  
*Seraph.* R. P. Herm. Born Coloniae editum  
 1715. in quo ad singulos anni dies vitam ali-  
 cujus Sanctæ; vel Beatæ ex III. Ordine refert.  
 Ubi simul allegantur verba *Clementis VIII.*  
 Nunquam scilicet fore laborum finem; si  
 omnes, & singuli [qui virtutibus, miracu-  
 lis, & sanctitate clari in S. FRANCISCI  
 Instituto vixerunt] à Sede Apostolicâ Beato-  
 rum fastis inscribi deberent. Hoc tamen  
 pro gloria Tertiū Ordinis breviter allegan-  
 dum duxi; quod ex hoc Ordine Pœnitentium  
 6. alii sacri Ordines propullulaverint, prout  
 authenticis argumentis clare producit *Orbis*  
*Seraph.* *To. 2. lib. 13. c. 1.*

Primus Ordo seu Palmes ex Tertia Sera-  
 phica Vinea profiliens est Ordo Eremitarum  
 S. Hieronymi; quem circa annum 1405.  
 Ven. Servi Dei: Carolus de Monte Grana-  
 rio, & Gualterus Marsus Tertiarii, appro-  
 bante *Gregorio XII.* erexerunt; unde & gri-  
 seâ tunica more Franciscanorum induuntur,  
 & chordâ (non quidem de canabe, sed co-  
 reo) cinguntur, calepodii, seu ligneis cal-  
 ceis utuntur. Ab *Eugenio IV. Pio II. Paulo*  
*II.* provisionibus, & gratiis Ecclesiasticis  
 donantur.

Secundus Ordo. Ursulinarum dictus à  
 quadam Tertiariâ, Ven. famulâ Dei, B. An-  
 gela de Disenzano, ex partibus Lombardiae;  
 inter Veronam & Brixiam oriunda, initium  
 sumpsit. Hæc saepius visa est à terra elevari,  
 & JESU crucifixi amore succensa, Terram  
 Sanctam, & Apostolorum limina visitavit, &  
 demum Brixia cœpit cogitare de instituendo  
 Sodalito virginum, sub invocatione S. Ur-  
 sulæ; quod dudum per Angelum ipsi in visio-  
 ne fuerat ostensum. S. Carolus Borromæus  
 cum Episcopo Brixiensi & Ferrarensi, obti-  
 nuit: ut approbaretur à *Gregorio XIII.* an-  
 no 1572. 24. Novemb. Deinde per Galliam  
 mirè crevit hæc Sodalitas, cuius Constitutio-  
 nes propriæ, Tertio S. FRANCISCI Insti-  
 tuto additæ, & postmodum à *Paulo III.*  
 approbatæ sunt. Prospicuè primum vivebant  
 Ursulinæ in propriis quidem, sed ampliori-  
 bus domibus, cum magno puellarum bono,  
 civium exemplo, & solatio; donec Francis-  
 cus Gonzaga ex totius Ordinis S. Francisci  
 Ministro Gen. Episcopus Mantuanus optimis  
 legibus, hoc Institutum ad communem vitam  
 translatum, communire voluerit. Ita *Orbis*  
*Seraph.* *Tom. 2. Lib. 12. c. 8.*

Tertius & Quartus Ordo initium duxer-  
 runt à S. Franciscā Romana Vidua, & S.  
 Brigitta, quarum altera novum Ordinem  
 sub titulo S. Salvatoris, altera sub Regula  
 S. Bene-

S. Benedicti fundavit. Utramque autem prius in III. Ordine S. Franc. de Pœn. Professiōnem emisſe, testantur *Arturus in Mart. Franc. ad diem 9. Martii. Bordon. in Chron. & Bullario trium Ordinum. Chron. Prov. Portugal. parte 1.* aliique non pauci apud eosdem. Et quidem de S. Franciſca legimus; eam primò sub P. Bartholomæi Mino-ritæ Confessarii sui [ ex Conventu trans Tyberim ] obedientia & directione omnia sua consilia promovisse. De S. Brigitta verò constat: quod in contestationem prioris suæ Professionis sub Tertia Regula S. Franciſci nodoso se fune cinxerit, & apud Moniales Franciscanas S. Laurentii in Panis Per- na sepeliri elegerit.

*Quintus Ordo.* à Ven. Famula Dei ( Ma- ria Longa) originem trahit (Capucinarum ) dictus. Hæc famula Dei ex Iberum solo oriunda, supremo Regni Neapolitani Cancel- lario in matrimonium data, quæ Divæ Vir- gini apprimis devota, ex Lauretana Peregrina- tione, ad votum in infirmitate emissum persolvendum, suscepit, Neapolim redux hospitale largis prouentibus dotatum funda- vit pro morbo incurabili laborantibus: cùmque opes ejus tam copiosè affluerent: etiam Parthenonem Sanctimonialium in ho- norem B. Virginis ( in Jerosolymis dictam construxit, Grandis stupor, & mira ædifica- tio mundum Neapolitanum pervaserunt; quando confexit tam præcellentem, & perillustrem Dominam contemptis saceruli il- lecebris , humilem III. Ordinem de Pœn. assumere, religiosis suis Consororibus ut ancillam famulari, solemnem claustralim vi- tæ Professionem emittere, & ex *Pauli III.* Jussu suo noviter fundato Monasterio ut Ab- batissam præfesse. Neque in hoc perfectionis gradu sistebat Famula Dei, sed prioris Insti- tuti sui Regulis paululum immutatis, cum suis Tertiariis Sanctimonialibus ad hoc ar-

denter anhelantibus, maximè verò S. Caje- tano persuadente, Auctoritate Apostolicâ ad primam Regulam S. Claræ accuratè ser- vandam, perpetuo se voto adstrinxit. Quia verò tunc temporis Neapoli nulla adhuc P. P. Reformatorum notitia, vel domici- lium erat; præfatæ Moniales spirituali P. P. Capucinorum gubernio eadem Auctoritate sunt commissæ; quod occasionem & causam dedit Nomini Capucinarum, denominatio- ne hac ad plures Italiae & Germaniae Con- ventus translata. Verum cujuscunque tandem hæ Moniales directioni subsint, certè jure meritissimo Clarissarum, aut Coletanarum titulo gaudebunt, prout *Orb. Seraph. Tom. 2. Lib. 11.C.10. n. 381.* apertè demonstrat.

*Sextus Ordo.* Insuper bellum, quod Se- raphicus Pater tartareis potestatibus, Pœnitentiæ, Orationis, Prædicationis, aliisque spiritualibus exemplaris vitæ, & ædificatio- nis armis indixerat, etiam materiali gladio per quosdam suos Filios (S. Joannem de Ca- pistrano, B. Franciscum Ximenium, aliósque permultos) summâ cum laude prosequi con- tendit; dum sacram militiam contra visibles Dei, & S. Matris Ecclesiæ hostes suscitavit, conscripsit, armavit. Enim verò anno 1623, Ferdinandus Gonzaga Mantua Dux, præ- misso in Conventu Ara-Cælitano [cum Ca- rolo Nucernensium Duce, & Alphonso Co- mite Atamio Alemanno] Novitiatus inito cum Franciscanis consilio, sen. et ipsos, fortunas, & arma sua in S. Rom. Ecclesiæ, & immacu- latæ Conceptionis B.M. V. defensionem, ad Catholici nominis exaltationem, ad infide- lium quorumcunque extirpationem, Deo omnipotenti consecrare decreverunt. Hunc Ordinem militarem Equitum Regularium approbavit *Urbanus VIII.*, & sub titulo im- maculatæ Conceptionis ( teste Menol. Franc. fol. 331. in Hist. prolog.) sub *Regula S. FRANCISCI*, sub protectione Archangeli Mi-

Michaëlis, & S. Basili Episcopi Institutum confirmavit; eorumque publicam Professionem, anno 1624. 21. Jan. ad manus suas emissam suscepit. Eorum autem primaria & fundamentalis ratio fuit: ut nempe dicerentur Equites S. Militia Christianæ, sub Regula S. FRANCISCI, & sub Immaculatae Conceptionis titulo; qui solemnni voto, & jamento se obligarent, in quavis occasione, terrâ marique contra quoscunque S. R. Ecclesiæ hostes decertare.

Sunt & alii religiosi Ordines, Status, & Conventus; qui vel à S. FRANCISCO tanquam fonte totaliter profluunt, vel saltem rivulos suos indè trahete dignoscuntur. Nam

*Primo.* S. Petrus de Alcantara, Franciscanus Discalceatus, Seraphicæ Virginis Theresiæ Confessarius; verbo, & exemplo, consilio, & facto, promisso & assistentiâ, zelosè & efficaciter adjuvit reformationem antiquissimi & celeberrimi Carmelitarum Ordinis.

*Secundo.* S. Franciscus de Paula, nativitatem suam, educationem, primam Professionem, & inclyti Minimorum Ordinis institutionem Seraphico P. FRANCISCO debet & adscribit: in hoc præsertim eidem primatum cedens, quod, dum ille suos Asseclas [Minores] nuncupat: hic Minimos appellare non gravetur. Quidquid in hoc puncto invidiae, livoris, odii, similitatis, aut judicii disquirendum occurrit: aliorum studio, calamo, & judicio decidendum relinquo. *Ait gubern. in Orb. Seraph:* T. 2. L. 13. C. 4.

*Tertiò.* S. Ludovicus IX. Galliarum Rex III. Ordinis S. Franc. Regulam professus ex laudatissimo Zelo Parisiis illarum Feminarum cœtum collegerat; quæ laboris impatientes, turpis lucri quæstu venalem pudicitiam expouere non erubescabant; iisdem domum quandam Palatio suo vicinam: quam Filiarum Dei domum, seu Cœnobium vocitabant: ædificari, iisque simul collectis, necessaria

Vinea Seraphica.

ad victum, & vestitum, nil ultra postulantibus, suppeditari voluit; quo facto lupanar exspoliavit omnibus illis, quæ solius inopiae titulo peccare consueverant: pro quibus in sancto Proposito conservandis sufficietes in Testamento redditus reliquit.

*Quartò.* Serenissima patiter & piissima Regina Sancia Tertiaria circa annum 1324. (P. Philippi Aquerii Confessoris sui consilio, & operâ) plures hujusmodi miserabilium personarum centurias, ad veram Pœnitentiam Neapoli perductas, duobus Monasteriis [nempe S. Mariæ Magdalena, & S. Mariæ Ægyptiacæ] amplissimo proventu dotatis sub Fratrum Minorum regimine, Apostolicâ Auctoritate conclusit. Quæ Monasteria tamen successu temporis pro solis deputata sunt Virginibus Monialibus.

*Quinto.* Equites S. Sepulchri à glorioſissimis Christiani Nominis Ducibus (Balduino, & Godefrido) descendentes, purè à P. Guaridiano Jerosolymitano creantur. Cinguntur gladio, & torque aurea insigniuntur, siveque Nobilitate firmantur. Qui Equestris Ordo specialibus suis Constitutionibus regulatur.

*Sextò.* Ordo Ascensionis D. N. J. C. Regulam Fratrum Minorum sub invocatione S. FRANCISCI assumens; sed additis quibusdam Constitutionibus Habitum variando, novam quodammodo Religionem constituit. De qua maximè agit Wading. Tom. 1. Annal. ubi omnes Congregationes, (quæ in Ordine FF. Min. numerantur) clare recenser,

*Septimò.* Ordini Equitum Militia Christi initium dedit P. Stephanus Minorita. ex Prov. Lusitan. Regis Dionysii Minister fidelissimus, Consiliarius, Confessarius, à Clemente V. creatus Episcopus Portuensis in Lusitania. Deinde ob suas eximias virtutes ab eodem Christi Vicario summè commendatus, ad Ecclesiæ Ulyssiponensis Insulam assumptus. Cum is anno 1313. ad ipsum Clementem Regius

Regius Orator venisset pro Commandis Temporiorum tunc extictorum impetrandis; ex ejus consilio, novus Ordo, sub titulo: Equitum Militiae Christi, institutus est à Rege Lusitaniæ; cum annexione Commendarum prædictarum & Confirmatione Apostolicâ Joannis XXII. additâ speciali Bullâ: *Cum horum bonorum. Eccl. datâ. 14. Martii. 1319.*

Qui plures Ordines, Congregationes, Confraternitates, piæque perpetuæ memoriæ Fundationes ex hac III. Seraphica Vinea, tanquam tot novos palmites desiderat: consulat *Historica prolog. Menol. S. Franc. sub finem.*

§. II.

Quantum ad Hierarchicam Dignitatem Personarum, à quibus Habitus Tertiæ Ordinis S. FRANCISCI assumptus est; nulla est in Statu Ecclesiastico Gradus Excellentia: quæ de eo, & de qua vicissim Tertius hic Seraphicus Ordo gloriari non possit.

*Summi Pontifices ex III. Ordine  
S. FRANCISCI.*

Ex summis Pontificibus Ordinem III.  
S. Franc. de Pœn. suscepérunt.

CLI. **G**regorius IX. Erat hic oriundus de civitate Anagniæ, Hugolinus ante dictus. Tristerii de Comitibus Signie Filius, Episcopus Ostiensis, & Veliternus, Innocentii III. Nepos. Creatus Romæ, & coronatus ad S. Petrum 5. Kal. April. 1227. Creavit Cardinales 13. Chronica & Scriptores Ordinis ipsum mirè commendant de sanctitatis commercio, quod cum S. Francisco, ejusque Sociis & Fratribus perennavit, quorum Habitum ad excellentiores fines sæpius portavit, Apostolicam suam Dignitatem, sùmque Majestatem sub paupere cucullo abscondit. Ss. FRANCISCUM, Antonium, & Elizabetham canonizavit, plurimaque præ-

stit. Ob quæ meritò dicat Ordo Seraphicus, illum fuisse suum Pontificem. Vixit in Pontificatu Annos 14. Menses 5. dies 10. quibus Jus Canonicum suis Decretalibus clarissimè instruxit. Obiit Romæ 11. Kal. Septemb. 1241. Corpus ejus sepultum est in Basilica S. Petri. Ita *Lancelot. in Bullar. Chron. Rhetnecc. in Biante. Sann. Fortun. Huber. fol. 211.*

Martinus IV. Sanctitatem suam beatâ morte, crebrisque miraculis ad Sepulchrum suum editis testatam fecit. Fuit is natione Gallus, ex Brya, nobili Monpinciorum Familia originem trahens. S. R. E. Cardinalis, titulo S. Cæciliæ, Legatus Apostolicus in Gallia, quando ad summi Pontificatûs apicem fuit electus. Fuit autem vir optimus, & integrissimus, Ecclesiasticæ Auctoritatis Propugnator acerrimus, in ædificando magnificus, in Pauperes, & Nobiles calamitatibus oppressos munificentissimus. Quanti æstimaverit Ordinem Fratrum Minorum; non modò constat ex eo; quòd Generalibus & Provincialibus dederit auctoritatem, nomine S. R. Ecclesiæ instituendi Syndicos, sed etiam, quòd ante mortem Religioso Ordinis Habitum vestiri, & in eodem sepeliri voluerit, sùmque corpus Assisium ad S. FRANCISCI Ecclesiam transferri mandaverit, relicto inter alios Jacobo Sabello Cardinale, Testamenti sui Executore. Qui dum ad summi Pontificatûs honorem ascendit sub nomine Honorii III. etiam quoad hoc voluit ultimam Sancti Pontificis voluntatem impleri, scriptis Perusium litteris: nam ibidem obiérat Martinus IV. anno 1285. Translationem hanc ægre tulerunt Perusini, nolentes sanctum corpus à se dimittere, sed in Cathedrali Ecclesia S. Laurentii apud se sepelendum curaverunt; cùmque post annos aliquot Templum repararetur: inventum est idem corpus omnino integrum, Habitusque Minoriticus, in quo sepultus erat, omnino il-

la-

Iæsus. Rexit Ecclesiam Dei annis 4. Mense 1. Diebus 7. ad ejus tumulum multi infirmi, cæci, surdi, claudi, & muti desideratam sanitatem receperunt. Ita Menol. S. Franc. ad diem 2. Martii. n. 1. & 2. Platina. F. Thitem. Gualt. Baron. Wading.

in Ara Cæli Curiaæ Commissario, & Regis Catholici Theologo, Regul. Observantiaz; ipse P. Diaz mihi jure-jurando adhuc vivens attestatus est.

*Cardinales ex III. Ordine  
S. FRANCISCI.*

CLII. **I**nter Purpuratos S. R. E. Cardinales (qui tanto prosecuti sunt honore, & amore D. FRANCISCI Institutum; ut humilem ejus Habitum Pœnitentiaz; gloriozæ Purpuræ non tam æquaverint, quam Statum hunc Tertii Ordinis de Pœnitentia assumendo prætulerint) jure meritissimo omnium primas sibi vendicat Eminentissimus D. Gabriel de Trejo. Cardinalis Presbyter; titulo S. Pancretii, & Archi-Episcopus Salernitanus, Hispanus, & germanus Frater Antonii de Trejo Episcopi Carthag. Quibus ambobus cum famosus P. Lucas Wadingus Ordinis Chronologus Opuscula S. Francisci à se edita dedicâsse, inter alia scribit: id mihi, imò & universæ Regis Catholici Curiaæ probavit nunquam sat laudanda, sed nec aliquando delenda Emin. Cardinalis pietas; qui, ut rubeum accepit Pileum: cinericeum superinduit in pleno Nobilium Confessu III. Ordinis Franciscani Habitum, quasi purpuream celsitudinem circumdari voluerit mortis memoriâ in cantæ Majestatis fastigio, & sub humili veste Pœnitentium legibus adstringi, ne tantæ gloria periculofo tumore posset efferriri. &c. Postea insigni Responso 3. Julii. 1621. Zelum suum ardentissimum erga III. Ordinem S. FRANCISCI explicuit Tibure. Sicuti ad longum refertur in prol. opus. S. Franc. Egóque fragmentum ejusdem retuli in Praef. ad Lectorem. Vide Menol. S. Fran. fol. mihi 31. n. 12.

Ludovicus Ferdinandus Porto-Carero Cardinalis & Archi-Episcopus Toletanus: in

Sacello Portiunculae accepit Habitum, & professus est Regulam III. Ordinis. Anno 1671.

Eminentissimus D. Caspar Borgias, ex Familia de Conti, Hispanus S. R. E. Cardinalis, professus est Regulam III. Ordinis. Vid. Menol. in hist. proloq. fol. mihi. 215.

Cardinalis Berullus. Fundator Congregationis Sacerdotum Oratorii in Gallia, fuit Tertiarius Ordinis S. Franc. juxta libellum, editum Coloniae 1717.

Ferdinandus, Infans Hispaniae, Belgii Gubernator. fuit Tertiarius Ordinis de Poenitentia. Vide Menolog. l.c.

Christianus Augustus. Dux Saxoniae, de Familia Saxenseitz. Episcopus Raverin. & Praepositus Ecclesiæ Cathedralis Colon. adhuc in vivis degens, est III. Ordinis. Ita P. Matthias Keul. ad annum 1697.

Quantum ad alias Personas in Dignitate Ecclesiastica constitutas; si eas recensere vellem; vel benevoli Lectoris fatigarem oculos, vel rem prosecutione difficilem aggrederer; scilicet ob copiam, & multitudinem nimiam Tertiariorum in Ecclesiastica Dignitate constitutorum. In solo Legendario vita Ss. & BB. ex Tertio Ordine, impresso Bergami. anno 1648. Auctore P. Hieron. Cor. bon. Ordinis FF. Min. Reform. C. 21. & C. 213. & 214. inventio D. Leonem Archi-Episcopum Mediolan. D. Gualterium Episcopum Trevicensem. D. Richardum Episcopum Alexandrinum fuisse Tertiarios, & obiisse cum fama Sanctitatis. B. Raymundum Episcopum Fossa-Brunensem. S. Theologiae Doctorem eloquentissimum assumpsisse Habitum III. Ordinis, & juxta Annales Ulyssipon inter Beatos recenserit. Quibus (ex Episcopis nostri ævi) annumerari potest.

Joseph Clemens. Elector Colon. Episcopus Leodiensis, & Hildesiensis ex Serenissima Ducum Bavarorum stirpe oriundus.

Quem assumpsisse Habitum III. Ordinis testatur P. Matthias Keul in libello, intitulato: *Sanctitas & Amplitudo III. Ordinis. impresso Coloniae. 1696.*

Verum ut utar verbis Bartholomai Pisani L. 1. Fruct. 8. Conform. 3. parte princ. Quia apud plebejos quosdam Dignitas Ecclesiastica, alias dignitates excedens, parvi pendiuntur; referendum etiam est de Sæculi Principibus, qui Filii B. P. FRANCISCI sub humili Tertiariorum Habitū esse non sunt dignati.

*Imperatores, & Reges ex III. Ordine  
S. FRANCISCI.*

CLIII. C arolus IV. Boëmiæ Rex, & Imperator Romanorum, Romæ coronatus, assumpsit Habitum III. Ordinis, Wading. ad annum Christi 1378. Tom. 4. n. 1. Felix Reinec. P. 3. L. 1. C. 4. Menol. ad diem 28. Februa.

Joannes Brennus. Supremus exercitus Cæsarei Generalis. Fit Rex Jerosolymitanus, & Imperator Constantinop. assumit Habitum S. FRANCISCI per revelationem miraculosam, & moritur in Ordine cum fama sanctitatis. Ita Thales Franciscanus P. Felicis Reinec. impressus 1650. c. 2. l. 1. fol. 27. Wading. ad annum 1140. n. 5. Menol. in prolog. fol. mihi 22. Ubi diversos Reges, & Imperatores adducit, qui ante mortem Habitum S. Francisci assumpserunt, ex quibus paucos juxta ordinem alphabeticum delibasse sufficiat.

Aragonie Regnum Sacratissimum. Rex Jacobus ante mortem Habitum tertii Ordinis assumpsit, & in eodem mortuus, sepultus Barcinone in Conventu,

Armenie Regnum antiquissimum. Rex Joannes, qui tempore Generalatus S. Gonçalvi regnum tradens Nepoti suo Leoni, factus est Frater Minor

Ca-

Castellæ Regnum Catholicum. Rex Sanc-  
tius fuit Frater Minor ad tempus, & tandem  
etiam ut Frater minor decessit. Rex Ferdinandus ob devotionem ad S. FRANCIS-  
CUM ante mortem Habitum tertii Ordinis  
sumpsit, & in eo diem extremum clausit.

Cypræ Regnum gloriosissimum. Rex Hen-  
ricus : & vitâ & animo innocens Virgo : in  
assumpto Habitū S. Francisci mortuus est.

Danæ Regnum dedit Tertio Ordini Ja-  
cobum Regio Sanguine oriundum ; qui ob  
tumultus Lutheranorum discessit ad Regem  
Hispaniæ ; à quo benevolè exceptus, missus  
est ad Indias Orientales, ubi plurimū labo-  
ravit in vinea Domini, & sanctè obiit anno  
1535. Ita Menolog. Ordin. ad diem 29.  
Octob.

Gallia Regnum Christianissimum Ordini  
S. Francisci dedit ultra 30. Reges , qui in  
Francia Habitum S. Francisci devotè suscep-  
runt. Ex quibus Rex Robertus cum uxore  
Sanciâ Reginâ Habitum, S. Francisci assump-  
xit. S. Ludovicus nullo contradicente inter  
Fratres Tertiī Ordinis numeratur, Ecclesiâ  
etiam illud verificante.

Portu-Gallia Regnum insignissimum tres  
Reges numerat cucullo absconditos , vide-  
licet : Regem Alphonsum, Regem Petrum,  
& Regem Ferdinandum. Qui omnes ante  
mortem à Ministris Provinciæ S. Jacobi, Or-  
dinis Franciscani Habitum assumentes , in  
eodem devotè obierunt.

Siciliæ Regnum seu Trinacriæ Regnum  
augustissimum. Rex Fridericus Habitum  
Minoriticum per Ministrum Siciliæ voluit in-  
duere , nec ab hoc Proposito Procerum suo-  
rum argumentis [ut Regiæ Majestati sue in-  
decoro ] potuit ullatenus dimoveri ; sed in  
ipso decessit, & sepultus est Messanæ in Con-  
ventu S. Francisci.

De Hispanica Orbis novi, & veteris Mo-  
narchia nemo inficiari poterit , quin (post-

quam haec per Filiam & Hæredem Joannam  
Philippi I. Austriaci Conjugem translata est  
ad Austriacos Principes Hispanos) simul  
etiam quasi mos profitendi Tertium Ordini-  
nem S. FRANCISCI apud hujus Regii San-  
guinis Personas translatus , & inductus sit.  
Siquidem in uno Saeculo sex Reges, & Regi-  
nas fuisse membra III. Ordinis afferit. P.  
Diaz in dedicatione sui Directorii Trium  
Ordinum ; ad Regiam Communitatem Fra-  
trum & Sororum Tert. in Regali Curia  
Matriensi.

Philippus III. Hisp. Rex Habitum III.  
Ordinis suscepit ex manibus R. P. Benigni  
à Genova totius Ord. Fratrum Minorum  
Ministri Generalis.

Philippus IV. Hisp. & Indiarum Rex,  
prædictorum Regnorum Hæres, & Succes-  
sor : Exemplum Patris sui, Conjugis , &  
Sororis suæ (de quibus infrā) secutus Ter-  
tio Ordini se adscriptis , præsente R. P. Jo-  
anne Baptista à Camp. Ministro Generali to-  
tius Ordinis.

Carolus II. Hisp. & Ind. Rex Genito-  
ris sui insistens vestigiis , Regulam III. Ordi-  
nis professus est anno 1685. 26. Decemb.

Sed & plura Capita diademate cincta ex-  
hibet suspicenda Tertius Ordo S. P. N.  
FRANCISCI , de Pœnitentia dictus :

Belias Rex Hungariæ, S. Elisabethæ ger-  
manus Frater ex III. Ordine moritur. 1269.  
10. Martii.

Carolus II. Rex Siciliæ , Pater S. Ludovi-  
ci Episcopi Tolosani , professus est III. Or-  
dinem S. Francisci ; & cum fama sanctitatis  
obiit 1313. 6. Decemb.

Henricus Rex Daciæ sanctè obiit in Peru-  
gia 1415. 13. Mattii. postquam III. Ordi-  
nem professus , vitam miraculosam egit,  
cum Regni totius stupore.

Robertus. Rex Siciliæ & Jerusalem , Prin-  
ceps singularis justitiae , fuit membrum III.  
Ordin.

Ordinis, mortuus Neapoli. 1342. 9. Aug. Sepultus ibidem cum Habitū, in Conventu à se ædificato; condicto: *Conventus Corporis Christi*. Ubi habetur Sepultura Regia. Hic Robertus fuit Sermanus Frater S. Ludovici Episcopi, & obtinuit à Sultano pro FF. Minoribus Ss. Sepulchrum Salvatoris D. N. J. C. Montem Sion, Betlehem, ubi natus est Christus, vallem Josaphat, ubi est mortua Mater Dei. *Quæ omnia attestantur summi Pontifices; specialiter autem Clemens V. & ejus Successores.*

Horum IV. Regum vitam fusè videre licet in Legendario vitæ sanctorum, & Beatorum ex III. Ordine, impresso Bergami idiomate Italico. 1648. Auctore R. P. Hieron. Comboni Ord. FF. Min. Reform. Ss. Dom. nostri Urbani VIII. Pænitentiaro in Basilica Lateran. Qui singnla exactè probat ex Chronicis, & Arbore Religionis.

Adjungi potest Dux Jacobus Rex Majoricæ, cuius meminit *Bernardinus de Busiris C. 14. & Menolog. 1ma Martii*. Et Rex Jacobus. Quem adducit S. Joannes Capistranus. C. I.

*Duces, & Principes ex III. Ordine  
S. FRANCISCI.*

CLIV. **A**lbertus IV. Archi-Dux Austriae, Hierosolymis creatur Eques S. Sepulchri à Guardiano Terræ Sanctæ. Et per ipsum obtenta est à summâ Sede Confirmatio potestatis creandi auratos Equites, olim à Carolo Magno, & Godefrido Bullonio, Superiori Montis Sion concessa. *Wading. ad annum 1342.* Hic Albertus vocatus fuit mundi miraculum. Ita. *Thales Franciscan. p. 3. fol. mshi 162.*

Joannes Austriacus Caroli II. Hispan. & Ind. Regis Frater, recusatâ Infulâ Archipiscopali assumptis Habitum III. Ordinis de

Pœnitentia. Jubeor hic [inquit P. Fortun. Huber.] calatum retrahere; quando accutissimus P. Felix Rheineccius [in suis *Sapienibus*, Solone & Thalete] per extensum inducit variam Imperatorum, & Regum, maximè autem ex Serenissimâ Archi-Ducali Domo Austriacâ prodeuntium inclinationem, quâ humilem S. FRANCISCI Ordinem suis beneficiis, favoribus, & gratiis prosequi dignantur, eundemque potentissimâ sui protectione fovent, cumulant, fulciunt, promovent, extendunt, amplificant, & honorant.

Albertus V. Archi-Dux Austriae, Romanorum Imperator coronatus, summè æstimavit Ordinem S. Francisci, suamque teneram affectionem ostendit erga B. Jacobum à Marchia. Patris sui vestigia secutus est Filius ejus Ladislaus Hungariae, & Boemiam Rex, qui summo affectu prosecutus est S. Joannem à Capistrano. De quo P. Felix Rheinec. in suo *Thalete Francisc.* 1650. p. 3.

Fridericus IV. Romanorum Imperator ad annum 1450. totis conabatur viribus pro suo in Seraphicum Ordinem affectu S. Joannem Capistran. Virum Dei celebratissimum, tubis & buccinis conclamatum Germano Imperio inferre, ut illud suâ sanctitate, doctrinâ, & miraculis illustraret.

Ferdinandus II. Archi-Dux Austriae, non solâ florentissimâ cuiusdam Provinciæ Tyrolensis erectione, & Oenoponti in Ecclesiâ Aulicâ P. P. Franciscanorum, argenteâ (in honorem Deiparæ sine macula conceptæ Virginis) Capellæ fundatione contentus erat; sed insuper candidâ mente aliquoties asserbat Ordinem S. FRANCISCI esse medullam Orbis Christiani.

Carolus IV. tantus ille hostium Domitor, & Legum Imperialium Fundator, non tantum non accepta quædam sanitatum, ac victoriarum beneficia, Franciscano Ordini

in acceptis retulit : sed (ut alibi jam dictum est) etiam III. Ordinem publicâ professio-  
ne, & Habitûs gestatione exornavit.

Leopoldus Archi-Dux insignia quædam præstabat Ordini præfato emolumenta, sed vel maxima devotionis argumenta erga S. Paschalem Baylon; cuius meritis & interces-  
sione à lethali & desperatâ infirmitate mi-  
raculosè est liberatus. *Ita Menolog. ad diem  
28. Februarii.*

Et generaliter : tota serenissima Domus Hapsburgica promovit [in hodiernum usque diem] decorem, splendorem, & æstima-  
tionem Trium Ordinum S. FRANCISCI.

Serenissimus [modernus feliciter Regens] Magnus Dux Hetruriæ Cosmus III. summa-  
cum pietate, & humili ædificationis exem-  
plo Habitum III. Ordinis suscepit anno 1685.  
19. Decemb. à totius Ordinis Gen. Ministro,  
Petro Marino Sormani à Mediolano, ex  
Guard. Hierof. & S. Officii Consult. Fran-  
ciscus Dux Britanniæ minoris, seu Armori-  
æ publicè & solemniter accepit Habitum.  
III. Ordinis. Obiit 13. Septemb. 1478. *Ita  
Legend. & Chron. Ord.*

B. Robertus de Mala Testa. Dux & Prin-  
ceps Ariminensis. Cujus sancta & miracu-  
lis plena vita legitur in *Legend. P. Combon.  
C. 119.*

Carolus Philippus Princeps de Rumben-  
pre in Belgio.

Alexius Princeps de Nassau Ecclesiæ Me-  
tropol. Colon. & Cathedralis Leodiensis  
Canonicus.

Franciscus Baptista de Capua. Princeps de  
Caspoli. ita *P. Keul. Min. in libello edito Co-  
lonia de III. Ordine.*

Principum scenam claudat meo tempore  
sepultus Romæ anno 1712. Julius ex vetusti-  
fima Sabellorum stirpe, Albani & Venafri  
S. R. I. Princeps Marforum castri Sabelli  
Dux Chinchioni & Celani Comes, & Mar-

chio S. Martini. &c. S. R. E. Marschallus  
Comiti Pontificii custos perpetuus, inter  
Hispaniarum Magnates aurei Velleris Eques :  
ultimo Hæres stemmatis antiquissimi; ex  
quo cælum ipsum desumpsisse dicitur sanctos  
12. quos inter S. Alexius ignotus in ædibus  
paternis latitans mendicus ; Ecclesia Catho-  
lica Pontifices 6. quorum unus Honorius  
III. Regulam S. Francisci confirmavit. Ut  
tacitus præterea S. R. E. Cardinales, aliós  
que Praelatos quāplurimos, qui ex domo  
hac Sabellorum antiquissimâ prodierunt.  
Hic tamen Heros tot paternarum gloriarum  
scriptus quasi ex asse Hæres, omnes Familiae  
splendores, omnes stirpis illustrissimæ, &  
sanguinis honores, meritis Seraphici P.  
FRANCISCI confisus, cinereo Tertii Or-  
dinis Habitū contegere, secundumque sepelire  
voluit Romæ in Templo Ara-Cælitano 5.  
Martii. 1712. vixit annis 86.

*Comites & Primarii Nobiles. Sive,  
Equites ex III. Ordine  
S. FRANCISCI.*

CLV. **S.** Elzearius. Comes Ariani.  
B. Albertus de Monte Acuto à S.  
P. Francisco Habitum III. Ordinis suscepit,  
qui & tunicam, in qua S. Pater Stigmata Sal-  
vatoris à Seraphino sibi impresa acceperat,  
ab eodem Seraphico Patre, de monte Alver-  
niæ stigmatibus insignito descendente, do-  
natam accepit. *Ita Menol. S. Franc. ad 29.  
Novemb. n. 9.*

B. Franciscus Cataneus. Comes Clunensis  
nobilissimus, condictus Comes de Chusi,  
dono dedit S. FRANCISCO montem Alver-  
niæ, in quo postmodum suscepto Habitū  
III. Ordinis, vitam Eremiticam duxit, &  
sanctè ibidem obiit. *Vide Monol. Ordin. ad  
diem 15. Novemb. & Legend. C. 159.*

B. Or-

B. Orlandus Comes de Chiisi fuit Tertiarius, & S. Patri admodum familiaris. *Vid. Legend. vita Sanct. C. 30.*

B. Carolus. Comes de Monte Granello. Fuit III. Ordinis, & sancte obiit 1402. *Ita Legend. vita Sanct. ad diem 24. Novemb. C. 103.*

B. Tariatus. Comes de Petramata. Sancta memoria celebrandus. *Vide Menolog. Ord. ad diem 11. April. n. 9.*

Sunt & alii plurimi Comites S. R. I. in Germania. De quibus agit P. Keul in suis *Quæst. de III. Ord.* Sufficiant pauci sequentes.

Carolus Franciscus de Bourgoigne. Comes de Wachen.

Franciscus Comes de Erps.

Franciscus Georgius. Comes de Manderscheid Blanckenheim. Comes de Mallura. Unicus superstes Hæres paternorum bonorum. sepultus Romæ in Ara Cæli. 6. Martii. 1713. publicèque in Habitū Tertiarii expofitus.

S. Conradus. ex perillustri Familia Con faloneria.

S. Rochus. ex generosa Progenie de Cruce.

Franciscus Philippus de Meleun. Marchio de Risbourg.

Franciscus de Moncada. Marchio de Ay tone.

Antonius de Soniga. Marchio de Mirabelle.

Franciscus de Gaure. Marchio de Mala Spina.

Omittendo plures, & innumeros: postremo loco pono, Perillustrem D. Theodorum de Westerholt. D. Hæreditarium in Lembeck, Coppel, Embte, Lage. &c. Cujus memoria, ob innumera beneficia Provinciae matri meæ Saxoniæ S. Crucis collata, nunquam ibidem emoriatur.

Plures hujusmodi Regio claros Sanguine Duces, Principes, Marchiones, liberos Barones, passim notos, & adhuc viventes in partibus Germaniae ulterius in scenam dare, sub Habitū cinericeo cum chorda servientes Deo [ cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum ] detegere, modestia vetat, & taciturnitas.

Sufficiat de eo audire Joannem Caramuel Abbatem Ordinis S. Benedicti, & Episcopum Campaniæ, qui in Laudes III. Ordinis sic excurrit, dicens P. 8. *Theol. Regul.* Florentissimus est hic III. Ordo S. FRANCISCI; multos enim Reges, & Principes in hac vita formavit, & purificatos Cælo dedit. Institutus divinitus, ne quis serviendi Deo, & vivendi in Ordine commoditate careret. Habet Regulam securam, & suavem, quam quis possit domi suæ servare, & sine matrimonialis Statu aut injuriâ, aut carentiâ,

### Imperatrices & Reginæ ex tertio Ordine

#### S. FRANCISCI.

CLVI. B. Elizabeth. Imperatrix Romanorum, Vida. III. Ordinem assumpsit, eundemque suâ sanctitate & Nobilitate illustravit Fuit uxor Caroli IV. Imperatoris Germ. miraculis clara. *Menol. 18. Julii Legend. C. 215. Rheinec. p. 3. Thaletis Francisci. fol. mihi 100. citans Bzovium ad annum 1378. Waddingus scribit hanc Imperatricem Romanorum coronatam fuisse Boëmiæ Reginam, & in summo felicitatis apice constitutam ( scilicet eodem tempore : quo à Filio suo Wenceslao electo Cæsare, & ab altero Filio Sigismundo Electore Brandenburgico, aliisque Principibus maximis honorabatur) spretis honoribus amplissimis, humilem Tertiariam pauperis Francisci Filiam vivere & mori voluisse.*

B. Jo-

B. Joanna Imperatrix Græcorum , & Constantinopoleos fuit vestita post mortem Mariti Habitum III. Ordinis. Ita Menol. ultimo die Decemb. Legend. vita Sanct. C. 58.

*Thales Francisc. p. 3. pag. mihi 330.*

Elisabetha. Conjurx Matthiae Imperatoris V. prol. octav. in fine apud Fortun. Huber. fol. 227.

Leonora Gonzaga. Imperatrix. Conjurx Ferdinandi III. Caroli. Duci Mantuanii Filia.

Maria Theresia. Conjurx Ludovici XIV. Galliarum Regis.

Maria Anna Neoburgica. Conjurx Caroli II. Hispan. Regis.

Maria Anna Josepha. Soror Leopoldi I. Conjurx Joan. Wilhelmi Electoris Palatini. De quibus V. Matth. Keul. in libello suo Colonia edito 1698.

Eleonora Imperatrix, Vidua Leopoldi I. piæ memoriaz quondam Conjurx; Mater Caroli III. Rom. Imperatoris, & ejusdem nominis VI. Hispan. & Ind. Regis, actualiter adhuc vivens, Habitum III. Ordinis succepit 1685. in Festo Portiunculæ ex manibus R. P. Petri Sormani à Mediolano. Ministri Gen. totius Ordinis. Viennæ in Sacello Aulico.

B. Blanca. Mater S. Ludovici Regis Franciæ, & Filia Regis Castellæ III. Ordinem succepit. *Vid. Menol. 3. Novemb. Legend. vita Sanct. C. 21.*

Bianca. Regina Catalauniaæ.

Blanca. Regina Siciliaæ.

Maria Regina Aragoniæ. *Ita Menol. Ord. ad diem 23. Martii. Legend. C. 88.*

Elisabetha præclarissima Regina Hungariaæ, Soror Poloniæ Regis Casimiri, Mater Ludovici Hung. & Polon. Regis. Regni Poloniæ bis Gubernatrix. III. Ordini S. FRANCISCI se addixit. *Menol. 30. Decemb.* obiit Budæ. 1381.

B. Constantia Neptis Friderici Imperatoris  
Vinea Seraphica

& Conjurx Petri Regis Aragoniæ numeratur inter Beatas III. Ordinis. Ut etiam B. Cygna. Germana Soror S. Elisabethæ. *Ita Legend. C. 215.*

Catharina. Serenissima & piissima Regina Bosniæ accepit Habitum III. Ordinis Romæ; sepulta in Ecclesia Ara-Cælitanâ, ante altare majus sub petrâ marmoreâ bene ornata ex Mandato Sixti IV. 1458.

B. Constantia. Regina Castiliæ, Filia S. Elisabethæ Reginæ Portugalliaæ obiit in Habitum III. Ordinis, ut legitur in vita S. Elisabethæ Reginæ Portug.

Joanna Regina Neapolitana III. Ordinem assumpsit, & heroicis virtutibus eundem decoravit. *Vide Menolog. ad diem 12. Febr. n. 9.*

B. Maria. Regina Hungariaæ, Conjurx Regis Beliæ, fuit Tertiaria. *Ita Legend. vita Ss. fol. mihi. 198.*

B. Maria. Regina Boëmiaæ fuit III. Ordinis. *Menolog. ad diem 31. Decemb.*

B. Maria. Regina Aragoniæ fuit Tertia-

ria. *Legend. vita Ss. C. 88.*

B. Sancia. Regina, Conjurx Roberti Regis Siciliæ 1343. post mortem Mariti Regis accepit Neapoli Habitum III. Ordinis; ubi construi fecit IV. Conventus pro FF. Minoribus, & in Terra Sancta Conventum Montis Sion propriis sumptibus; ubi obiit. 1345. 20. Julii & sepulta est in Regio sepulchro. *Ita Chron. Ord. E& Arbor. Relig. C. 71. L. 7. Capit. 49.*

Elisabeth. Regina Hispaniarum, Uxor Philippi IV.

Maria. Serenissima Princeps. ejusdem Philippi IV. germana Soror.

Catharina Regina Angliae.

Agnes. Filia Regis Galliæ.

Isabella. Caroli IV. laudissima Conjurx.

Aloysia. Francisca. Joannis IV. Portugaliæ Regis Conjurx cum D. Marito suo.

Elisabetha. Maximiliani II. Filia, & Re-

gina Galliæ.

Z

Joan-

Joanna Caroli V. Filia

Maria. Maximiliani II. Romanorum Imperatoris Conjux.

Maria. Ferdinandi III. Rom. Imp. Uxor.  
III. Ordinem sunt professæ. *Ita Menolog. ultimo Decemb. Orb. Seraph. To. 2. Burven. in Coroll. Rhein. in Thalete.*

Scenam tot serenissimarum coronatarum Personarum claudat serenissima Regina Poloniae Eleonora. Nata Archi-Ducissa Austriae Soror Leopoldi I. Roman. Imperatoris, postmodum ex Regina Poloniae Vidua, Conjux Ducis Lotharingiae Caroli V. quæ anno 1685. 19. Octob. à Ministro Generali totius Ordinis Viennæ Habitum III. Ordinis devotissimè suscepit. Quod piissimum Conjugis suæ exemplum secutus est serenissimus Dux Carolus, ejus Maritus.

Alias Personas sublimes ex devoto femineo sexu, sanguine & virtute clarissimas [quæ non horruerunt, imò maximo sibi honori duxerunt, esse, & nominari in cinereo Pœnitentia vestimento, tam pauperis Francisci, quam dictissimorum Regum, & Imperatorum Filiæ] in medium producere nimia multitudo non permittit. *Vid. Hist. prol. ad Menol. S. Franc. fol. 226.*

### Filia Imperatorum, Ducum & Principum ex III. Ordine

#### S. FRANCISCI.

CLVII. **C**oronidem imponant operi. Illusterrimæ & Excellentissimæ Personæ quæ ob famam sanctitatis intèr Beatas Tertiarias numerantur.

B. Catharina. Ducissa de Milano. obiit cum fama sanctitatis. *Vid Legend. C. 4.*

B. Lauda. Ducissa serenissima ex III. Ordine maximis fulsit virtutum & Meritorum excellentijs. *Ita. Menol. 30. Martii. n. 9.*

B. Angelina. Comitissa de Civitella; accepto Habitui III. Ordinis, permultis fuit illustrata miraculis. Sepulchrum ejus sudavit sanguine, & corpus ejus maximâ cum veneratione, quasi adhuc integrum translatum est ad Ecclesiam Fratrum Minorum in Fulgin. *Ita Legend. vita Ss. C. 8.*

B. Angelina. Comitissa de Carbara. III. Ordinis S. Franc. ob crebra miracula colitur à populo. *Legend. C. 34.*

B. Anna de Cruce. Comitissa de Feria. Dicta de Ponce.

B. Beatrix Comitissa. Sepulta Mediolani, in Conventu S. Angeli; ubi & corpus ejus devotè colitur. Ut̄ habetur in vita. *Legend. C. 143.*

B. Beatrix. Soror S. Claræ.

Tertium Ordinem S. FRANCISCI de Pœnitentia pariter illustraverunt [ait *Fortun. Huber. n. 10.*] Sanctitate & Nobilitate excellentes.

Elisabetha de Messina.

Elisabetha. Romanorum Imperatrix Augustissima.

Francisca de Urbino. Francisca de Contra. Francisca de Britannia.

Gabriela de Nurgia.

Quæ omnes ac singulæ per sanctam & exemplarem vitæ conversationem, promerentur esse inscriptæ libro viventium. Ita Gonzaga. Arb. Ord.

B. Coleta. Filia Rudolphi Imperatoris.

B. Delphina. Comitissa, Virgo, & Sponsa S. Elzearii. Quæ accepto Habitui ill. Ordinis, juxta consilium F. Philippi Anquerii Franciscani, votum illibatae castitatis in Matrimonio servavit, & sanctè obiit *ita Legend. C. 15.*

Domina Eleonora Simearelli Cajetani Ducissa de Sermoneta. Electa Ministra Tertiariarum anno 1669. Romæ in Ecclesia Ara-Cælitana.

Ex-

Excellentissima Domina. Anna Maria Ludovisi. Principissa de Piombino. Electa in Ministram; & Praefectam Romæ in Ara-Cæli. adscripta III. Ordini. 1646. Illustrissima Ducissa Domina Olympia Caffarelli. Adscripta III. Ordini 1670. anno 1715. adscripta III. Ordini, in Ecclesia Mariae Angelorum Romæ Domina Principissa, Grillo Pamphilii. & 1716. fecit Professionem 31. Decembribus ad manus P. Laurentii de S. Laurentio Vice-Commiss. Gen. FF. Min. de Obs. in Capella Crucifixi. Romæ. Ita desumpta ex Catalogo recentiori Tertiariarum in Ara-Cæli,

Similes magni nominis Personæ in Germania plures reperiuntur, quæ II. Ordini de Pœn. pariter nomen dederunt. Inter quas:

Maria Eugenia electa & confirmata Principissa Eltensis, & Abbatisa Vredensis. Nata Comitissa de Manderscheid Blanckenheim.

Hedwigis Christina Gertrudis, Abbatisa Capituli Freckenhorstensis. Nata de Korff ex Sutthausen. Aliæque quam plurimæ.

Sed faveat benevolus Lector, ut manum submoveam operi, & de Personis ejusmodi (quæ III. Ordini de Pœn. incorporatae vitam sanctum, beatam, ac exemplarem duxerunt, & ducunt) longiorem sermonem texere supersedeam. Tuiba enim hæc nimis magna est, quam dinumerare nemo potest. In solo & unico Legendario toties citato inventio 281. Sanctos, & Sanctas, Famulos & Famulas Dei ex III. Ordine de Pœn. desumptas ex Chron. FF. Min. S. Francisci ex Chronologâ Reverendissimi & Illustrissimi Domini Francisci Gonzaga, quondam Min. Gen. totius Ordinis, postmodum Episcopi Mantuanus. Ex Catalogo R. P. F. Antonii Silis. Min. Gen. Religiosorum III. Ord. Ex Annalibus Seraph. Relig. P. Luce Wading. de

Obs. S. Officii Consult. tum temporis Roma. Ex Martyrolog. Francisc. A. R. P. Arturi Rothomag. ejusd. Ord. Ex Legend. vita Sanctorum ac Beatorum III. Ord. sedulò & fideliter extractorum. Ex A.A. approbatis per P. Hieron. Combon. Salodicensem, Prædicatorem, & Theologum FF. Min. de Obs. Reform. Prov. Brefcie, Pœnitentiarium Ss. D. N. Urbani VIII. in Basil. Lateran. Roma collectis. Reverendissimo & Illustrissimo Domino D. Ludovico Grimani Episcopi Bergani dedicatum, & ibidem Bergami approbatum & impressum.

In hoc tamen tam magno Sanctorum & Sanctorum, Beatorum ac Beatarum, ex tripli S. P. FRANCISCI Ordine, decantato, at nusquam satis decantando numero, observanda semper est omnibus FF. Minoribus [ quos in sola humilitate Franciscanâ, & in Cruce Domini nostri JESU Christi gloriari oportet ] doctrina, & cautela Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ. Nam paulò post inchoatos Ordines Sanctorum Patrum, Apostolici DOMINICI, & Seraphici Patriarchæ FRANCISCI suavis & felix inter utriusque Ordinis Religiosos suboriebat contentio: utra scilicet Religio sanctitate, & perfectione in Ecclesia Dei Romano-Catholica magis eminere conaretur? an Fratrum Prædicantium? an verò Fratrum Minorum? Ad occurendum tam sanctæ controverxiæ B.B. Patres, Humbertus Ordinis Fratrum Prædicatorum Magister Generalis, & Joannes de Parma Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis; serio de instauranda pace, & stabiliend utrimque seu fraternâ concordia, seu concordi fraternitate tractaverunt Mediolani anno 1255. Indè communi omnium utriusque Ordinis Religiosorum nomine, ad sue Professionis Secutores respectivè expediendo epistolam encyclicam; quæ iterum renovata, & pu-

blicata est anno 1265. quando S. Bonaventura electus est in Generalem Ministrum totius Seraphici Ordinis, in qua quidem epistola contenta leguntur sequentia :

*Cavendum est : ne quis nostrum sic Sanctos suos, sic Statum suum imprudenter extollerat, ut in aliorum depressionem laus talis taliter fieri videatur. Hæc, inquam, caveret, & ab omnibus caveri, summè avemus. Sub qua cautela scribo : tantum invaluit Ordinis Seraphici sanctitas in estimatione S. Dominici, ut S. P. Franciscum summo semper affectu sit prosecutus, & sequaces Alumnos ejus maximè semper dilexerit. Hinc in affectu sui contestationem, Comitiis Generalibus, & Provincialibus Fratrum Minorum sèpius interfuit ; & signatim Anno 1219. Assisi cum. 7. Sociis perfectionem ejusdem Ordinis summè démiratus est.*

Deinde refert B. Leo, eodem tempore Socius Seraphici Patris, oculatis ac præsens omnium testis ; quod bini iidem Patriarchæ quam plurima ad animarum salutem, & Christianæ Fidei nitorem, atque augmentum pertinentia, inter se persæpe contulerint, & de institutis suis Ordinibus confidentius egerint, tandemque S. Dominicus adjecerit : charissime Frater ; pro magnâ mè tecum necessitudine, præcordiali erga Filios, Confratresque tuos dilectione, & pacis, fraternitatisque, tuos inter & meos stabilimento, averem : ambos nos, nostrósque sub unâ ea-

démque Religione supremo Deo militare ; ut [ quos amoris fraterni, & affectus paritas in Deo conjunxit ] Religionis, & vita disparitas non dissolvat, separétque.

Cui pro innatâ sibi humilitate respondit Seraphicus Patriarcha FRANCISCUS: Amanissime Frater ; totum hoc divina voluntas fecit, & ordinavit, diversas nobis inspirando Religiones ; ut per Ordinis utriusque differentiam, & Praeceptorum diversitatem ( scilicet per rigorem, & lenitatem ) humanae infirmitati melius consideretur ; ita ut ( qui ob unius rigorem, ad Apostolicæ Perfectionis imitationem pertingere reformidat ( per lenitatem alterius ab eâdem perfectionis semitâ non retrahatur.

Demum Seraphicus Pater amicâ suâ humilitate, sanctâque importunitate ita B. Dominicum vicit, & convicit ; ut nodofo fune suo eundem etiam præcinxerit. Quod amoris Franciscani cingulum ( ut indissolubilis Fraternitatis Symbolum ) sanctus Vir sub vestibus exterioribus semper gestavit. Vid. Menol. Ord. de Serie Sanctorum, & Beatorum. in Hist. prolog. fol. mihi 206. Hinc nemo sibi præjudicio ducat, aut sinistro notet oculo ; si ingens Sanctorum & Beatorum numerus ex triplici Ordine S. FRANCISCI allegatus sit ; in quo sic laudetur Deus, Sanctus Sanctorum : ut nulli alteri sua gloria particulis, splendor, aut integritas minuantur, aut auferatur.

## F I N I S

Prinæ Partis.

VIA

VIA SACRA  
SEU  
EXERCITIUM  
Viæ illius dolorosissimæ  
QUAM  
DEUS - HOMO

Ad Mortem condemnatus  
Hierosolymis Cruce onustus  
ambulavit  
Ex Prætorio Pilati ad Montem Calvariæ,  
IN QUO  
Pro Salute humani Generis  
*Crucifixus*  
*Et*  
*Mortuus est.*

Sub Directione FF. Minorum de Observantia, Reformatorum,  
Recollectorum, Discalceatorum, & aliorum quorumcunque sub  
Obedientia Ministri Generalis totius Ordinis Seraphici militantium.  
Jam dudum à diversis Summis Pontificibus; novissimè verò  
à Ven. Servo Dei Innocentio XI. & piæ memoriaræ  
Innocentio XII. pariter Summis Pontificibus  
maximis Indulgentiis decorata.

Z 3

PRAE

## PRÆFATIO

Ad devotum & candidum  
Lectorem.

In quatuor mundi plagiis Seraphicus  
Ordo Sancti Patris nostri FRAN-  
CISCI plantavit Ecclesiam, &  
Catholicam Fidem, Martyrum  
sanguine, vita sanctitate, & doctrinae  
splendore in Europa; Asia,  
Africâ, & America.

I. IN Europa nostra ex multis pauca accipe.  
Ad annum 1366. Ludovicus Hungariæ Rex; dum Bulgariam & finitimas regiones barbaris præstigiis infectas obtinuisset, ut refert Hieronymus Platus apud Marchantium citatum in Histor. proloquiis P. Fortunati Huber in suo Meroplogio mibi fol. 27. octo duntaxat destinavit fratres Franciscanos: qui intrâ solos quinquaginta dies, ducenta millia hominum ad Christi Fidem perduxerunt. Quô successu impulsus Rex petivit à Ministro Generali bis mille Fratres, qui totam deinde Bulgariam gremio Ecclesiæ aggregaverunt. Gentem Lithuanicam pariter octo Fratres Minores ab errorum, & idollatriæ tenebris extraxerunt, adeò ut idolis, falsisque deastris succisis, tota ferè numerosissima Gens ad Baptismum confluueret; cumque nimius esset labor ratione multitudinis Baptizandorum, nec posset quilibet sigillatim baptizari; jubente Rege Jagellone (jam antea cum tota sua Familia baptizato) multitudo illa in turmas, & turbas divisa est, & sequestrata, & cuilibet turmæ sufficienter aqua baptismatis aspersa impositum est nomen Petri, Pauli. &c. Vel Mariae, vel Catharinae. &c. pro viris respectivè, & mulieribus. Nec minora operatus est S. Joannes

Capistranus circa Hungaros; qui anno 1450. unâ excursione duodecim millia hominum Ecclesiæ aggregavit.

II. A frica Turcas nutrit, Barbaros, & infideles. Anno à Conversione suâ undecimo S. FRANCISCUS quosdam Fratres, Marochium Barbariæ Metropolim misit: quos à Mahometanis Martyrio affectos, Sancta Romana Ecclesia S.S. Martyrum Apotheosi solemnitet annumeravit. Exinde præfatus Ordo conversionem Gentilium, & sancti Evangelii Prædicationem in Insula Madagascaro, in Insulis Canariis, in tortuosis Libiæ saltibus, Apostolico Zelo est prosecutus, & amplissimas acquisivit Provincias in Æthiopia, & Insulis adjacentibus, Barbaria, Ægypto; Cyrene, Troglodrata, Garamanta, Numidia, Mauritania, Getulia, Lybia interiore, Arabia, Biledulgeridia, Zaramo, Myritia, Nubia, Guinea, Congo, Cafferia, Monomotapo, Tercera, Madera, Buga, Pro-Montorio bona Spei, & Capitis viridis; maximè verò in Abyssino Imperio, aliisque Africæ Monarchiis, Regnis, Provinciis, Territoriis, Civitatibus, Emporiis, & Insulis, pauperculus sancti FRANCISCI accessus hospitia, Missiones Conventus, & Custodias frequentat; idque per quotidiana mortis pericula terrâ, marique, per carceres, & exilia, per compedes, & vincula salutiferam Christi Legem aut defendit promulgatam, aut defensam promulgat.

III. A Merica universa primos Operarios ad Culturam Fidei sibi à Deo reservatos recepit Fratres Minores. Ita testantur omnes Annales & Historiæ. Illi primi fuerunt; qui barbaras illas & gentiles Animas Prædicationis sulco penetraverunt. Illi primi fuerunt, qui scientiâ Evangelii omnes Indias impuerunt. Illi primi fuerunt, qui terras istas innocuo Martyrum sanguine irrigaverunt. Illi primi fuerunt; quorum laboribus tanta

Deus

Deus incrementa dedit : ut novus Orbis antiquum terrarum orbem floribus, & fructibus Sanctorum superasse videatur, multiplicatis postmodum ex omnibus Regulam Ordinibus Cooperatoribus. De quo fusè videri potest *Orbis Seraphicus P. Dominici de Gubernatis L. de Missionibus & Menolog. P. Huber in Hist. prolog. fol mihi 63. §. 5. & seqq.*

**IV.** *A*sia denique, prima Gentium titus sacros aliis terris communicavit. In illa creavit Deus Paradisum & primum hominem ; in Asia populus electus, Gens Israëlitica multiplicata, & possessionata fuit, ipsa Deum incarnatum [ scilicet Christum ] in Iudea Orbi exhibuit. Comprehendit autem Turcarum, Tartarorum, Persarum, & magni Mogolis Imperia. Chinam, Japaniam, aliisque vastissimas regiones, & Insulas. In hac Asia laborantibus adhuc primis S. FRANCISCI Sociis, *Gregorius Papa IX.* anno 1233. de Saracenis & Mahometanis convertendis sollicitus, industrios Operarios misit in Tartariam Asiaticam, cum tanta animalium messe; ut anno 1275. *Abagar Orientalium Tartarorum Rex*, suo, & *Quilibey Magni Chami*, Avunculi sui (qui uterque jam Fidem Christianam suscepserant) nomine mitteret Legatos Romanos; petens: quatenus Pontifex novos Operarios destinaret, ad totius populi & Imperii Tartarorum conversionem. Refert etiam Wadingus, ad annum 1254. num. 44. quod S. *Ludovicus Galliarum Rex* cuidam Tartarorum Regi *Sartacho* literis congratulatus sit ad Baptisma. Porro, dum fideliter laborant Operarios cum Regibus, & Principibus Tartarorum, immissiones fiunt per angelos malos; & Tartaria sit Mahometica, sub Tangodomane Tartarorum Principe anno 1282. rejecta Christianorum Fide; quæ tamen refloescere cœpit circa annum 1310. quando Joannes

Corvinus Seraphici nostri Ordinis Missionarius, magnum Chamum Tartarorum [ qui tunc imperabat ] unà cum matre ad Catholicam Fidem perduxit; propter quem etiam idem Chamus, seu Imperator in Baptismate Joannes vocari voluit, & paulò post ex hac vita migrans in Conventu Fratrum Minorum solemnni ritu tumulatus est; cuius corpus (ob ingruentia bella) à Fratribus fugientibus post tres annos exhumatum, cùm transferretur in Civitatem Ugnitarum, inventum est ita integrum, & incorruptum cum vestibus & pulvinari, super quod recumbebat; acsi eādem die fuisset sepultum, & adhuc circa annum 1400. Wadingus recentet Fratres nostros habitasse Chanbelegii in Palatio magni Cham, Contratæ, Armalechi, Iveriae, Tauricæ, Maxenæ, & in aliis 1453. Tattaria locis.

**V.** *E*fferatissimi & fatales Ecclesiæ inimici sunt Saraceni; qui ita nuncupantur à *Sarai* urbe, ubi Mahometes maximus ille Orbis impostor, primitus sepultus fuit; unde & Mahometis asseclæ dicti Saracevi, ex vi sui Alcorani sunt jurati, & infensissimi hostes Christiani Nominis. Nihilominus tamen & his pauperculos Fratres suos, tanquam oviculæ lupis opposuit sanctus FRANCISCUS, qui dum Regulam Christo dictante conscripsit; duodecimum & ultimum Capitulum expressit: *de cunctibus inter Saracenos & alios infideles. Cap. 12. Regulæ Minorum.* Si qui Fratrum divinâ inspiratione voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles: petant inde licentiam à suis Ministris Provincialibus. Nolens de hoc Fratribus dare Præceptum obligatorium, ut [ Christi advocante Spiritu] Apostolicum opus aggrediantur cum essentiali dependentia à Mittenente: *Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi iis: quos viderint esse idoneos admittendum.* Quibus in verbis in dispensabile, tūm

tum vitæ , tum doctrinæ , prævium examen comprehendit. Quanto autem desiderio & ardenti zelo S. FRANCISCUS meritò ob amoris vehementiam , & Charitatis incendium , per Antonomasiam ab Apostolica Sede nuncupatus *Seraphicus vir* optaverit Fratres suos quærere profusionem sanguinis , pro conversione Saracenorū , Turcarum , & aliorum Mahometanorum , docuit suo exemplo ipse *Martyr desiderio*. Etenim in Syriam primò , deinde Marochium versus ( *ait Spondanus* ) ex Martyrii siti viam arripuit : unde à Deo revocatus , tandem in Ægyptum profectus , Christi hostibus ultrò se offerens , pessimè à satellitibus habitus , Christum ardentissimè prædicavit ; si forte jam ipsum Dominus traderet tortotibus ; atque ideo ad castra Christianorum veniens , ubi & Christianis in obsidione Damiata certamen cum hoste parantibus futuram cladem prænunciavit : Post probatum rei eventum , mortis impavidus Soldano se sistere decrevit , castra Soldani pertransiit , & caput non amisit , quamvis crudele Edictam à Tyranno exivisset : ut quicunque caput alicuius Christiani afferret Byzantium ; aureum pro mercede reciperet. Ast intrepidus Christi Miles FRANCISCUS (assumpto Socio Fratre Illuminato ) iter aggreditur ; accurrit satellites , tanquam lupi rapaces ad oves , Servosque Dei feraliter apprehensos , verberibus tractant , & vinculis alligant : sique afflitos , & attritos ad ipsum Soldanum (divinâ sic disponente Providentiâ ) perducunt. Tantâ verò mentis constantiâ , tantâ animi virtute , tantoque fervore spiritus ipse FRANCISCUS Soldano prædicto prædicavit Deum trinum , & unum & Salvatorem JESUM CHRISTUM ; ut Soldanus admirandum in viro Dei spiritus servorem suspiciens libenter ipsum audiret ; Christi verò servus superno illustratus oracu-

lo ; si vis , (inquit) converti tu cum populo tuo ad Christum , ob illius amorem libenter vobiscum commorabor. Quod si hæsites propter Fidem Christi legem Mahometis dimittere ; jube ignem accendi permagnum , & ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar , ut vel sic cognoscas ; quæ Fides certior , & sanctior tenenda sit. Ad quem Soldanus : non credo (inquit) quod aliquis ex sacerdotibus meis propter Fidem se velit igni exponere , videbat enim ( hoc auditō ) statim ex suis virum grandævum ætate conspectui suo se subtraxisse. Nihil lominus Vir sanctus dixit ei : si velis promittere prote ac populo tuo , quod ad Christi Cultum [ si de igne illæsus exiéro ] veniatis ; ignem solus intrabo : Et si combustus fuero , id imputetur peccatis meis ; si autem divina me protexerit virtus : Christum Dei Virtutem & Sapientiam , Salvatorem omnium agnoscastis. Soldanus autem optionem hanc se non audere acceptare respondit , utpote qui seditionem populi formidabat ; obtulit tamen ei multa munera pretiosa , quæ vir Dei , sicuti lutum , sprevit ; Soldanus autem videns Virum sanctum tam perfectum , magisque illum admirans ; majorem erga ipsum devotionem concepit. Et quamvis ad Fidem Christianam transire nollet , vel forsitan non auderet. Rogavit tamen devotè Famulum Christi ; ut prædicta susciperet , Christianis Pauperibus , vel Ecclesiis eroganda ; ipse autem [ quia pondus fugiebat pecunia , & in animo Soldani veræ non videbat pietatis radicem ] nullatenus acquievit.

Amisso itaque (ut notavit Spondanus ) Martyrii spe , ad Christiana castra recessit ; neque vacua fuit illius prædicatio : quæ in Soldani corde mira jecit semina ; nam præter extraordinaria amorisindicia (apposito Symbole , ut à nemine suorum laderetur ) liberam illi , & Sodalibus suis licentiam indulxit , in

in suis Dominiis prædicandi : & Saraceni omnes hōscē Fratres Minores, de Christi Fide & Doctrina prædicantes, libenter audiērunt ; quamdiu Mahometi, tanquam mendaci & perfido , prædicatione suā manifestē non contradicerent ; imō videntes hi Barbari tantam horum Fratrum paupertatem, & quōd pecunias etiam in extrema necessitate acceptare nollent , senserunt barbaræ feritatis suā mentem mirandā prorsus virtute converti , & immutari in miserationis dulcedinem. Ipsius etiam Soldani animum itā flexit , & immutavit , ex feroci & barbaro in mansuetissimum , & benignissimum Franciscana Paupertas & Nuditas : ut Christianos constituerit sui corporis custodes, Crucem Domini ultrō reddiderit, Christianos salvis rebus & corporibus Ægypto exire permiserit ; omnēsque captivos ad triginta millia jussérunt redi , atque etiam in domo Hospitalis , pauperibus Christianis redditus opulentissimos legaverit. *Cardinalis Vitriensis lib. 3. Hyerof. Hist. ad Ann. 1219. S. Bonav. Cap. 4 Legend. S. Francisci. S. Antonin. Tit. 19. Cap. 8. Dominicus de Gubernatis Orb. Seraph. de Mission. antiqu. fol. mihi 583.* ubi etiam eundem Soldanum ante mortem miraculosē baptizatum fuisse , ex pluribus Authoritatibus sustinet.

VI. **I**ndē est, quōd nobilissima hæreditas pretioso Christi sanguine in sacra Palæstin, à Vexillifero , & Seraphico nostro Patriarcha sibi , Filiisque suis acquisita fuerit; utpote ; qui coram Tyranno etiam tunc hostiliter à Christianis impetito pro se , & suis Fratribus gratiam invénit , & facultatem impetravit ; ut in Ægypto , Syria , & totâ suā Ditione liberimē Evangelium prædicaret. prout & prædicavit , uti latè scribit dicitus Card. de Vitriaco. Legatus Apostolicus , & oculatus testis. *Wading. Tom. I. ad Ann.*

*Vinea Seraphica*

1219. Et quidem eo spiritūs feryore , & virtute imbutus ex alto ; ut integrā Cœnobia acquisiērit in Palæstina , Galilæa, Syria , Antiochia , & Cælesyriæ Metropoli possessionem Terræ sanctæ , totiūque Syriæ pro se & Filii suis , spiritūs sui & paupertatis hæredibus à Soldano accepit ; ubi etiam ad hæc usque tempora , sanctissimum Domini nostri Sepulchrum Jerosolymis , & alia Loca Redemptoris nostri sanguine conspersa , inter frementes Saracenos , & insatiabiles Turcas, Christiani nominis utrimque implacabiles hostes , summā cum veneratione conservant iidem Fratres Minores de Observantia. Mirabile quidem, & [ ultra quām explicari possit ] Ordini nostro. Seraphico gloriosum est , quōd tum per integrā ferè quinque saecula iidem Fratres , inter efferatos illos Barbaros , nec eorum insatiabili avaritiā commoti; nec minis, verberibus , carceribus , ac martyriis perterriti , tantā cum constantiā , imō ( si dicere liceat ) tantā cum maiestate potuerint manere. Quōdque etiam hodie Guardianus sacri Montis Sion, seu sanctissimi Salvatoris [ etiam dum ferus Ottomannus ab Exercitu Christiano hoc anno 1716. copiosè , & lethaliter cæsus inexplicabili rabie in Christicolas fremit ] sanctissimi Sepulchri Auratos Equites creet. Et quantumvis damnata Mahometis Secta scandalosā religione imponat mundo , Turcicum etiam imperium divitiis, sceptris, & armis formidabilem opponat potentiam, ac super vastissima terræ spatia superbū principatum extendat, Christianoque nomini perpetuas & irreconciliabiles struat insidias; attamen per universas ejus portas *Divi FRANCISCI* Ordo libero passu ingreditur & egreditur , sinē fatali impedimento ; & divinam plerumq; Turcicus furor Vindictam experitur, si in Religiosos sancti FRANCISCI ligno, ferro, aut alio quoquā, feralis violentiæ, actyran-

A a

nidis

nidis modo, crudeliter, & temerariè debacchari prælumpserit.

Hinc quidquid est vel Jerosolymis sanctum, quidquid Bethlemi devotum, quidquid in Aleppo antiquum vel etiam in Libano sublime, vel Damasco prodigiosum, vel in Tripoli aut Carmelo delectabile, vel denique quidquid in omnibus Terræ Sanctæ locis (ubi Christus Salvator noster vixit, & miracula edidit, ubi in Cruce mortuus, ubi videntibus Apostolis in cælum elevatus fuit) quidquid, inquam, religionis, & devotionis, & in cæteris memorabile, magnificum, & gloriosum observatur; id totum hæreditario quodam Jure debetur Ordini S. FRANCISCI. Ex eo summi Pontifices Missionarios à tempore ejusdem sancti FRANCISCI incipiendo, usque in præsens, semper amandaverunt, ad præstandum incolatum, & cultum sanctis illis locis; quorum conleuenter fidelissimus custos fuit semper eadem Franciscana Religio, cum omnium Jurium affluentia, tantoque cum decore, & magnificentiâ: ut dictus Guardianus S. Montis Sion, seu sanctissimi Salvatoris in Jerusalem pro tempore existens, non solum sit totius Terræ Sanctæ custos, & Missionum omnium illarum partium etiam per Ægyptum Praefectus, ac rei Christianæ per Orientem Commisarius Apostolicus; sed & specialissimo sanè privilegio in majoribus Festis, Missæ Sacrificium, pro majori Majestate, solemnissime in Pontificalibus cum mitra, Pedo, aliisque Pontificalibus Insignibus celebrare possit, & semper sic celebret in principalioribus anni Festivitatibus. Hinc etiam est, quod Imperatores, Reges Christianissimi, Catholici, Apostolici, aliisque Mundi Christiani Monarchæ, Principes, & Domini; Fratres hōsc Minores in Palæstina degentes beneficiis, favoribus, honoribus, privilegiis, & prærogativis innumeris prosequantur; quæ

omnia hic ad longum enarrare, intentæ brevitatis scopum plus nimio excederet; nam & iidem Fratres omnes, ex toto Mundo etiam hodie adventantes in Terram Sanctam Peregrinos hospitio suscipiunt, Fide instruunt, Mysteria, & Loca Passionis Christi explicant & monstrant, cōsque ad teneram erga passum in carne Deum compassionem accidunt.

Hinc etiam est, quod Augustissimus Imperator *Leopoldus I.* gloriofissimæ memoriæ, erga eosdem Fratres; & dicta sacra, ac pretioso Salvatoris nostri sanguine dignificata Loca, piissimum suum affectum luculentiter satis ostenderit & demonstraverit, quando Viennæ in Austria anno 1685. in Festo S. Mariae Angelorum, seu Portiunculæ, postquam Sacramentum Eucharistie ex manibus Reverendissimi Patris Petri Marini Sormaniæ Mediolano Ex-Guardiani S. Montis Sion, & totius Ordinis sancti FRANCISCI Ministri Generalis accepisset, finito Missæ Sacrificio, de novo ante altare genuflexus, protulit chartam augustissimo suo nomine subscriptam, ac Sigillo suo Cælareo munitam, quam devotè prius exosculatam ad manus dicti Ministri Generalis consignavit, & quod in ea scriptum reliquerat, vocaliter etiam pronunciavit in forma Juramenti, & Voti facti coram Ss. Trinitate, Reginâ cælorum, Ss. Angelis, S. Patriarcha Josepho, & Seraphico Patre S. FRANCISCO, totâque cælesti Curia: nimirum se omnimo do cooperari velle, & etiam in quocunque induciarum Tractatu cum Turcis quandocunque ineundo, efficaciori modo instare velle pro recuperatione & restitutione locorum Terræ Sanctæ, & specialissime sanctissimi Sepulchri Domini *YHSU Christi* Salvatoris nostri: & hanc ipsam Obligationem omnibus suis, & Augustissimæ Domus suæ Successoribus etiam post suam mortem hoc ipso inculcatam velle.

Anno

VIII. **A**nno etiam sequenti nimisimum 1686. die 3tiā Aprilis Venerabilis Servus Dei *Innocentius Papa XI.* præmemorati Ministri Generalis supplicationibus annuens, totius Terræ Sanctæ curam, & Custodiam, à Prædecessoribus suis, Fratribus Minoribus de Observantia, jam olim sæpius concessam validissimè confirmavit per suum Breve, quod incipit: *Exponi Nobis.* Deinde anno 1688. idem sanctissimus Dominus ab eodem Ministro Generali requisitus, ad omnem ambiguitatem tollendam circa Indulgencias annexas crucibus, Coronis, Rosariis, aliisque (ut vocant) Sanctuariorum Terræ Sanctæ; illas specificavit, & sic specificatas confirmavit, & quatenus opus esse posset, de novo concessit in Brevi quod incipit: *Unigeniti Dei Fili,* dato eodem anno, die 28. Januarii. Sed & Catholicus Hispaniarum Rex, Carolus secundus gloriosæ memoriæ, ad ejusdemmet Ministri Generalis instantiam, in suæ Ditionis Regnis & Statibus, Equitum sanctissimi Sepulchri privilegia observari mandavit sub die 24. Septembbris. 1682.

IX. **D**eum felicis & recentis recordationis *Innocentius XII.* (cujus Apostolicis literis desuper emanatis subscripsit Joannes Franciscus Cardinalis Albanus tunc Brevium Secretarius; qui nunc sub glorioso nomine *Clementis XI.* Ecclesiam Dei difficultissimè sanè temporibus feliciter gubernat] devotissimum Exercitium *VIAE CRUCIS*, quod quotidie à Fratribus Minoribus [Jerosolymis] frequentatur, volens universo Christiano Orbi commune fieri, sub Directione Fratrum Minorum de Observantia, tam Regulari, quam Strictiori, Indulgencias concessas visitantibus Stationes Viae Crucis in Jerusalem, seu illis Stationibus annexas plenissimè communicat omnibus Viis Crucis, erectis [ad instar]

ab iisdem Fratribus, ubicunque locorum, & terrarum. Ut patet ex ejus Bulla, quæ incipit: *Sua Nobis dilectus.* Datâ Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1695. 17. Kal. Januarii. Pontificatus sui Anno 5to. Et per extensem refertur in Rubricis particularibus Breviarii trium Ordinum *S. P. Francisci*, atque ab eodem *Innocentio XII.* approbatib. Num. 182. & seqq. ubi contra nonnullorum scrupulos & Dubia declarat Num. 184. sub generalissima communicatione Privilegiorum, & Indulgientiarum etiam pleniarum, usque tunc non revocatarum, inter Ecclesiæ, Loca, Confraternitates, Congregationes, Ordines & Personas utriusque sexus; *Obedientia vel Directioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci subjectas*, à pluribus Romanis Pontificibus concessâ, & ab *Innocentio XI.* prædicto, per particulare Breve sub die 3ta Septembbris 1686. confirmatâ comprehendit etiam Loca, & Ecclesiæ Terræ Sanctæ, aliarumque partium Orientis, etiam extra Jerusalem, & specialius Nun. 185 etiam declarat: *Quod pia Loca Via Crucis, seu Calvarii, ad recolendam, seu meditandam Christi Passionem, à præmemoratis Personis, seu Ordinibus [ad instar Stationum Calvarii Montis] juxta diversa etiam Privilegia, Sanctæ Sedis erecta, comprehensa sint in prefata mutua communicatione.* Prout & videri potest in altera ejusdem Bulla incipiente: *Alias à Felicis recordationis.* Datâ Romæ 3ta Decembbris 1696. Et reperitur apud Isidorum Guttierrez Tract. de insign. Confrat. P. 1. fol. mibi 273. Unde vi hujus communicationis quilibet habens conditiones requiritas (de quibus infra) devotè visitans Viam Crucis hujusmodi à Fratribus prædictis, ubicunque terrarum erectam, omnes Indulgencias acquirit; quas acquireret; si Jerosolymis personaliter existens ibidem Viam

A a 2

Crucis

Crucis, seu Calvarii, originaliter visitaret; ut colligitur manifestè ex prædictis Constitutionibus *Innocentii XI.* & *Innocentii XII.*

**X.** Ebent autem viæ Crucis esse erectæ à Fratribus Minoribus subjectis Ministero Generali totius Ordinis Sancti FRANCISCI, qui semper est de Observantia, vel regulari vel strictrori; alias enim nihil participabunt de Indulgencie, concessis Viae Crucis in Jerusalem; ita enim expressè loquuntur prædicti Pontifices *Innocentius XI.* & *Innocentius XII.* supra citati, per illa verba: *Inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregations, Ordines & Personas utriusque sexus obedientia vel directioni Ministri Generalis Fratrum Minorum S. Francisci subjectas.* Et iterum infra: à præmemoratis Personis seu Ordinibus &c. erecta. Ita ratio ipsa evincit, tum quia nullus in orbe terrarum titulo *Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. FRANCISCI* simpliciter & sine addito utitur, aut uti valet, præter solum Ministrum Generalem Observantium, tum denique quia custodia sacrorum illorum locorum, in Terra sancta, solis concessa est FF. Minoribus de Observantia, sive regulari sive strictrori; qui indiscriminatim (sicut totius Ordinis Ministero sublunt Generali) ita ad custodiæ Terraæ sanctæ mittuntur; ac consequenter etiam ipsi soli viam Crucis cum Indulgencie hisce ubique tetrarum erigere, prædicare, & publicare possunt. Insuper videri possunt de harum Indulgenciarum certitudine P. Isidorus Guttierrez. *Discalceatus Cap. 3. Indulg. de via Crucis.* P. Felix Poteſta. *Panormitanus in suo Examine Ecclesiastico. num. 3505.* Aliisque Auctores novissimi; qui expressè sustinent, acquiri Indulgencias Viae Sacrae in Jerusalem concessas, à visitantibus ubicunque terrarum Vias Crucis ut supra erectas.

**XI.** **Q**uæres. Cùm *Innocentius XI.* & *Innocentius XII.* declaraverint; quod

Indulgencie Terraæ sanctæ usque modò nullquam revocatae, obtineri valeant sine omni Dubio in aliis Ecclesiis, Altaribus, pīsque locis ac devotis, spectantibus ad Personas præmemoratae Obedientie Ministri Generali totius Ord. FF. Min. Notabilis orta est quæstio. An etiam Viae Crucis erectæ à nostris Personis Ordini subjectis in locis ad FF. Minores non spectantibus gaudeant Indulgencie ad instar Terraæ sanctæ, & an ab omnibus Christi-Fidelibus acquiri possint? Respondeatur affirmativè in Dilucidatione Indulgenciarum concessarum Viae S. Crucis editâ in Luca 1715. Quia *Innocentius XII.* in Brevi: *Alias à felicis. &c. expedito 5. Decemb. 1696.* apud P. Isidorum Guttierrez Reformatum Ord. Min. Tractatu de insigni Confraternitate p. 1. non requirit alias conditiones ad acquirendas Indulgencias istas, quam ut sint Stationes erectæ à FF. de Obs. Verba Brevis sunt sequentia: Cùm autem ( sicut dictus Franciscus Nobis denuo exponi fecit ) post Decretum supradictum adhuc nonnulli dubitant; an pia Loca viae Crucis, seu Calvariae nuncupata à personis supradictis ad instar Stationum Montis Calvariae vigore diversorum Privilegiorum eis, ab hac S. Sede ( ut asseritur ) concessorum erecta, in communicatione præfata comprehendantur? Nobis propterea idem Franciscus humiliter supplicari fecit. Nos ipsum Franciscum de secundo dictorum Card. consilio, & attentâ relatione, quam dilectus Filius, modernus Commissarius Gen. Curiæ dicti Ord. eisdem Cardinalibus super præmissis fecit, etiam præfata Loca pia Viae Crucis, seu Calvariae in supradictis *Innocentii Prædecessoris litteris* comprehendi, ac proinde frui ac gaudere posse Indulgencie, & Privilegiis in litteris hujusmodi concessis. &c. Ex quibus appetet omnes vias S. Crucis erectas à FF. subjectis Ministero Gen. totius Ord. FF. Min. de Obs. eti- amisi

amsi erectæ sint extra jurisdictionem FF. Min. tamen comprehendunt in communicatione participandi Indulgencias Jerusalem. Cùm enim duabus vicibus hæc quæstio sit discussa Romæ in S. Congreg. Cardinalium, & decisa sit illimitatè sine appositione conditionis, vel determinationis loci; idemque fecerit summus Pontifex *Innocentius XII.* non requirendo aliam conditionem: quām quod sunt erectæ à Personis subjectis Generali Ord. Seraphici. Sufficiunt verba absolute prolatæ ab *Innocentio XII.* *Pia Loca Via Crucis erecta à Personis præmemorata obedientie subjectis;* comprehendi in pafata communicatione Indulgenciarum; juxta Regulam vulgatam. Enuntiatio Legis indefinitæ æquivalens universalis. Quia ubi Lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & Beneficium Principis nulli nocivum latè interpretandum est. *L. Benefic. ff. de constit. Princip.* Et verba generalia generaliter sunt accipienda. Potuisseque *Innocentius XII.* à generali & amplissima sua Communicatione excludere Loca pia extra FF. Conventus erecta: hoc autem non fecit; ergo in Communicatione generali comprehenduntur omnia Loca pia à FF. erecta, cùm Pontifex nulla Loca excludat. *Prudentia enim dicitat & postulat, ut credamus, multum valuisse favere, qui alias expressisset, si voluisset favorem limitare, & quod clarissimus fuisset locutus, si voluisset strictius & severius procedere.* Juxta Doctrinas in Jure fundatas, & *Regulam Juris* 57. contra eum, qui potuit legem dicere apertius (adde Privilegium) *dicit Caramuel,* concedere limitatiūs, interpretatio facienda est.

Ad verificanda etiam verba Br̄vis *Innocentii XI.* sufficit, quod Loca pia spectent ad Ordinem per solam Erectionem; nam juxta usum, & præxim Ordo non solum plantat Vias Crucis pro Conventibus, & locis suæ Jurisdictionis, sed etiam à CCCC. annis fuit

praxis Seraphici Ordinis erigendi in locis alterius Jurisdictionis Vias Crucis. Prout advertit *Isidorus Guttierrez* p. 1. C. 14. de Exercitio Viae Crucis, & quidem de speciali Sedis Apostolice potestate. Ut constat ex praxi & modo, quo plantatae sunt Vias Crucis in Italia ante Conventum.

Accedit, quod ipsa Via Crucis in Jerusalem non sit quo ad omnes Stationes sub Dominio & Jurisdictione Fratrum Minorum, & tamem *Innocentius XI.* & *Innocentius XII.* definiverunt Indulgencias Stationibus istis affixas esse. Postquam enim Anno 1322. Robertus Rex Jerusalem & Siciliæ, cum Regina Sancia Con sorte sua Fratribus Minoribus loca ista concessissent, & dicti PP. multos Conventus fundassent, cum Authoritate Joannis XXII. Summi Pontificis, illis Locis annexæ sunt multæ Indulgenciae, & tamen variae Stationes Vias Crucis tum temporis solum pertinebant ad Patres nostros solo Titulo *Erectionis.*

Hæc veritas confirmatur ex concessione *Innocentii XI.* & *Innocentii XII.* ad mentem Supplicantis facta; Privilegia enim accipiunt interpretationem à Supplicante, cuius menti præsumitur se conformare Concedens. C. *Cum Dilectus.* Jam verò R.P. Franciscus Diaz Procurator Gen. Ord. FF. Min. de Obs. in Ara Cæli supplicavit Sanctissimo: an Loca pia Vias Crucis à præmemoratis Fratribus erecta gauderent Indulgencias Jerusalem, ut sic promoveretur Exercitium Vias Crucis per totum mundum? & an omnes Christi Fideles illas lucrari possent frequentando istas Stationes, vel præstanto æquivalens? deditque prælo suam Pastoralem Supplicam, vel Memoriale Romæ Anno 1695. die 18. Decemb. directam ad Missionarios Hispaniæ, ubi quæstio illa movebatur ab æmulis contradictoriis, cuius Pastoralis Memorialis verba à num. 16. sic sonant.

Cæterum quia supradicta omnia solum fa-

A a 3

cere

cere videbantur exp̄ressè pro Nobis, ac Monialibus, & Tertiariis Sæculatibus, nec non Confratribus Directioni nostri Ordinis subjeccis; & quia nonnulla alia vigebant Dubia circa Communicationem reciprocam Privilegiorum, & Indulgenciarum: de qua sermo est in relata Constitutione *Innocentii XI.* de die 5. Septemb. 1688. ut omnia tollerentur de medio, & Viae Crucis Exercitium cunctis fieret familiare, atque ob Indulgencias magis æstimabile; nulli pepercit sollicitudini, quo ad usque tandem declarationes obtinui, per quas & Dubia semoventur, & patenter ostenditur; cunctos Christi-Fideles: qui in locis piis Viae Crucis, seu Calvariae, ubique terrarum à nostrisibus erectis, seu erigendis, Christi Passionem meditati fuerint; eas Indulgencias ibidem lucrari posse, quas lucrarentur, si eandem meditationem emitterent personaliter in locis Calvariae Montis, seu Viae Crucis, existentis prope Jerosolymam. *Vide libellum supplicem infra de ordine pacis. n. 15.*

Cum ergo Indulgencies petite sint pro locis ... *ubique terrarum.* à nostris Religiosis ad instar Calvariae Montis erectis *pro omnibus Christi-Fidelibus.* Et responsio Summi Pontificis Innocentii XI. fuerit *amplissima;* quod illa Indulgentia ab omnibus respectivè acquiratur, sicut Indulgencies Jerusalem, quae sunt concessæ pro omnibus Christi Fidelibus; à proprio universali sensu non est deviandum, sed standum pro Privilegio in favorem Regularium pro omnibus Christi-Fidelibus concessò.

Privilegium autem specialissimum Fratrum Minorum de Obs. esse, ut habeant potestatem erigendi in omnibus locis Vias Crucis, & promulgandi seu prædicandi Indulgencias iis annexas ad instar Jerusalem: probat Usus & Praxis Apostolicorum viorum, per Italiam, Indiam, & Hispaniam.

Ita Felix Potestatis. Panormitanus in suo Examine Ecclæstico n. 3808. Et multi alii libelli Italici desuper exp̄ressè editi idiomate Italico, censurati à locorum Ordinariis & approbati. In quibus fuscè probatur, omnes Vias S. Crucis à nostris Religiosis eretas gaudere Indulgenciis Jerusalem, ubique terrarum pro omnibus Christi Fidelibus; simili modo, quo Loca Terræ Sanctæ & S. Sepulchri D. N. J. C. Ex quibus approbatis Italicis libris hæc pauca compendiosè retuli contra nonnullos alias Scrupulosos.

XII. **Q**uantæ autem, & quales sint Indulgencies VIÆ CRUCIS in Jerusalem; ac aliis per Communicationem, & [ad instar] erectis, infallibiliter supponi potest; quod sint grandissimæ. Ita enim exigit sparsus in illis locis pretiosissimus sanguis Christi; Locorum, & Mysteriorum Excellentia.

Quare Summi Pontifices semper solliciti fuerunt pro istis Indulgenciis conservandis, & renovandis; ut patet ex sententia Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ: quando S. FRANCISCUS petebat ex Mandato Christi ab Honorio III. in Civitate Perusina magnas illas Indulgencias Portiunculæ; tunc enim subito se oppositeuerunt quidam Cardinales ob hoc expressum Motivum: *Ne Indulgentia Terra Sancta negligenteretur [Leet. 2di Nocturni in Officio Dedicationis S. Maria Angelorum, seu Portiuncule.]* Porro de Indulgenciis S. Sepulchri ipsem D. N. JESUS Christus dixit S. Birgittæ L. 7. Revel. C. 14. Quicunque devote visitaverit locum istum, cuna emendationis Proposito, consequetur totalem remissionem omnium peccatorum suorum, pœnarum relaxationem, & gratiarum augmentum. Quæ igitur major habeti potest consolatio? quām credere, & scire: quod [visitando Vias Crucis, ut supra eretas] acquiri possint eadem Indulgencies; acsi personali-

sonaliter visitarentur Loca Terræ Sanctæ. Nec quidquam refert; quod antiquæ tabellæ & Scripturæ (ex quibus distincta & authentica singulatum Indulgentiarum notitia habebatur) exsurgentibus saepius Turcarum insultibus, Arabum, Infideliumque rebellionibus, & implacabili Barbarorum odio deperditæ sint & in cineres redactæ; pro ut etiam tempore S. Pii V. totum Templum S. Sepulchri exustum fuit; quia non desunt alii multi libri scripti, ante tales commotiones & incendia, citati infra de Indulgentiis Viae Crucis; in quibus libris notatae reperiuntur singulæ Indulgentiæ plenariæ, concessæ, sive pro Vivis, sive etiam pro Defunctis, ad quamlibet Stationem Viae Crucis in Jerusalem; præcipue vero ad Stationem Sanctissimi Sepulchri Domini nostri IESU Christi concessæ, quæ etiam omnes & singulæ confirmatae sunt à gloriose memorie Papa Pio IV. in Brevi: *Divinâ disponente. 6. Kal. Augusti. 1561.* concessæ & Sixto V. in suo Brevi: *Votis, ex quibus. Et dato 19. Aprilis 1588.* referuntur per Franciscum Quaresimum ex Ordine Minorum Terra Sanctæ olim Commissarium Apostolicum, in magno suo Elucidario Terra Sanctæ Tom. 1. L. 2.c.3.4. & 5. impresso Antwerpia 1633. In quibus duobus Brevibus Indulgentiæ locorum Terræ sanctæ olim concessæ, à summis Pontificibus non pro solis Religiosis; sed pro omnibus etiam Fidelibus [ qui ea Loca visitaverint ] confirmantur: unde in nulla revocatione Indulgentiarum Regularibus Personis concessarum, hucusque promulgata intelligi possunt comprehensa. Imò in dictis Brevibus non solum confirmantur, sed etiam de novo conceduntur, & à Sixto V. specificè omnibus Christi Fidelibus ( qui sanctissimum Sepulchrum, & Montem Calvariae devotè visitaverint ) Indulgentiæ plenariæ, præter alias indulgentias, pro aliis locis, & Ecclesiis, ac Statio-

nibus, quasibi specificat. His accedunt plures aliae literæ, in forma Brevis à pluribus Pontificibus, prædictorum Successoribus, emanatae; & ultimò à Venerabili Servo Dei Innocentio XI. Die 22. Junii, 1684. expeditæ, in quibus omnia leguntur confirmata, tam Privilegia: quæ Indulgentiæ Terræ Sanctæ, quandocunque, & à quocunque olim concessæ.

XIII. Cùm autem dictæ Indulgentiæ ad quædam Urbis Loca reperiantur extensæ, prout ex tabulis, & inscriptionibus ipsorum locorum manifestè appetit; & cùm visitatio, tam præfatorum locorum Urbis; quæ eorum ( quæ sunt in Terra Sancta ) Authoritate Apostolicâ in alia pia opera commutata reperiantur; ita ut talia pia opera pergentes eisdem Indulgentias lucrarentur, quas consequerentur: si prædicta Loca personaliter visitarent; omnino dubitari non potest, quod stante tali commutatione eis utique queant, qui opus illud debite, & ad tenorem commutationis peregerint. Quapropter Personæ Ordinis nostri, eique per quamcumque Congregationem, aut Confraternitatem propriam, ejusque directioni subordinatae, quæ exercitio Viae Crucis & recitationi Stationis Sanctissimi Sacramenti [ juxta tenorem Brevium Innocentii XI. & juxta commutationem, circa id à Sede Apostolica emanatam ] devotè vacaverint, dicendo quinque Pater noster, ac totidem Ave Maria, & Gloria Patri, in honorem quinque Vulnerum Christi & Stigmatum S. P. FRANCISCI & unum Pater, & Ave cum Gloria, ad intentionem Pontificis; hanc Indulgentiarum communicationem operumque commutationem concedentis; illis Indulgentiis frui possunt, quæ pro omnibus, & singulis Christi Fidelibus [ illa Loca sacra in Terra Sancta visitantibus ] universaliter sunt concessæ, applicando bene tam grandem thesaurum unam

unam nimis Indulgentiam pro se, & anima propria; reliquas vero plenarias, & non plenarias, per modum Suffragii, pro Anima, vel animabus in Purgatorio existentibus; quæ tamen applicatio in principio Exercitii fieri debet.

**XIV.** **A**d recolendam ergo, seu meditandam Christi Passionem [ut loquitur Innocentius XII.] & ad frequentandas Via Crucis gressus, & devotam illorum gressuum meditationem; te invito benigne Lector: ob immensam tam spiritualem, quam temporalem, tam publicam, quam privatam utilitatem; tam pro corpore, quam pro anima; tam pro te, quam pro aliis; tam pro vivis, quam pro mortuis: haec est aspera & dolorosa, sed brevis & recta in cælum via; quam [ut ait S. Bonaventura] negligunt multi: pauci inveniunt: nam ut dicit S. Albertus Magnus: Jejunare in pane & aqua; se disciplinare usque ad sanguinem; recitare totum Psalterium; nudis pedibus incedere; peregrinari; aliaque difficultaria opera facere: non meretur tantum, quantum devota meditatio sanctissimæ Passionis D. N. IESU Christi. Sanè venerabili Servæ Dei Mariæ ab Antiqua, Hispanæ (uti legitur in ejus vita. lib. 2. Cap. 6.) apparuit Anima defuncta aliquus Monialis, Consororis suæ dicens: Quare non visitatis pro me, & aliis animabus in Purgatorio Stationes Viæ S. Crucis? Suplico pro hoc suffragio, nomine omnium animarum totius Purgatorii.

Noli ergo mirari benigne Lector; quod inter Turcas, Mahometanos, & infideles adhuc conservetur Ordo pauperculus Sancti Francisci in Terra Sancta præsertim; si enim Christus eidem venerabili Servæ Dei apparet aliâ vice dixit: se protecturum omnem populum istius loci, ubi etiam una privata, & devota Persona Viam doloro-

## VINEA SERAPHICA.

sam Passionis suæ frequentaret, eumque à periculis temporalibus, & spiritualibus liberaturum; ubi honorata extiterit memoria illius viæ: quam ipse ad Calvarię montem peregit. Sanè beatum appellare audeo populum in locis illis, ubi non una sola; sed plures devote Animæ, diu noctuque sanctum hoc Exercitium practicant. Quot Benedictiones de cælis pluent super Gentem istam!

Private Lector: Practica & tu sanctum hoc Exercitium: & testimonium reddet conscientia tua super abundantiam consolacionum: quas in corpore, & anima à Deo recipies; hoc tolum finaliter monere te volui: ne principale Motivum tuum [ob quod hoc Exercitium amplecteris, ac summo cum fervore frequentas,] sit acquisitio Indulgentiarum (solis Ordinis nostri, ejusque Directioni quomodolibet subordinatis Personis) concessarum, ac communicatarum. Nam omnes totius mundi Indulgentiae te non facient crescere in Dei gratia & gloria cælesti, nisi ad summum, in quantum eas Animabus defunctorum Fidelium per modum Suffragii, ex Charitatis Motivo applicaveris. Sed quod omnibus omnino Personis in hoc Exercitio commune est; & principalissimum Motivum: summum Sanctissimæ Deitatis, & indivisiæ Trinitatis ac Salvatoris D. N. I. C. Beneplacitum; cui inter omnes devotiones, & exercitia nullum magis est gratum; quam hoc præsens, ab ipsa Dei Genitrice, & dolorosissimâ Virgine primitus inchoatum.

Vale pie Lector, & pro me  
Deum ora.



EX.

## EXHORTATIO

Ad omnes Prælatos, Parochos, Curatos, Missionarios, & Prædicatores Seraphici Ordinis, sub Obediencia Ministri Generalis FF. Minorum de Observantia degentes: quatenus studeant, & ferventer laborent: ut sanctum hoc Exercitium *Vie Crucis* in qualibet Diocesi, imo (quantum fieri potest) in quolibet loco introducatur. &c.

**XV.** *D*esolatione desolata est omnis terra; quia nemo est, qui recognitet corde. Sic sua jam olim tempora deflebat Propheta Jeremias C.12. Sed hodie dum heu plus, quam nimis, deplorabilis est Status, in quo jacentem, & (ut ita dicam) sopitam videmus, hisce præsertim temporibus nostris, maiorem Fidelium partem: dum partim vitis, quasi in prædam dati, sanctas omnino virtutes negligunt; partim mundi hujus cupiditatibus depresso, & seculi voluptatibus immersi, nihil aliud jam aestimare dignoscuntur, quam momentaneam quandam hujus fugitivi temporis vel voluptatem, vel utilitatem: viventes in omnimoda, & sanè lacrymabili obliuione eorum, quæ sursum sunt, & quæ sola aestimare deberent, æterna, & nunquam desitura. Ita ut merito renovare nunc liceat illum Jeremiæ Planctum: *Desolatione desolata est omnis terra.* Quod si verò tanti horum temporum danni, & infortunii causam diligenter inquiramus: aliam certè invenire non possumus: quam eandem ipsam à dicto Prophetā, jam ex tunc nobis indicatam: *Quia nemo est, qui recognitet corde.* En omnis mali originem! Non consideramus ea: quæ unicè conside-

Vinea Seraphica.

rare deberemus; & ex hac negligentia, illa debitè considerandi, omnis inordinatio (quam jugiter in male operando advertimus) procedit. Non consideramus æterna; non recognitus immensa Dei beneficia; neque ad multas imo plurimas miseri Statū nostri obligationes attendimus; continuorum miserrimæ hujus vitæ periculorum, & mortis fortè nimium jam vicinæ non recordamur; & (quod pejus est) immemores omnino sumus illius maximi Beneficii: quod in acerbissima Passione sua pro nobis pertulit Altissimus summi Dei Filius. Et ideo *Desolatione desolata est omnis terra.* Mundum jam factum videmus sentinam, & cloacam iniquitatis. Quod igitur erit tanti mali remedium? Ah permittatur mihi hic: ut genuflexus, & ad pedes quorumcunque Venerabilium Prælatorum, Parochorum, Curatorum, Missionariorum, ac aliorum Ministrorum Dei provolutus, illis dicam, remedium illud in suis esse manibus, atque à pia ipsorum voluntate dependere. Satagant quæ omni studio, atque omnibus viribus laborent, & cooperentur: ut in omnem prorsus locum, & populum, sanctum hoc *VIÆ CRUCIS* Exercitium introducatur; & subito validissimum aggerem contra exundantem illum vitiorum torrentem stratum videbunt. O quantum boni in Gentibus producit Exercitium tam salutare! quod aliud à cultoribus suis non requirit; quam ut cogitent, & recognitent summas illas angustias, & crudelissima tormenta: quæ ex solo nostri amore pertulit amabilissimus JESUS. O quantum divini luminis intellectui subministrabit; quantum voluntati fervorem conserferet: quantam compunctionem excitabit in corde frequens illa consideratio amarissimæ Passionis ac Mortis unigeniti Filii Dei?

Magistra rerum id docet Experientia; quæ

B b

quo-

quotidie vel palpabiliter ostendit notabilissimam morum & vitæ mutationem in illis populis , quos inter introductum jam exitit sacram hoc Exercitium : quam subito post ejus introductionem , & praxin advertere licuit : Cùm *VIA CRUCIS* passionibus jupiter rebellibus sit frenum , ac stimulus cordi : quo Anima inducitur ad sanctè & virtuosè vivendum ; Anima enim semper coram oculis gestans terribilissimum illud speculum Passionis amantissimi JESU , non potest non detegere in eodem , ac agnoscere , & consequenter detestari sordes ; quibus corpus suum fœdissimè maculatum cernit ; imò vi-dens Deum suum suū amore tormentatum : subito hoc ipso stimulatam se tentit ad correspondendum dignè tanto amoti , saltem ad ejus exemplum patienter sustinendo tribulationes illas : quæ ex casuam necessitate , seu potius ex divina dispositione in proprio suo statu illi occurunt , tanquam particulas Crucis Christi , illi benignè ab eodem compartitas. Ultra quæ etiam pro illa die (quâ quis hoc sanctum Exercitium practicavit) manifestè quælibet alia cupiditas disparere dignoscitur : estque hæc plurium zelosorum Parochorum observatio : quod ad refrenandos tot excessus (qui diebus præsertim festivis potitando , saltando , chartis , aleisque ludendo , & aliis parùm convenientibus , imò & illicitis jocis , lusibusque tempus illud & sacrum & pretiosum , non solùm inutiliter , sed & impie sape , ac sacrilegè consumendo , committuntur ; atque ad hoc , ut iidem festivi dies operibus tantum virtuosis , & piis transigantur ) efficacius remedium non repertatur , quæm hoc Exercitium *VIAE CRUCIS*. Populus enim post Vesperas præsertim ad practicandum hoc Exercitium inductus ; illò finitò , modestior ; ac magis compositus , solitò ; neque aliis tunc recreationibus ità inclinatus conspicitur.

Et hinc est : quod vel solâ hâc experientiâ moti , quidam venerabiles Praelati , & Episcopi , ipsimet nudipedes personaliter crucis hâsc in tuarum Diœcesium Parochiis plantatum iverint ; trahentes post se in odore tam boni exempli corda singulorum. Alii has Stationes depingi fecerunt in Cathedralibus suis Ecclesiis. Alii hanc devotionem ab omnibus suarum Diœcesium Monialibus exerceri voluerunt cum notabilissimo talium Monasteriorum fructu ; attentò præsertim : quod Exercitium tam devotum sit flamma , virginum Deo sacratarum corda , sancto Sponsi sui cœlestis amore accendens , atque amplissimum præcipue eis campum aperiat tempus suum bene & fructuosè impendendi , easdem à mille aliis vanis exercitiis divertens , & ad majora continuò sanctarum virtutum incrementa capienda semper exstimpler. Alii denique omnes ; & singulas sibi subjectas Parochias , seu Loca obligarunt , ad recipiendam hanc sanctam devotionem , eamque unâ saltem vice per mensem cum omni populo processionaliter practicandam , & re ipsa dicant Parochi illi , quibus felicissima sors obtigit salutare hoc Exercitium in suis Parochiis , vel jam introductum conspiciendi , veletiam illud in ipsas introducendi ; dicant , inquam : quantas viderint à Parochianis suis ad hujusmodi Stationes , & S. Crucis plantationes fundi lachrymas ? quantos audierint gemitus , ac suspiria edi ? quantisque adverterint subiri mortificaciones ? dum etiam quibusdam in locis visæ sint integræ Confraternitates , intempestæ noctis tempore hanc Crucis viam cum suī disciplinatione visitando suum spargere sanguinem per illas ipsas Stationes , ubi illis sparsum à suo Redemptore cruentum contemplari licebat.

Unde quantum unquam possim in visceribus Jesu Christi supplico singulis quibuscumq;

RR.

R.R.D.D. Parochis ; quatenus populum sibi commissum tanto thesauro privari non sif-  
fiant : si enim ( qui unicum solum sibi à cæ-  
lesti Rege concredidit talentum in terram  
abscondens occultavit ) projectus fuerit in  
tenebras extierores abyssi ; quid quæso de  
illo erit , qui ab oculis , & corde populi  
sui immensum & devotionis , & Meritorum,  
atque Indulgentiarum thesaurum occultare  
præsumplerit , imò manifestare illis neglexe-  
rit ? Scitis utique Dilectissimi : quod à Cura  
vestrâ & diligentia , omne bonum , malum-  
que Gregis vestri dependeat ; & mihi credite;  
quod concreditis sollicitudini & custodiæ  
vestræ oviculis majus bonum procurare  
non possitis , quam ut eas ad devotam Pa-  
ssionis JESU , primi Pastoris memoriam  
assuefaciatis : Eja ergo , per amorem ejus-  
démum Pastoris Pastorum & JESU Christi .  
acceptate hoc incommodum , tanquam quid  
leve , aut saltem non grave ; ut nimur Ani-  
mas vobis commissas instruatis in sancta  
devotione VIÆ CRUCIS , docendo illas ,  
quid sit ? quomodo practicari debeat ?  
quantumque inde fructum referre possint  
tam pro se , & Vivis , quam pro Fidelibus  
defunctis ? Si enim mediante vestrâ piâ at-  
tentione , populus à Deo curæ vestræ con-  
signatus , devotum ad sanctam Christi Pa-  
ssionem , & mortem , affectum hauserit ; sa-  
lutare hoc Exercitium interdum & saepius  
practicando ; certi estote : quod civilissi-  
mus vester Redemptor non sit reciprocè de-  
futurus ; quin etiam in vobis specialiter ean-  
dem olim adimpleat , quam charioribus suis  
Discipulis alias jam fecit reprobationem :  
confitendi nimur in conspectu Pattis illos  
tanquam suos , qui in promovendo gloriam  
suam inter homines se ostenderint partialio-  
res : *Qui me confessus fuerit coram homini-  
bus , confitebor & ego eum coram Patre meo.*  
*Matt. 10.* Quare , ut & vos ipsos tam mag-

no securoque thesauro ditare , illudque ani-  
mabus commissorum vestro gubernio Fide-  
lium compartiri possitis ; ( si vos vicinos esse  
contingat alicui loco , in quo VIA CRU-  
CIS instituta , seu stabilita fuerit ) ne cesse-  
tis exhortari Fideles : Quatenus hoc Exerci-  
tium unâ saltem vice per hebdomadam pra-  
cticent . Si verò longius distent : excitate  
illos & stimulare : quatenus aliquoties sal-  
tem per annum quosdam festivos dies eidem  
Exercitio consecrent , Passioni Salvatoris sui  
compatientes . Vos ipsos præbete Duces  
Populi vestri , & Antesignanos in hæc devo-  
tione ; præbete vos Directores , & Magistros  
Gregis vestri ; ut eum majori spiritu fervore  
devotio hæc exerceatur , & Via illa terminen-  
tur cum maximo omnium fructu . Imò ut  
hæc praxis & facilior , & commodior redi-  
datur omnibus ; optimum foret : si hæc de-  
votio daretur etiam pro Pœnitentia sacra-  
mentalı ; cum sit medicina verè efficacissi-  
ma : quæ eodem tempore & pœnas , post  
culpæ reatum relietas , per indulgentias an-  
nexas copiosè delens , & novum spiritui vi-  
gorem , per majoris gratiæ augmentum , con-  
ferens , ex omni parte à quibuscumque de-  
mum animæ infirmitatibus sanat , simul &  
præservat ; ita etiam : ut optimè deservire  
possit , tam pro congrua præparatione ad S.  
Communicnem ; quam pro nobilissima post  
illam gratiarum actione . Sæpe saepius etiam  
optarem , populis vestris , à vobis repeti  
celebrem illam sententiam venerabilis Thomæ  
de Kempis : nimur nihil esse , quod ita  
conducat ad veram hominis conversionem ad  
Deum , ad peccata commissa delendum , &  
vitandum futura , atque juxta veræ virtutis  
normam vivendum , quam sanctum hoc  
VIÆ CRUCIS Exercitium , & pia medi-  
tatio sanctissimæ Passionis Christi JESU :  
Tentate aleam Charissimi , probate : & vi-  
debitis idem fore Viam hanc Crucis in Paro-

chiis vestris institui; ac copiosissimum appetiri ætrium pro ditandis animabus vestris,  
& sanctificando populo vobis commisso.

XVI. **S**ed super omnes alios, sanctis hisce  
ac piis desideriis accensos, opta-  
rem charissimos meos, in Christo, Con-  
fratres omnes, & singulos Missionarios, &  
Prædicatores nostri Seraphici Ordinis. No-  
strum est (Dilectissimi) tam sanctum Exer-  
citium promovere, & ad Nos, ut veros  
magni illius Seraphici Patriarchæ Filios,  
spectat: hominum cordibus jugem amaris-  
sunæ Passionis JESU memoriam imprime-  
re; memores; non ad alium utique finem  
sacrosancta illa Stigmata concessa fuisse S. P.  
N. Francisco (figurato per Angelum illum  
Apocalypticum) qui habebat signum Dei  
vivi, quæ ut quorumcunque deviatorum  
Fidelium frontibus inscriberet: T seu Tav,  
id est: ut omnium mentibus Passionem, &  
Crucem Redemptoris imprimere. Ad eun-  
dem hunc finem à Divina utique Providen-  
tia ordinatum est, ut nostræ præ aliis custodiae  
consignarentur Loca illa pretioso Christi San-  
guine consecrata. Et quod soli Ordini no-  
stro concessum fuerit specialissimum sanè  
privilegium instituendi VIAS CRUCIS, quæ  
Indulgentias cum ipsis Stationibus Hierosolymitanis eo modo plenissimè communica-  
rent; quod superius dicebamus.

Adeò, ut Patres nostri in Capitulo Gene-  
rali Romæ 1688. celebrato, obligationis  
sua esse existimaverint, mandate & decerne-  
te: quatenus omnes Ordinis Superiores pro-  
curarent maximam hanc, ac verè püssimam  
devotionem omni studio dilatare. Ut appa-  
ret ex num. 44. Constitutionum in eo facta-  
rum: *Quia animabus utile, & Deo præ-*  
*multis aliis devotionibus gratum fore spera-*  
*mus* (sic de Exercitio VIÆ CRUCIS lo-  
quuntur) cunctis Ordinis nostri Superioribus

enixè commendamus &c. Imò gloriam S.  
Ordinis nostri particularem existimantes  
(quod Exercitum tam sanctum omni cum  
diligentissima observantia custodiatur) non  
contenti iidem Patres recommendasse sollici-  
tudinem, illud ubivis locorum studiosè di-  
latandi; voluerunt etiam: quatenus accurate  
ab omnibus invigiletur: re alii nostrum hoc  
privilegium sibi usurpent plantando, seu in-  
stituendo VIAS CRUCIS, cum publica-  
tione Indulgentiarum: utpote solis illis an-  
nexarum seu concessarum: quæ à nobis  
plantatae seu stabilitæ fuerint; & quas, etiam  
tunc, non alii, sed soli illi certissimè & secu-  
rissimè lucrari possunt; qui aliquam ab Or-  
dine nostro dependentiam habent; sive quod  
sint Tertiarii, sive Chordigeri, sive alteri ali-  
cui ab Ordine nostro dependenti, seu direc-  
tæ Confraternitati, aut Congregationi ad-  
scripti: En ipsa Capituli verba: *Eis simul*  
*imponentes ut sedulè invigilent, ne Exteri, &*  
*qui nostra Obedientia non subsunt, se in pub-*  
*licatione dictarum Indulgentiarum ad favo-*  
*rem eorum, quibus concessæ non sunt, ali-*  
*quatenus ingerant, aut sibi dictum Exerciti-*  
*um tanquam sui Instituti peculiare ornamen-*  
*tum appropriare præsumant.* Ex quibus suffici-  
enter colligitur, quod Patres illi, Exercitii  
tam sancti dilatationem, tanto cum ardore  
recommendantes, & ne alii, etiam Reli-  
giosi, annexas indulgentias pro se publica-  
rent, impedire volentes, satè intellexerint:  
ad nos solos spectare VIAS CRUCIS hu-  
jusmodi, cum Indulgentiarum publicatio-  
ne, erigere.

Quapropter ad pedes vestros provolutus  
religiössimi Patres mei, & Confratres in  
Christo amantissimi, vos precor & obsecro:  
ut omni possibili studio, & majori spiritu  
vestri sollicitudine pro dilatatione lanci hu-  
jus Exercitii laborare velitis. VIAS quidem  
CRUCIS sinè illis Indulgentiis erigere, in  
cm-

omnium est potestate & arbitrio , etiam alterius cuiuscunque Ordinis Religiosorum ; neque in hoc ullatenus eos impedire aut possumus , aut debemus ; VIAS autem CRUCIS ( quæ cum sacra illa & originali VIA CRUCIS ( quæ Jerosolymis devotè visitatur ) in tam copioso tot tantarumque Indulgenciatum Thesauro plenè communicent ) in qualibet mundi parte erigere , hoc equidem specialissimum est privilegium , nobis solis , nostrisque S. Ordini concessum .

Nostræ igitur Franciscanæ Paupertatis est , mundum tam ingenti Thesauro ditare ; plantando , & instituendo VIAS CRUCIS in omni civitate , castello , oppido , pago , & loco . Quid ergo exspectamus ? quid hæremus amplius ? quod minus in omnem terram , & locum excurrentes tam sanctum Exercitium ubicunque terrarum , Catholici præsertim Orbis introducamus ? Hic est modus sanctificandi mundum ; eumque à Tyrannico Satanæ imperio eruptum , Creatori & Salvatori suo restituendi ; ubi enim Crux est : inimicus fugit , nec potest tem nec vires habens nocendi iis , qui sub sanctæ Crucis protectione vivunt ; dicente S. Augustino : *Ubi Signum Crucis cum Fide & timore Dei est : nihil ibi inimicus potest nocere.*

XVII. **A** Dvertendum tamen ; quod cruces devotissimi hujus Exercitii representativa plantari & erigi debeant in locis publicis quidem , sed devoris & ab omni irreverentia notâ liberis , & quantum fieri poterit , observandum est : ut VIÆ CRUCIS terminentur ordinariè prope aliquam Ecclesiam , cum piè credi debeat , talem etiam fuisse mentem summorum Pontificum ; nam Ordo noster ita ubique usque huc practicare semper consuevit .

Ast , quia ( experientiâ teste ) nihil est , quod Diabolus magis satagit impedire , quam

Stationum S. VIÆ CRUCIS erectionem ; hinc iteratò rogare vos debui , Charissimi : ne retrocedatis , nec desinatis à cœpto , aut etiam ab intento tam pio opere , ob contradictiones quotundam ; qui promotioni ejusdem hîc vel ibi se forsan opponent : vestrū erit stimulare Parochos , & Curatos : ut auxiliatricem ad necessaria quælibet manum præbeant , atque ut hos ad tanti boni promotionem facilius attrahatis , vestræ etiam erit industriæ eos ab expensis & sumptibus liberare : exhortando potentiores , & ditiiores illius loci . vel populi , ubi VIA CRUCIS erigenda est ; ut quilibet pro se , aut duo unitim suam crucem plantent , vel etiam tres ; unō arborem , alterō lignum transversum præbente , tertio verò Facturæ , aut etiam Tincturæ curam gerente : & videbitis certatim omnes allaboratores : ut subitò Cruces & magnæ & pulchræ adsint . Ità tamen : ut pro Majestate simul & uniformitate servanda ( quantum fieri poterit ) illis persuadeatur ; ut crucis contineant ad minus viginti palmos supra terram vel basin , sintque tinctæ colore vel rubeo vel nigro ; duodecima verò crux reliquis sit eminentior , solitusque SSimæ Passionis Instrumentis exornata .

O quantum quis boni promovit , quotiescumque populum aliquem ad tam sancti Exercitii praxin fervidum effecit ! Sed quia satis supérque mihi cognitus est zelus vester , ad dilatandam semper , ac magis imagisque promovendam devotionem tam sanctam , tam salutarem , ac proficuam , nostro cumpromis Instituto tam propriam , atque à generalibus Ordinis nostri Comitiis , tanto cum fervore recommendatam ; aliud mihi nunc non superest : quām quod Orationibus omnium enixissimè me recommendem : quatenus & ego pauperculus , ac omnium inimimus dignus officiar vitam meam usque ad ultimum impendere promulgationi Exercitii tam san-

B b 3

eti,

cti, pro quo libentissimè & sanguinem, & vi-  
tæ contribuerem. Amen.

**Informatio necessaria circa VIAM CRUCIS.** Quid sit, quæ requisita  
habere, & quomodo fervari, ieu  
practicari debeat; quásque  
Indulgentias habeat  
annexas.&c.

**XVIII.** **I**ter è Prætorio Pilati, ad Mon-  
tem Calvariæ: quod Redemptor  
Mundi in die sanctissimæ Passionis suæ per-  
egit; quemadmodum ultimum fuit, quod  
in hac vita perfecit, & plurimis, dolorofissi-  
mis, ac sacrosanctæ ejus Humanitatis afflictio-  
vis circumstantiis cumulatum exitit: ita eti-  
am majori fidelibus Christianis est venera-  
tioni, & affectui compatientibus. Quidam  
hoc iter **VIAM CRUCIS** appellant, alii  
**VIAM DOLOROSAM**, alii **VI-  
AM CALVARII**. Sed prior nuncupatio  
communiter est recepta.

Plures Autores de doloroso hoc itinere  
scripsierunt, & varia, etiam typis, volumina  
prodiderunt; in quibus computantur Passus,  
quos Redemptor ultimo illo pœnississimæ  
vitæ die perfecit: singulos minutum Pas-  
sus exprimendo ab una, ad aliam Stationem,  
ab eo factos: incipiendo à Prætorio Pilati  
(ubi injustè ad mortem Crucis fuerat con-  
demnatus) usque ad summitatem Montis  
Calvariæ, [ubi crucifixus fuit & mortuus]  
numerando in toto hoc itinere duodecim Sta-  
tiones; quamvis quidam pro majori devo-  
tione quatuordecim ponant, adjungentes  
duo illa Mysteria depositionis: nimirum Ss.  
ejus corporis, post mortem de Cruce, ac Se-  
pulturæ ejusdemmet Redemptoris nostri.  
Ut sic pii Fideles Filio simul compaterentur,  
& Sanctissimæ ejus Matri, quæ à fletu &  
planctu non destitit, etiam dum defunctum

Dominum sepeliisset. Passus autem, quos in  
doloroso hoc itinere Salvator perfecit, pro  
ut cum Adricomio plures Authores refe-  
runt, fuerunt. 1324. qui faciunt numerum  
pedum 3303. Mensuræ tamen Hierosolyma-  
tanæ, quæ multò longior est illâ, quâ inter nos  
utimur, cùm quilibet pes illius mensuræ  
contineat quatuor præcisè longitudines hujus  
lineæ vel mensuræ, quæ ad hunc effectum  
hic fideliter exprimitur.

Vel juxta opinionem & mensuram com-  
muniorem, quam & nos sequimur, nume-  
rus dictorum passuum ascendit ad Summam  
passuum 1361. Ex quo quilibet Christianus,  
& fidelis reflectere poterit; quā pœnotum  
*Domino nostro JESU Christo* esse debuerit  
iter illud, mille trecentorum (& tot ultra) pas-  
suum à se factum, post tot tantaque antece-  
denta tormenta quæ sustinuerat, & cum gra-  
vi illo Crucis pondere, debilitatos, vulne-  
ratosque humeros premente, quod porta-  
bat.

Christiani, qui Jerosolymas peregrina-  
tum eunt, iter hoc dolorosum ordinariè nu-  
dis pedibus; plures etiam magnam illius par-  
tem genibus flexis perficiunt, compatiens  
ita afflictissimo nostro Redemptori, non so-  
lum in anima sua per piam contemplationem,  
sed etiam in Corpore. Idque ad imitationem  
Sanctissimæ Virginis Matris illius: utpote  
quæ [sicut multi Autores narrant, & ad-  
mittit devota pietas Sacrae Apostolice Sedis]  
post mortem unigeniti, ac dilectissimi Filii  
sui saepius visitbat Loca ista sancta, & Sta-  
tiones: in quibus Redemptor passus fuerat,  
& particulare quoddam Redemptionis no-  
stræ mysterium fuerat operatus. Unde etiam  
jure merito eidem sanctissimæ Virgini, pii  
hujus & devoti, eique imprimis tam grati  
Exerciti primordium attribuitur.

Ut igitur modo quocunque possibili, &  
meliori *sanctissimam Matrem* imitarentur,

ac

ac amabilissimo illius Filio condolerent, plures pii Christiani, Loca illa Hierosolymitana corporaliter visitare non valentes; eadem spiritualiter adeunt, Loca illa dolorosa mentaliter visitando. Quorum ut vivaciorem expressiorēmque memoriam conservarent; eas ipsas sibi Stationes efformant, aut in propriis ædibus, ac habitatione; aut in campis, hortis, vel montibus, aut (ubi melius possunt) delineando nimirum & exprimendo Mysterium in qualibet respective Statione factum. Idque vel (ut ordinariè fieri solet) per cruces affixas, seu plantatas; vel per imagines, aut etiam literas, quibus dicta Mysteria respectivè repræsentarentur, atque ibi suas ordinate meditationes, & orationes faciunt, secundūm propriam cuiuslibet capacitatem & devotionem. Imò quibusdam in partibus [ ubi à longo jam tempore præfens Exercitium practicari consuevit ] non desunt: qui incedentes per vias publicas, quas ordinariè transire solent, localem dictarum Stationum memoriam mentaliter in certis distantiis sibi formant, & absque eo, quod in qualibet eorundem locorum, pro qualibet respectivè Statione mentaliter sic designatorum, subsistant, aut per aliquod temporis spatiū remaneant; sed semper progrediantur; afflictum tamen, & cruciatum Redemptorem suum, ad quamlibet harum Stationum de novo, & sub novo semper doloris genere, cum maxima Animarum suarum utilitate, continuò sibi præsentem faciunt.

Sed quia in quibusdam civitatibus & locis piūm hoc Exercitium jam communē factum est Clero & Populo: qui illud determinatis quibusdam diebus per annum peragunt, sub directione quorundam Operariorum Apostolicorum [ qui ordinariè sunt ex Ordine Fratrum Minorum; utpote, ad quos immediate spectat, Devotionem hanc conservare & promovere. ] Hinc in præsenti dabitur quæ-

dam Idæa, aut Forma, seu Exercitium commune; pro ut in publico solemniter, & uniformiter, Directore aliquo Prædicatore vel Religioso practicari utiliter potest; ita tamen; ut cuicunque devoto in particulari eadem forma cum iisdem precibus, & meditacionibus servire possit; quando etiam privatim devotionem hanc exercere voluerit.

Quia verò Exercitium illud commune & publicum, plus temporis exigit, ad hoc: ut Meditationes & Orationes cuiuslibet Stationis, utpote longiusculæ, adimpleantur; hinc in fine adjungetur alia & brevior idæa, seu Exercitium magis commodum, & cuiusvis generis personis accommodatum [ dum quilibet semper regulare se poterit, secundūm propriam capacitatem & devotionem: ac quantum per alias occupationes occurrentes ipsi licebit ].

Ad hoc autem, ut illi qui Exercitium hoc, sive publicum, sive etiam privatum, (ubi actu non reperitur) promovere ac inducere voluerint, faciliori ac cum aliis uniformiori ordine procedant; scire debent: non esse necessariam eandem præcisè distantiam, ab una ad alteram Stationem, qualis Hierosolymis reperitur: ubi mensura integra hujus Viæ dolorosæ in longitudine continet plus quam medianam leucam ( seu plus quam medianam horam itineris ordinarii ) prout quilibet colligere poterit ex numero passuum pedumve, quem suprà notavimus. Reflectendo insuper ad mensuram Hierosolymitanam, quæ [ ut pariter dictum est ] nostratem hanc multum excedit; & in facto valde difficile foret, non solum invenire situm, aut locum tantæ distantiae proportionatum; sed & omnes illas Stationes in tantâ distantia, publicè præsentim, & processionaliter visitare. Interim tamen, si & locus, & devotio, tori huic Viæ in tantâ etiam distantia peragendâ proportionata reperirentur: prout Redemptor

tor ipse eandem perfecit, ex eo sane provenire non posset, nisi tam Devotionis quam meriti augmentum; & tunc etiam faciliter quis in se ipso ex tam longo itinere quodammodo experiri posset, quam laboriosa fuerit Redemptori nostro dolorosissima illa Via, in die suæ Passionis sanctissimæ. Unde tantum abest: quin improbari possit; ut potius laudari debeat devotio illa particularis quotundam Fidelium, qui [ut tot præcisè Passus adimpleant, quot ipse Salvator perfecit] Viam Crucis saepius replicant, eundo nimirum, ac redeundo, ab una Statione ad aliam: secundum quod sciunt Hierosolymis esse distantiam, ab una Statione, ad sequentem; unde & optimè vera illa distantia in qualibet Statione notatur: quod tamen totum liberae cuiuslibet voluntati relinquitur, secundum loca & tempora, aliasque præsertim circumstantias.

Cum ergò præcisè necessarium sit; Stationes illas esse vel duodecim, vel quatuordecim, ut supra dictum est. Eadem delineari vel exprimi possunt, in distantia, vel æqualli, vel saltem non multum improportionata, ut & ipsi aspectui sint devote, & cujusvis generis personis visitatu non difficiles fiant. Ideo si dictæ Stationes crucibus solummodo exprimantur, oportebit habere rationem loci, ubi eadem cruces vel affigi vel plantari debeant; si enim Stationes determinarentur intrà aliquam Ecclesiam, incongruum utique foret; si cruces eandem haberent magnitudinem, quam habere possent plantatae in aperto campo, vel montibus; unde quo ad particularitatem, remitto me ad prudentem cuiuslibet considerationem, & maturum arbitrium. Quod si tam in montibus, vel aperto campo collocarentur; oporteret illas altas esse & proportionatæ ex omni dimensione magnas, ac conspicuas; ita tamen; ut duodecima, quæ illam crucem exprimit;

in quâ Redemptor noster pro nobis mortuus est; reliquis fiat excelsior. Atque si reliquæ V. G. duodecim altitudinis pedes continerent, hæc ad minus quindecim in altum pedes habeat supra terram, & octo pedes contineat per transversum. Nam & hanc præcisè menturam multi scribunt habuisse sanctissimam illam Crucem, quam portavit, & in qua mortuus est Salvator noster, atque in hac sola duodecima (quæ etiam ab utraque parte duas alias cruces, minores tamen & reliquis æquales habere poterit, repræsentantes duas illas cruces, amborum latronum; cum quibus pro maiore ignominia sua crucifigi, ac inter quos mori voluit idem noster divinus Redemptor) ponantur præcipua Insignia, Trophæa, ac Instrumenta Passionis, & redemptionis nostræ (Putæ Clavi, Malleus, Lancea, Flabella, Corona spinea, & specialiter triumphalis ille titulus J. N. R. J.

Duæ autem cruces collaterales, de quibus modò dictum est, ultra id quod minores esse debeant, debent etiam, si fieri potest, in inferiori utrimque situ collocari; ad hoc: ut media illa luculentius, ac magis conspicua Spectatorum oculis incidat, & facilius præ ceteris dignoscatur.

Illi [qui quatuordecim Stationes efformat] tertia decima] quæ depositionem Corporis Christi de Cruce repræsentat: affigere solent linteum quoddam colore sanguineo hinc indè frequenter tinctum, atque ex utraque ligni transversalis parte dependens, quod sic vivaciùs devotis Fidelibus Sanguis & Vulnera defuncti Redemptoris repræsentetur: sed nec hoc necessarium est; unde & cuiuslibet devotioni relinquitur. Id vero, quod in hoc particulari magis expedire videatur, est; ut [ad clariorem cuiuslibet Mysterii in quacunque Statione repræsentationem] in

in qualibet cruce, vel subtus eam affigatur tabella quædam, vel picta cuiuslibet mystrii repræsentativa; vel ictipta, illud paucis verbis exprimens, quod in qualibet Statione contemplari oporteat; ut sequitur:

## Statio I.

XIX. JESUS ad mortem condemnatus.

## Statio II.

Iesus crucem in humeros suscipiens.

## Statio III.

Iesus sub cruce primâ vice cadens.

## Statio IV.

Iesus sanctissimæ suæ Matri obvians.

## Statio V.

Iesus à Simone Cyrenæo adjutus.

## Statio VI.

Iesus à Veronica sudario mundatus.

## Statio VII.

Iesus sub cruce secundâ vice cadens.

## Statio VIII.

Iesus mulieres plangentes consolans.

## Statio IX.

Iesus sub cruce tertîâ vice cadens,

## Statio X.

Iesus vestibus spoliatus; ac felle, & aceto potatus.

## Statio XI.

Iesus Crucis clavis affixus.

## Statio XII.

Iesus in Cruce exaltarus & mortuus.

## Statio XIII.

Iesus è Cruce depositus.

## Statio XIV.

Iesus in Sepulchro reconditus,

Vinea Seraphica.

Quia autem [ prout supra insinuatum est ] principaliter & immediatè spectat ad Fratres Minores Observantes promovere, ac Fidelibus prædicare pium hoc Exercitium, ut & ad habitatores & conservatores mysteriorum illorum locorum. Hinc illis, & qui buscunque ab eorum directione quomodo cunque dependentibus [ quales sunt utriusque sexus Chordigeri, Tertiarii, & Confratres decem Beneplacitorum Beatissimæ Virginis, aliisque similes ] sunt communicatae copiosissimæ illæ Indulgencie: quas S. Apostolica Sedes quocunque demum tempore concessit iis, qui sacra illa Terræ Sanctæ, seu Palæstina Loca personaliter visitant, atque in eadem forma, ac si tunc personaliter ea ipsa visitarent; dummodo saltem semel; idque vel in principio, vel in fine, vel etiam durante hoc Exercitio VIÆ CRUCIS ad aliquam Stationem, vel ad plures, imò & ad omnes, Stationes hujusmodi dicant sexies *Pater noster* &c. & *Ave Maria*. &c. cum totidem *Gloria Patri*. &c. Stationis sanctissimi Sacramenti nimirum quinques in honorem quinque Ss. Vulnerum Christi, & Stigmatum S. P. N. FRANCISCI; semel vero, seu pro sextâ vice, ad intentionem summi Pontificis, qui dictas Indulgencias, vel Stationem concedit aut concessit. Et hinc est; quod multi diversis in partibus dicant tria *Pater*, & *Ave*, ac *Gloria* &c. in qualibet statione genuflexi, aliaque tria, similiter eundo ab una statione, ad aliam; ut tempori parcant, & tamen devotionem foveant. Alii vero, quibus commoditas adest, omnia illa sex *Pater* & *Ave*, ac *Gloria*, in qualibet Statione genuflexi dicunt, ut scilicet dictas Orationes pluries multiplicando majorem Indulgenciarum meritorumque abundantiam lucrari possint; in quantum nimirum similes Indulgencias, pluries eodem die lucrabiles esse possent.

Hic tamen relicta cuicunque propriâ quo

Cc

quo ad hoc , devotione ; solum in qualibet Statione prescribetur unum *Pater & Ave*. ( Excepta solâ ultimâ Statione ) in qua simul recitabuntur omnia illa sex *Pater noster. &c.* *Ave Maria. &c. & Gloria Patri. &c.* idque ( si possibile sit ) flexis genibus , vel etiam brachiis in crucis modum extensis , aut quomodo docunque cuilibet melius placuerit. Unde multum expedire yidetur , si ultima Statio presentis Exerciti terminetur , vel coram Venerabili , vel saltē in vicinia illius altaris , ubi asservatur : si nimis Stations sint intrâ Ecclesiam. Si verò sint in campo , vel alibi , sub dio , procurandum erit : ut ultima Statio prope , vel etiam intrâ Ecclesiam sit sita , in qua Ecclesia demum coram sanctissimo Sacramento , aut altari ( in quo asservatur ) recitentur sex illa : *Pater, Ave, & Gloria. &c.* Casu verò : quo per loci angustiam , vel populi concurrentis multitudinem omnes in fine , ante , vel post ultimam Stationem , Ecclesiam intrare non possent ; tunc Sacerdos assistens , seu Director in ipsius Ecclesiae ingressu subsistat , ut tam illi : qui foris remanent ; quam illi : qui intus existunt , audire illum possint , ac simul Orationes recitare ( quibuscum Exercitium hoc terminetur ) ac spiritualē Exhortationem seu Sermonem intelligere ; prout infra dicetur , post Exercitium stationis quartæ decimæ.

**XX.** Utimò advertendum ; nullum ( ut supra dictum est ) dictas Indulgencias lucrari posse , qui nullam ab Ordine nostro dependentiam spiritualem habet , imò neque : illos qui illam habent , quando Stationes illae ab Ordinis nostri Patribus erectae & stabilita non fuerint : non tamen tales privarentur copiosissimo illo Merito , piæ huic Dominicæ commemorationi , ac imitationi correspondente. Unde multi sanè Fideles animum suum , intentionemque ma-

gis applicantes , ad compassionem & sequelam JESU Christi , quam Indulgencias hâsce lucrandas certò quodam modo hoc Exercitium peragunt ; ut quotidie eligant sibi unum ex quatuordecim hujusmodi mysteriis : in cuius prolixiori meditatione , ac contemplatione , per aliquod temporis spatum persistunt , atque in particulari illa Statione [ in qua illud representatur ] diutius commorantes orant , ac deinde ( si tempus eis permittit ) reliquas quoque Stationes , sed breviter visitant ; & sic de die in diem , ab uno , ad aliud Mysterium , successivè transeuntes , in alicujus semper Mysterii profunditatem , spiritu , ac mente , suaviter se immergunt. Neque ex iis desunt ; quibus quinque vel sex horæ vix sufficiunt , ut totum hoc Exercitium compleant , quod ( vel ipsa teste Experiendi ) accommodatisimum est ad spiritum nutriendum , & ipsum etiam corpus in iugis devotionis , simul & mortificationis exercitio conservandum ; ita ut : qui in eo devotè se exercuerit , brevi tempore in se ipso experiatur magnam devotionem , vitæque ac morum emendationem. Utì felicissimâ sanè experientiâ constat , civitatibus illis , locis , & communitatibus [ in quibus hoc Exercitium ab aliquo tempore viger ] contigisse.

In breviori illo supradicto Exercitio nullus determinatus est numerus Orationum dicendarum. V. G. *Pater, Ave, & Gloria.* Quia non est necessarium ; cum quilibet propriæ suæ devotioni ( pro ut melius cuivis videbitur ) satisfacere possit.

Solent autem devoteiores , priusquam ab una ad aliam Stationem transituri surgant ; terram osculari , aut saltē profundè , & ferè ad terram usque se inclinare dicentes : *Adoramus te Christe & benedicimus tibi , quia per sanctam Crucem tuam redemisti Mundum.* Id quod populis optimè persuaderetur : ut hac humilatione sui , & adoratione

ratione *Saluatoris Christi IESU*, eidem [qui pro nobis humiliavit semetipsum usque ad mortem crucis tam ignominiosam] se gratos ostendant.

**XXI.** **N**on sunt hic descripti, vel expressè citati Authores: qui pium hoc Exercitium voce & Scriptis docuerunt; ne præsens Tractatus nimiū confundetur: unde qui eos scire & legere desiderat, poterit sequentes inspicere ex multis, qui integra desuper volumina scripsierunt & sunt:  
*Quaresimus in Elucidatione Terra Sancta.* Tom. 2. Lib. 4. C. 1. §. 6. *Christianus Adricomius in Descriptione Jerusalem num. 118.* qui postea num. 123. primordia hujus Exercitiū Beatissimae virginis Mariæ adscribit his verbis: *Pia habet Traditio Majorum, Beatam Virginem que tum suis cruenta Filii sui vestigia ad crucem usque secuta fuit, post eius Sepulturam hac redemantem; primam [VIAM CRUCIS] ex devotione calcasse;* unde *Christianorum Procesiones, ac crucis plantationes originem duxisse* videntur. Hæc ille. *P. Salvator VITALIS in Directorio VIÆ CRUCIS anno 1628. in lucem edito de Mandato Reverendissimi Domini Archi-Episcopi Florentini.* Et alii plures apud *Quaresimum.* Sed ne longiores simus in adducendis testimonii pro Exercitio tam sancto, tam publico, tam authentizato: scire sufficiat: quod sanctæ memoriae Papa Leo X. approbaverit piam illam, & jam suprà citatam Traditionem, quod nimis Maria Virgo in eodem se exerceuerit, ac meritò propterea hujus devotionis Antesignana sit appellanda. Unde in Bulla (quæ approbat & confirmat Regulam decem Beneplacitorum ejusdem sanctissimæ Virginis) Cap. 10. de eadem loquendo dicit: *Vulnera Filii sepe consideravit, loca Passionis continuè visitavit.* Quæ Bulla expedita fuit 1517. & fuit quinta sui Pontificatus:

XXII. **N**eque dubitare ullatenus possunt, vel audent de illarum Indulgientiarum valore, quas lucrantur, qui sanctum hoc Exercitium practicant, præsertim si Ordini Fratrum Minorum [ut supra] sint subordinati, idque vel per III. Ordinis assumptionem; vel per gestationem Choruldæ Confraternitatis Ss. Stigmatum, vel per incorporationem ad aliam similem Confraternitatem approbatam, nostro Ordini subordinatam, aut directioni Fratrum eorumdem commissam: dummodo & hi vel in principio, vel in fine, aut intermedio tempore, recitent Stationem Sanctissimi Sacramenti pluries jam supra nominatam, quæ indulgentiæ referuntur, & videri possunt in Brevi Venerabilis Servi Dei *Innocentii Papæ XI.* quod incipit. *Universis &c. dato die 30. Septemb. anno 1681.* Et in Constitutione *Innocentii XII.* quæ incipit: *Venerabili Fratri &c. datâ 17. Kal. Januarii.* 1695. Et fuit quinta sui Pontificatus; ubi cum gratiosa operum commutatione declaratur: quod ubique dictum Exercitium fiat; eadem prorsus Indulgentiæ acquirantur: quæ acquiterentur: acsi in ipsa Terra Sancta, seu Jerosolymis fieret, quæ Indulgentiæ & numerosissimæ sunt & confirmatae in Bullis *S. Pii V. Divinâ disponente &c. & Sixti V. Votis ex quibus. &c.* Quas omnes tandem confirmavit Clemens Papa X. in Brevi, quod incipit: *Pis Christi Fidelium votis.* Dato Romæ apud S. Mariam Majorem die 11. Junii. 1670. Pontificatus sui anno primo, & reperitur per extensem in *Theatro Regularium P. Angeli à LANTOSCA cum Supplemento FRANCISCI ANTONII JANNONI impresso Roma typis Rev. Camere Apostolicae.* Anno 1679. Qui autem omnes & singulas Indulgentiæ distinctè & expressè legere desiderat; videat *EMANUELEM RODORIQUEZ* Tom. 2.

Cc 2

*Quæst.*

*Quesit. 1. Reg. Q. 92. P. LAURENTIUM de S. Francisco. Thesaur. cœlest. P. 2. §. 7. P. JOSEPHUM GAVARRA instruct. prædic. fol. 177. P. JOANNEM CALAORRHA. Chronistam Terræ Sanctæ L. 8. C. 20. fol. 756. CASARUBBIUM, verbo Indulg. Stationum Jerusalem. Ex quo solum aliqua VIAM CRUCIS præcipue concernentia hic annotare volui.*

**XXIII.** *P*rimo. In domo Pilati ( ex qua Christus ad mortem condemnatus prodiit ) est Indulgentia plenaria.

2dō. In quolibet Loco ( ubi Dominus fatur cecidisse sub cruce ) sunt Indulgentiae septem annorum , ac totidem Quadragenarum.

3tō. In via ( per quam Christus ductus est ad crucifigendum ) quæ appellatur via amaritudinis ( ubi est domus Lazari & Sororum ejus ; ac etiam domus Pharisæi, ad quam vénit Magdalena ) sunt eadem Indulgentiae septem annorum , ac totidem Quadragenarum.

4tō. In loco ( qui dicitur Spasmus beatæ Virginis , ubi nimirum illa Filio suo crucem portanti obvians animi deliquium passa est, & velut mortua concidit [ sunt Indulgentiae septem annorum , ac totidem Quadragenarum.

5tō. In loco [ ubi angariatus fuit Simon Cyrenæus, ut tolleret crucem Christi ] sunt septem anni , & totidem Quadragenæ Indulgentiarum.

6tō. In domo sanctæ Veronicæ ( quæ ibidem faciem Salvatoris sudario abstulerit ) similiter sunt Indulgentiae septem annorum , ac totidem Quadragenarum.

7mō. In loco ( ubi sunt duæ petræ albæ : supra quas sedit Christus lassus ex pondere crucis ) sunt septem anni , ac totidem Quadragenæ Indulgentiarum.

8vō. In quadam Capella ( quæ est juxta lo-

cum ; ubi crucifixus est Christus, & est quædam scala ) est Indulgentia plenaria.

9nd. Sub rupe [ ubi Dominus crucifixus fuit ] sita est quædam Capella , in quo loco reperta fuit à S. Helena Crux Dominica ; & ibi est Indulgentia plenaria.

10mō. In alia Capella est petra , super quam sedet Christus spinis coronatus ; estque ibi Indulgentia septem annorum , ac totidem Quadragenarum.

11mō. In altera iterum Capella ibidem ( ubi sortes missæ sunt super vestem Domini ) sunt similiter Indulgentiae septem annorum, ac totidem Quadragenarum.

12mō. In specu quadam ( ubi positus fuit Christus , interim , dum crucifixores aptabant crucem ) pariter sunt Indulgentiae centum annorum , ac rotidem Quadragenarum.

13tō. Própe foramen , ubi posita fuit Crux Christi , ipséque Dominus crucifixus fuit, est Indulgentia plenaria.

14tō. In loco , ubi Christus è cruce depositus fuit in gremium Dominæ nostræ , est Indulgentia plenaria.

15tō. In sancto Sepulchro Christi est Indulgentia plenaria.

16tō. In Ecclesia sancti Sepulchri : ea Indulgentia liberationis animæ à poena , & culpa.

Et hæ Indulgentiae [ quæ in VIA CRUCIS Hierosolymitana occurunt ] sunt de sumptæ ex Compendio Privilegiorum Patris Alphonsi de Casarrubios Ordinis Minorum fol. 131. Titulo Indulgentie Jerusalem. Dum igitur adest hora , & tempus, incipiendi hoc Exercitium ; & populus in Ecclesia, vel campo, vel alibi [ ubicunque VIA CRUCIS fuerit ] congregatus fuerit ; tunc Director, vel Prædictor faciet brevem , & ferventem Exhortationem , quâ populum informet de hujus functionis mysterio, simul ac momento; mon-

moneatque : quâ cordis devotione, ac mortificatione corporis , eidem interesse oporteat : deinde illum ad primam Stationem ducat præcedente cruce quâdam ligneâ simplici ; quò perveniens Exercitum incipiet hoc modo :

### Modus practicandi Exercitum VIÆ CRUCIS.

Ante primam Stationem utiliter dici poterit à Directore altâ voce hæc vel similis Oratio præparatoria ; quam quilibet mente saltem cum eodem dicat , vel voce submissâ.

### ORATIO PRÆPARATORIA.

**XXIV.** **A** Terne Deus, Pater ac Domine animæ meæ ; Ecce me hic nunc coram immensa Majestate tua prostratum , dolentem , & corde compunctum , quòd te unquam offenderim : tibique , quantum in me fuit , & contaram te , malefecerim. Agnosco, ô mi Deus! me maximum sub sole peccatorem. Confiteor: quòd peccatis gravissimis abundem , & culpis scateam, adeò: ut à planta pedis usque ad verticem capitis non sit in me sanitas. Coram purissimis igitur Majestatis tuæ oculis omnes iniquitates meas confitens , & penitentes aperio. Respice quælo, ô mi Deus ! dolorum contriti cordis ! Sed ne horror peccatorum meorum te de novo offendat : aliò divinissimum vultum tuum converte. Averte faciem tuam à peccatis meis , & sic avertendo omnes iniquitates meas dele. Scio ô dulcissime Domine, scio, & agnosco ; quòd heu! nimis malè , & cogitationes meas , & verba, & opera vitæ meæ impenderim ! tantum ad hoc ut te offenderem ; sed nunc optime & amantissime Deus cordis mei ! quid mihi agendum restat , nisi quòd contritus &

dolens ad te recurram ? Quò fugiam, nisi ad te Deus meus ? Recordare Domine , quòd Pater sis, & quidem amantissimus Pater , & tanquam Pater recipe in amplexus tuos filium hunc prodigum , qui & malè dissipatae substantiæ suæ , pluriūmque peccatorum à te veniam petit, & pectus suum humiliter percutiens ad clementiam misericordiæ tuæ rursus aspirat. Et usquequo mi Deus! à te aversus vivam ? Quàm diu Bonitati tuæ rebellis existam ? & quando tandem cessabit hæc cordis mei obstinata durities ? Ah ! Jam nunc tempus & horam adesse sentio , quâdemum peccatis finem imponens , vitam meam hucusque tam indignam emendem : dum amabilissimum JESUM pro me passum, ac sanguine perfusum conspicio : compungitur cor meum intrâ me , & in recompensationem tanti ab illo pro me effusi sanguinis integra mihi lacrymatum flumina exopto , quibus maximam illam (in qua hucusque vixi) cætitatem dignè deplorem. Suscipe Domine, firmissimum hoc cordis mei Propositum; quo mille potius vitas amittere , quàm vel semel imposterum peccare paratus sum ; ac sanctissimam tuam benedictionem implorans sacram hanc viam tibi offero : in honorem dolorosissimæ illius viæ : quam ultimam è Prætorio Pilati, usque ad Calvariaæ Montem, JESUS Christus Filius tuus pro me patiens , & Cruce gravi oneratus perfecit. Intendens etiam , per eandem lucrari Indulgentias sacras, à Summis Pontificibus concessas , unam earum plenariam pro miserrima anima mea applico ; reliquas verò omnes , & singulas (in quantum tibi placet. & ego possum) per modum Suffragii applico pro animabus in Purgatorio existentibus. Intendo pariter orare juxta intentionem, finem, & motiva: ob quæ , & cum quibus tam magnus Indulgentiarum thesaurus concessus fuit, tibi humiliè supplicans : ut ad obtainendam in hac

Cc 3

vita

vita misericordiam tuam, & in alterâ æternam gloriam, proficuum mihi hoc pium Exercitium esse concedas. Amen.

Deinde genuflexi omnes devotè dicunt profundè inclinati, vel etiam cum oculu ter-  
ræ. *V. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.* *R. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti Mundum.* Et idem coram qualibet Cruce in omni Statione repetitur, ac in fine Stationis cuiuslibet unum *Pater & Ave* devotè adjungitur cum profunda inclinatione etiam hic versiculus: *Miserere nostri Domine. Miserere nostri.* ut sequitur.

## STATIO I.

*V. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.*

*R. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti Mundum.*

Deinde Director altâ voce dicit hæc, vel similia huic Mysterio accommodata verba, pro materia facienda considerationis:

**XXV.** *P*rima hæc Statio domum re-  
præsentat, ac Prætorium Pilati:  
ubi benignissimus *Salvator noster JESUS Christus* [acerbissimè flagellatus, acutissimis spinis coronatus, contumeliis, ac opprobriis copiosè affectus] tandem ignominiosissimæ mortis sententiam ex solo generis humani amore recepit. Considera hic suam illam humilitatem ac submissionem; cum qua mansuetissimus ac innocentissimus Dominus in justissimam inqui Judicis sententiam acceptavit, ad mortem Crucis condemnatus; contentus mortem subire tam dolorosam, & opprobriosam: ut tu vitam beatam, & æternam gloriam reciperes. Unde & tu cum ego emendandæ vitæ tuae Propositø; penitius doloribus, & tormentis animitus com-

patiens dic præmissâ primò parvâ meditatione ante recitationem Orationis (& sic observabitur in singula Statione.)

Hic Director altiori voce dicit sequentem, vel similem Orationem distinctè & intelligibiliter; ut ab omnibus audiri possit, omnésque illum, ejusque verba, submissiori tamen voce assequi valeant.

## ORATIO.

**B**enignissime Domine JESU! qui ex amore mei carceres, catenas, spinas, ac flagella, ut Reus pati, ac iniquissimæ huic sententiae ad ignominiosissimam Crucis mortem subjici non recusasti, tibi humiliter supplico: quatenus delere velis sententiam æternæ mortis, quam plurima mea ac gravissima sceleræ meruerunt; utque tuâ pietate dignus efficiat in articulo mortis meæ gratiosam illam à te sententiam audire: Veni Anima benedicta; nam tuas ego meo sanguine delevi culpas. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.*

*Miserere nostri Domine, miserere nostri.*

## STATIO II.

*V. Adoramus te. &c.*

*R. Quia per sanctam. &c.*

**XXVI.** *S*ecunda hæc Statio (qua 26. Passibus constat) locum designat: ubi amantissimus Redemptor tuus à crudelissimis lictoribus, purpureâ illâ, lacerâque veste [quâ illum majoris ludibrii, contemptûs, & ignominiae causâ vestiverant; dum illum spinis coronatum Regem ironice salutabant] spoliatus fuit, ac propriis solitisque vestimentis induitus; ut ab omnibus melius cognosci posset, & tanquam malefactor notari, sicque pondero-

derosissimo Crucis ligno super afflictissimos humeros oneratus est.

Considera hic benignissimum JESUM sanguine undique madentem, doloribus plenum, & ab omnibus derelictum! qualiter nimis grave hoc onus ipsius mortis suæ instrumentum in humeros libenter suscipiat, sufferendo etiam patienter & tacitè verbera & injurias, sibi à Judæis illatas: dum interim tu Crucem Pœnitentiae (quæ te non tam ad Calvaria Montis dolores, quam ad æternæ potius felicitatis fastigium ducet, recusas: unde obstinationem tuam detestans dic:

## ORATIO:

**O** Rex supreme cælorum! qui perfidæ inimicorum tuorum voluntati traditione recusasti, gravèque Crucis pondus super vulneratos humeros tuos amore mei libenter suscepisti; da gratiam: ut voluntatem meam in divinam voluntatem tuam perfectè resignare, sicutque Pœnitentia Crucem pro peccatis meis libenter suscipiens, æternum te vivere, & frui in cælis valeam. Amen.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

## STATIO III.

v. Adoramus te Christe. &c.

v. Quia per sanctam. &c.

**XVII.** Tertia hæc Statio repræsentat; qualiter JESUS post exantratos alios octoginta Passus, ex sanguinis de sacro ejus Corpore jugiter profluentis defectu debilitatus; summâque vi compulsus sub gravi Crucis pondere, primâ jam vice, in terram coruerit.

Considera hic patientiam ejus, dum non obstantibus tot tantisque percussionibus, ac tormentis Dominus ac Deus tuus tacer, &

sustinet; nec lamentatur, nec conqueritur, immo nec verbulum reponit perfidis illis: qui (ut se statim erigeret, ac progrederetur) contumeliis verberibusque illum impetere non cesant; ubi è contrario tu in infirmatibus tuis, & adversis omnino impatiens, in maledictiones, querelas, ac temerarias etiam saepe blasphemias prorumpis, cuius impatiens tua veniam exorans Dominum tuum sic exora.

## ORATIO.

**O** Amabilissime mi Redemptor! qui ponderosa Crucis onere summè defatigatus, sub eodem in terram corruere fuisti coactus; divinam tuam clementiam supplex exoro: ut gratiam mihi tribuas verè cognoscendi, & vivaciter sentiendi gravitatem peccatorum meorum. Fac, ô mi JESU! ut ad imitationem tuam pro salute Animæ meæ Crucem cujuscunque adversitatis, tanquam à te immisæ, libenter perfaram. Amen.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.

Miserere nostri Domine, &c.

## STATIO IV.

v. Adoramus te. &c.

v. Quia per sanctam. &c.

**XXVIII.** Hæc est quarta Statio, monstrans nobis; qualiter afflitus Salvator (postquam ligno Crucis gravatus alios 61. Passus perfecisset) sanctissimam suam, dolorosam, & afflictissimam Matrem obviam habuerit. Ubi considera: quo corde, & animo, piissima illa Virgo, patientem Filium suum respexerit; & intensissimum dolorem, quem in se senserit, videns illum cruento undique suffulsum. Deinde perpende affectuosissima illa verba: quibus se se invicem allocutæ fuerint ambæ illæ amantissimæ Animæ: Matris

ris scilicet ac Filii ; & in te ipso confusus  
[ quod hucusque nec Filii dolores , nec Ma-  
tris afflictio ullatenus commoverint duri-  
ziam cordis tui ] sic humiliter precare.

## ORATIO.

**C**oncede mihi quæso , clementissime Do-  
mine, vel minimam particulam illius do-  
loris: quem in hoc punc̄to sensit dolorosissima  
tua Mater ; ut dignè plangam & tuos do-  
lores, & illius angustias. Fac ô mi dulcissime  
JESU, ut Anima mea in omni, præsertim  
verò in ultimo terribili mortis meæ agone,  
te obvium & propitium videat.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.

## STATIO V.

v. Adoramus te &c.  
v. Quia per sanctam. &c.

**XXIX.** **Q**uintâ hâc Statione repræsen-  
tatur nobis ; quomodo (postea-  
quam Christus alios 71. passus peregisset,  
nec vires se sustinendi haberet) à Barbaris il-  
lis Crux ejus data fuerit Simoni Cyrenæo :  
ut illam post JESUM portaret, non ex  
pietate aut compassione ; sed ex timore, ne  
per viam deficiens moreretur. Cùm unicum  
eorum desiderium esset, quatenus ligno illi  
clavis ignominiosè affixus , ac inter duos la-  
trones sublimis pendens, post sat longum &  
ponosum ex omni parte agonem , animam  
tandem exhalaret. Consideranda hîc venit  
interna afflictio ; cùm hanc Hebræorum suæ  
mortis tam avidorum crudelitatem videret ;  
similque vim , quâ Simon resistebat ; quô  
minus grave illud crucis pondus post JESUM  
portaret. Tu autem te illum Simo-  
nem esse cogita : qui crucem tibi impositam,  
in specie tantum libenter , in te verò invo-

luntariè, & non nisi per vim portas , minimè  
studens afflito Redemptori tuo adjutorio  
esse. Unde crudelitatem tuam detestans, ita  
eidem Salvatori tuo supplica.

## ORATIO.

**O** Amantissime JESU ! qui præ arden-  
tissima tua erga me charitate per viam  
montis Calvariae ponderosissimam crucem  
portare, atque ut ego in persona Simonis Cy-  
renæi in illa portanda te adjuvarem, voluisti;  
tibi humillimè supplico: ut quia hucusque nul-  
lum tibi adjutorium præstisti, crucis tuæ pon-  
dus mihi imponere ; & cor meum (quod  
constantissimum in doloribus tuis locum  
voluntariè tibi offero ) suscipere digneris.  
Amen.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.

## STATIO VI.

v. Adoramus te. &c.  
v. Quia per sanctam. &c.

**XXX.** **H**æc sexta est Statio : quæ illum  
locum nobis repræsentat, in quo  
[ post decursus alios 191. Passus ] patienti  
JESU obviâ vénit pia Veronica ; quæ  
sanctum illius vultum , alapis lividum , &  
sanguine undequaque manantem videns,  
compassione mota ei sudarium obtulit , quo  
faciem suam JESUS abstergens , cruentati  
vultus sui effigiem in eo impressam reliquit.  
Considera hîc non solum magnam ac intre-  
pidam devotæ illius mulieris pietatem , pre-  
ciosissimâ sanè remuneratione compensatam  
& deplorans cordis tui duritatem compatiendo  
patienti Domino tuo ; confusus , eundem  
sic saluta.

## ORATIO.

**O** Verè amantissime animæ meæ Sponsæ !  
qui ardenterissimi tui amoris signum in  
sacra-

## VINEA SERAPHICA.

sacratissimi vultus tui effigiem mihi relin-  
quere dignatus es ; te unicè deprecor , ut  
illam de novo cordi meo imprimas , & ut  
præter te solum æternæ beatitudinis meæ Ob-  
jectum , nihil aliud in terris desiderem , cle-  
menter concedas. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.*

## S T A T I O VII.

*¶. Adoramus te. &c.  
¶. Quia per sanctam. &c.*

**XXXI.** Septima hæc Statio , aliis 336.  
Sparsibus constans , repræsentat  
nobis portam illam Hierosolymitanam : quæ  
Judicaria appellatur ; ad quam Redemptor  
noster perveniens , secundâ vice præ debili-  
tate in terram cecidit ; hinc novis verberi-  
bus impetus , tensionibus , & columnis ex-  
agitatus est. Considera hic Deum , & Salva-  
torem tuum , ob dolorum immanitatem in  
terram , & vultu quidem in saxa hinc inde  
sparsa violenter illicò prolapsum , ab inimi-  
cis trusum , atque ab inhumana plebe deri-  
sum ; ast tuam superbiam [ quâ super alios  
te extollis , lapsus hujus , & pœnarum cau-  
sam esse cogita. Unde cogitationes tuas &  
affectiones veraciter humiliando divinum illius  
adjutorium sic poteris implorare.

## O R A T I O .

**O** Sanctissime mi Redemptor ! qui cum  
tanto honoris tui & famæ dispendio ,  
publicè ad supplicium ductus fuisti ; & præ  
delicatissimi , ac insuper vulnerati corporis  
tui debilitate , secundâ etiam vice in terram  
collapsus es ; exoro te humillimè : quatenus  
intellectum meum illuminare digneris , ut  
cum vero humiliationis actu superbiam me-

*Vinea Seraphica.*

209

am detestando , in hoc lapsu quem pro sa-  
lute mea facere voluisti , sublevare te vale-  
am. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.*

## S T A T I O VIII.

*¶. Adoramus te. &c.  
¶. Quia per sanctam. &c.*

**XXXII.** **O** Cravæ hæc Statio illum nobis  
locum figurat : in quo post  
alios 348. Passus Redemptor noster obvias  
habuit complures pias mulieres , quæ illum  
tam malè tractatum , ac sanguine fœdum con-  
spicientes , ex compassionē amarè flebant ;  
quas ille è contra peramanter consolabatur.  
Ubi magnum benedicti tui JESU amorem  
considera ; qui , quamvis præ dolorum mag-  
nitudine , ac pœnarum acerbitate , extre-  
mum tortus , ac quasi semi mortuus ; nihilo-  
minus flentes hæc mulieres unicè confo-  
lari fatigebat , ubi tu ex compassionē tot an-  
gustiarum ( quas pro tua salute patitur ) ne-  
vel unam lacrymulam fundere dignaris. Un-  
de ingratitudinem tuam recognoscens , ejus-  
que doloribus compatiens eundem sic com-  
punctus alloquere.

## O R A T I O .

**Q** Uanto mei amore captus es ô afflic-  
tissime JESU ! dum in maximâ tribula-  
tionum tuarum vehementiā , tu î ipsius obli-  
tus , meæ consolationi intendis ? unde ego  
de ingratitudine mea confusus , tuamque ad-  
mirans clementiam , rogo te : quatenus ( qui  
pias harum mulierum lacrymas respexisti )  
meas quodque respicere , atque hanc præser-  
tim consolationem , ut in articulo mortis

D d

meæ

meæ securâ mente intueri te valeam , con-  
cedere digneris. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.*

## STATIO IX.

*¶. Adoramus te. &c.*

*¶. Quia per sanctam. &c.*

XXXIII. **N**ona hæc Statio 161. passibus constans radicem Calvariae montis nobis repræsentat ; ubi Christus deficientibus omnino viribus tertiam vice iterum in terram procidit , ac in plures ibidem per viam sparsos lapides & saxa prolapsus , novos exinde dolores , novaque Vulnera recepit , recrudescentibus antiquis. Ubi iteratò considera multiplicatas a lictoribus injurias , contumelias , ac verbera , quibus illum ad citius surgendum , & velocius eundum propellebant : ut saltem vivum ad montem pertrahere , ibique turpiori Crucis morte eundem afficere possent. Quorum etiam non potremus tu fuisti , qui per plura crimina & peccata tua eundem saepius affixisti. Unde impietatem tuam detestans , eundem sic saluta.

## ORATIO.

**O** Benignissime Jesu ! qui ( ut pro culpis meis satisfaceres ) in pœnas hâc viâ tot & tanta tormenta sustinuisti ; concede mihi quæso : ut dolorosos lapsus tuos considerans , hos utrî continuos mihi stimulos sentiam , qui ad jugem Paradisi considerationem , viamque virtutis continuo decurrendam me perpetuò excitant. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.*

*Miserere nostri Domine. &c.*

## STATIO X.

*¶. Adoramus te. &c.*

*¶. Quia per sanctam. &c.*

XXXIV. **H**æc est decima Statio : in qua nobis repræsentatur ; quali-

ter Salvator noster [ postquam alios 18. Passus ultrà progressus montem attigerit ] ubi ab impiis ministris vestibus suis de novo crudeliter exutus , & spoliatus fuit. Ubi non solum considera summos ejus dolores , ex eo , quod cum vestibus [ quæ jam cum vulneribus quasi concreverant ] tota etiam cutis abstracta violenter fuerit , ac omnia corporis Vulnera hoc actu renovata , immo & augmentata fuerint. Sed cogita etiam extre-  
mum dolorem & verecundiam castissimi JE-  
SU dum in tanta populi præsentia se nudum  
præsentari conspergit , ac demum alicujus refo-  
cillationis loco nil accepit , nisi ad majorem  
tribulationem suam vinum felle & myrrâ mixtum ; unde præ compassionis dolore ob  
tot exorbitantes pœnas lacrymabundus de-  
votè dices :

## ORATIO.

**D**omine mi JESU Christe ! qui ut animæ meæ nuditatem cooperites , hoc in loco vestibus spoliari voluisti , sicutque omni populo nudus præsentari ; per hæc atrocissimas pœnas tibi humiliter supplico , ut tuâ gratiâ adjuvante , omni terreno affetu spoliatus existam. Fac ô mi JESU ! ut palato animæ meæ hujus mundi deliciæ & voluptates amarissimæ fiant , sicutque amaritudinem sanctissimæ Passionis tuæ tecum dignè gustare possim. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.*

*Miserere nostri Domine. &c.*

## STATIO XI.

*¶. Adoramus te. &c.*

*¶. Quia per sanctam. &c.*

XXXV. **U**ndecima hæc Statio aliis 12. Passibus constans , quos Redemptor jam nudatus perfecit , illum nobis locum indigitat ; ubi idem piissimus Domi-  
nus

## VINEA SERAPHICA

nus supra crucis lignum extensus, & in Matris suæ præsentia clavis eidem affixus fuit. Ubi considera excessivum dolorem Domini tui, dum delicatissimæ manus ejus, ac tenuissimi Pedes, obtusis illis clavis perforantur. Similque perpende afflictionem extremam Beatissimæ Virginis Matris MARIAE, dum crudelitatem tam barbam spectare debuit. Unde tandem aliquando & tu te resolve ad crucifigendam carnem tuam cum vitiis & concupiscentiis suis in eadem cruce; & propterea JESU Redemptori tuo devote sic supplica:

### ORATIO.

**O** Clementissime JESU ! qui ex immensa tua erga me amoris magnitudine in Cruce extendi, atque clavis in eadem configi voluisti ; te deprecor : quatenus tuâ sanctâ gratiâ adjuvante pedes meos & manus crucifigam, easque ad illicita amplius non extendam ; & sic crucifixus tecum in terris vivens, gloriae tuæ tecum particeps esse possum in cælis. Amen.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.

### STATIO XII.

¶. Adoramus te. &c.  
¶. Quia per sanctam. &c.

**XXXVI.** **H**æc est duodecima Statio in 14. aliis passibus consistens, & repræsentat locum: in quo Crux cum crucifixo Domino plantata fuit, collocata in medio duorum latronum, ob scelera sua propria, cum Christo crucifixorum. Considera hic maximam Christi verecundiam, dum in alto se nudum, & medium inter duos infames latrones conspexit, & gravissi-

mum dolorem, quem necessariò sentire debuit, dum manibus pedibusque transfixis sic è Cruce pependit. Deinde imaginare tibi, te ad sacri illius ligni radicem consistere ac vide copiosos illos languinis fontes ex sanctissimo illo corpore in terram defluentes. Postrem considera jam moribundam divinam illam faciem; qualiter pro Offendentibus depretetur, Paradisum Petenti concedat, Matrem curæ Joannis relinquit, sitim animarum nostratum (quâ cruciatur) manifestet, Animam in manus Patris commendet, ac inclinato tandem capite ex amore tuî spiritum emittat. Hinc si aliquis pietatis sensus tibi supersit; cum consideratione peccatorum tuorum dolorem renova, & eadem deflens Veniam sic supplex exora :

### ORATIO.

**A** Gnosco heu nimis serò, ô mi JESU! quòd peccata mea à me commissa, ac toties repetita carnifices illi fuerint : qui te tam crudeliter tractaverunt; lictores: qui te vitâ privaverunt, ac unica pœnarum tuarum tam atrocium, & mortis tuæ causa extinxerint; unde eadem toto corde detestor, nec unquam ea me iterum commissurum firmissime propono. Adjuva me ergo püissime Domine, & per virtutem tui pro me effusi sacerdaci sanguinis noli, quæsto, permettere, ut pereat Anima mea, imò potius fac ut ex amorphissimo ore tuo suavissima hæc verba in morte audire merear: Hodie mecum eris in Paradiso Amen.

Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Miserere nostri Domine. &c.

### STATIO XIII.

¶. Adoramus te. &c.  
¶. Quia per sanctam. &c.

**XXXVII.** **H**æc est 13ria Statio aliis 13. passibus à situ crucis distans;

D d 2 quæ

quâ repræsentatur locus , in quo corpus Christi è cruce depositum , à Josepho & Nicodemo in Matris sinu collocatum , aromatibus unctum , ac juxta Hebræorum usum sindoni involutum fuit. Considera hic pium Discipulorum illorum affectum , lacrymas dolorosæ Matri exanimè defuncti Filii sui corpus sinu excipientis. Unde & tu cum vera devotione , ac lacrymis MARIAE planctum , Magdalæ gemitus , Joannis suspiria , & charitatem Discipulorum imitari satage , & defunctum Redemptorem tuum adorans sic dices :

## ORATIO.

**A**doro te ô mi JESU Salvator meus ac Redemptor ! qui modò in Matri tuæ gremio defunctus jaces ; & deprecor immensam illam charitatem ; quâ dilexistis nos , quatenus mihi concedas : ut dum in sanctissimo Altaris Sacramento te recipio ; sinu cordis mei te stringere , atque in anima mea velut in sepulchro novo te recondere , & in æternæ salutis meæ pignus possidere semper valeam. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Misericordia nostri Domine. &c.*

## STATIO XIV. &amp; ultima

*¶. Adoramus te. &c.  
¶. Quia per sanitatem. &c.*

**XXXVIII.** Q uarta-decima hæc & ultima Statio 30. aliis pasibus constat ; locumque Sepulturæ JESU Christi Domini nostri designat. Ubi considera , quali cum pietate benedictum illud Corpus Christi sepultum fuerit : quales fuerint plancus non solùm devotarum mulierum , sed & Amicorum Christi , ac specialiter sanctissimæ ejus Matri ; cuius utique dolor excessi-

vus fuit ; dum jam tandem amantissimi Filii sui præsentia totaliter se privatam vidit , in qua suspiria proruperit inde discedens ; & quoties ad lapidem illum sepulchralem sepius respexerit , indicans : sub eodem nobilissimum animæ sua pignus remanere depositum. Unde tu occasionem sumes amplius te confundendi ; agnoscens : quod in toto dolorissimi iteneris hujus exercitio non sufficientem in te pietatis , compassionis , aut compunctionis affectum senseris , ac propterea cum intensissima animæ tuae devotione sic passo pro te , mortuo , & sepulto Dominino tuo supplica :

## ORATIO.

**O** Piissime Domine ! qui ex solo mei amore , & immensa tua Bonitate tam dolorosam viam perficere , ac complere voluisti ; adoro sacratissimum tuum Corpus pro me mortuum , ac sepultum ; ac te humiliter precor : quatenus per omnem illum sanguinem quem in ea effudisti , & penas quas sustinuisti , mihi concedas ; ut in futurum semper penas tuas meditari , doloribus tuis compati , culpas meas detestari , atque in sacræ Legis tuae observantia sic progredi valeam : ut in articulo moris meæ pretiosissimi sanguinis tui copioso fructu frui & gaudere merear. Amen.

*Pater noster. &c. Ave Maria. &c.  
Misericordia nostri Domine. &c.*

**H** Is omnibus finitis coram Ss. Sacramento , seu altari in quo est reconditum , devore recitantur alia sex Pater noster & Ave Maria cum totidem Gloria Patri , ut supra dictum est. Et juxta commoditatem & devotionem adjungi potest Hymnus : Stabat Mater dolorosa. &c. Qui hymnus etiam in publico Viae Crucis Exercitio cantari potest , distributis scilicet

licet ab una Statione ad aliam Versibus; ita ut post ultimam Stationem, aut ad minus post Stationem Ss. Sacramenti totus finiatur; idque vel in lingua latina, vel vulgari, vel in utrâque alternatîè; vel etiam sic: ut ad quemlibet Versum latinè cantatum populus semper in vulgari respondeat solum illum Versum ejusdem hymni: *Sancta Mater istud agas; Crucifixi fige plagas cordi meo validè.* Toto autem hymno finito dicitur.

v. *Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.*

¶. *Ut revelarentur ex multis cordibus cogitationes.*

## OREMUS.

**R**espice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam; pro qua *DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS* non dubitavit manibus tradi nocentium; & *Crucis* subire tormentum. Qui tecum vivit. &c. Amen.

FINIS EXERCITII.

**U**LT autem praxis hujus sancti Exercitii facilior & commodior reddatur; hinc in diebus festis & dominicis communiter, & quidem post Vesperas, ac secundum populi concurrentis multitudinem, & devotionem, singulis Fetiis sextis per Annum, imò singulis etiam diebus per Quadragesimam visitari possunt hæ Stationes ab omnibus, vel quibusdam Religiosis ex Conventu, cum omnibus aliis utriusque Sexus personis, qui accurrunt & comitari volunt; sub directione vel assistentia alicujus religiosi Sacerdotis, à Superioribus ad hoc deputati: Non quidem quasi necessarium sit, ut sic in communione fiat (cùm quilibet quocunque tempore, die, & horâ etiam noctis privatim hoc Exercitium practicare possit, ut infrà dicetur.)

Sed ut hæc sancta Devotio cuilibet sub tali ductu facilior fiat, atque etiam, ut (cùm Orationes in communi factæ Deo sint gratores & acceptiores) à divina Bonitate & Clementia quilibet facilius exaudiri possit; atque Sacerdos ille assistens, vel Director ad quamlibet Stationem (ut suprà dictum est) clarâ voce Populo prælegat: quid quælibet Statio repræsentet, & quid in ea potissimum considerandum occurrat; ut suprà ad quamlibet distinctim etiam notatum est; Orationes pariter dicit, voce tamen adhuc paulò magis elevatâ & distinctâ; atque sicut in principio hujus Exercitii, sic etiam in fine, brevem quandam Admonitionem seu Sermonem Populo facere poterit, præsertim diebus festiis; ac tandem cum Benedictione dimittit.

*Modus privatim practicandi Exercitium VIÆ CRUCIS.*

XXXIX. **Q**uia dispositio Meditationum Orationum, Versuum. &c. in dictarum Stationum visitatione suprà posita occurrentium, est illa eadem; quæ ordinariè practicatur in Urbe Roma, in Ecclesia Sanctæ Matiæ de Ara Cæli, Conventu Ordinis FF. Minorum de Observantia; eandem hic ex Italico in latinum Idioma translatam adjungere placuit. Qui verò vel legere nesciunt, vel ex alio impedimento superveniente commoditatem non habent hanc VIAM CRUCIS modo jam dicto legendi; propterea subiectum hic duxi modum: hoc Exercitium etiam privatim practicandi.

Quicunque ergo cum vera devotione & dolore de peccatis suis, dolorosam hanc Viam terere intendit; in prima Statione, coram prima cruce genuflexus Viam hanc Deo offerat, ac formet intentionem: dein prostratus dicat Versiculum; si calleat: *Adoramus te*

*D d 3 te*

*te Christe. &c.* aut aliud quid simile. Postea mente ad Deum elevatā parumper contempletur Mysterium in illa Statione repræsentatum, & Christi afflictionem: ad cuius deum honorem dicat quinques, aut ter, aut saltem semel *Pater noster*, & *Ave Maria*, finaliter subjungens *v. Miserere nostri Domine*. &c. Aut pectus suum tundendo dicat profundè inclinatus: *Deus propitius esto mihi peccatori*. Et sic ad secundam, & reliquas Stationes se conferat, eodem modo donec absolvat; per viam verò quæ inter unam & alteram Stationem interjacet, vel Christi tormenta meditetur, vel Matris dolores; vel alias Orationes dicat, quas sua cuique devotione facile suggeret. Finita autem ultimæ Crucis, seu Stationis visitatione, tandem coram sanctissimo Sacramento prostratus, aut saltem genuflexus dicat *s. Pater noster, Ave Maria, & Gloria Patri. &c.* in honorem quinque Vulnerum Christi, & Stigmatum S. FRANCISCI, semelque *Pater noster, Ave Maria, & Gloria Patri. &c.* subjungat ad particularem intentionem summi Pontificis, qui dictas Indulgencias concessit; quibus finitis Viam Crucis optimè, & cum omnibus supradictis Indulgenciis perfecit. Privata hæc visitatio [ sive ab uno solo fiat, sive à pluribus] quacunque cuiusvis diei, seu temporis horæ fieri potest, & unâ solâ vice eam fecisse sufficit: ut concessas Indulgencias quis consequatur. Quod si tamen aliquis pluries eadem naturali die hanc visitationem Stationum VIÆ CRUCIS repeteret? meritum quidem optimo huic operi toties, quoties, factò correspondens non perderet; dictas tamen Indulgencias non nisi unâ vice per diem lucrari quis poterit.

XL. **S**anctum hoc Exercitium non solùm animabus Viventium est utilissimum, sed etiam animabus Fidelium Defunctorum

summè fructuosum existit, cùm diversi Summi Pontifices (quos inter nuperimè Ven. Servus Dei *Innocentius Papa XI.* in Brevi, quod incipit: *Universis. &c.* Dato 30. Sept. Anno 1681. Et S. mem. *Innocentius XII.* in Brevi quod incipit: *Venerabili Fratri, sub die 17. Jan. 1695.*) aliique eorum Prædecessores declaraverint, posse à fidelibus Christianis acquiri plurimas Indulgencias non solùm pro se ipsis, sed etiam pro animabus in Purgatorio; unde tantò magis excitanda est Christiana Pietas, ut suffragetur continuò animabus illis (quæ suffragiis hisce nostris mirificè adjuvantur; & ut è pœnis illis acerbissimis citius liberentur) utque pium hoc Exercitium sæpius frequentetur tam pro proprio beneficio, quam adjutorio Fidelium defunctorum. Subjungendum huc duxi exemplum, quo demonstratur, quam sollicitè dæmones procurent in nobis oblivionem Passionis, ac Mortis *Domini nostri JESU Christi*; & refertur à pluribus Auctoribus cum Merazio Parte 2. fol. mihi 62. Quidam Vir sanctus, cùm in Oratione defixus esset, intellexit à Domino id, quod circa mortem Domini senserunt dæmones, quando actu moriebatur; & quidem in forma sequenti: Vedit per visionem Infernum totum cum sua confusione horribili, audiitque raucum ac verè horrendum malè sonantis alicujus campanæ sonum, quasi ad cœtum quendam & congressum vocantis: ad sonum illum deinde vidit innumerabilem dæmonum multitudinem insimul convenire, quorum deinde præsidem sic loquentem intellexit: scitis utique consolades mei maximum illud Beneficium: quod altissimus ille Dominus hominibus consultit; dum pro illis incarnari, affligi, crucifigi ac mori voluit; & magnitudinem fructus, quem eosdem homines indè percipere necesse est. Dum enim recordabuntur Passionis & Mortis illius sui divini Redemptoris;

non

non poterunt ex hac consideratione non fieri boni & sancti; cum haec ipsa hujus tam singularis beneficii memoria illis continuo demonstret, quam sint & fuerint Deo suo accepti & cari, qui tanta pro ipsis passus est. Respondit vero unus ex illis: Verè omnia sic se habent, sicut dixisti ô Dux noster & Princeps! unde prout mihi quidem videtur, ad hoc, ut humanum genus pejus fiat, quam hucusque fuerit; procurandum erit unitis viribus ab omnibus nobis; ut generalem inducamus inter homines Passionis ac Mortis Redemptoris sui oblivionem; idque persæculi pompas & vanitates, per carnis voluptates, & delectationes, per sensuum illecebras, lusus, conversationes, ac bonorum temporalium desideria. &c. Sic enim fiet, ut illi pessimi demum evadant, Deoque ac Domino suo [qui tot ac tanta pro iis fecit, & pertulit] ingratissimi: aliud non sint cogitaturi, aut inter se tractaturi: quam de voluptatibus, sensualitatibus seu utilitatibus. &c. Peccata Peccatis jungentes, ut iis tandem omnino immersi remaneant Passionis, ac Mortis Domini sui totaliter obliti. Ad quem conversus tenebrarum Princeps, optimum [inquit] est hoc consilium tuum. Ac deinde ad alios subjunxit; agedum Sodales mei! id

agamus omnes, ac procuremus, quibusvis demum modis; ut obliviscantur, nec recordentur homines Passionis, ac Mortis Salvatoris sui. Quod dicto tota demum visio disparuit.

Nec mirum alicui videri debet, quod haec Devotione tanto cum fervore & pietate à pluribus exerceatur, ubi introducta jam reperitur. Memoria etenim Passionis, & Mortis Salvatoris nostri, omnium sanè piorum Exercitorum est maximum, & maximè omnibus tam ad animarum profectum, quam etiam temporalis boni utilitatem deserviens; cum Deus specialiter protegere velit, & copiosè benedicere locis illis, in quibus memoria haec *VIÆ CRUCIS*, seu dolorosæ Passionis suæ erecta & stabilita fuerit; prout refertur in vita *Venerabilis Matris Sororis Mariae de Antiqua. Ordinis S. P. N. Francisci. L. 4. C. 7.* Cui apparet Dominus sic illam affatus est: Animam illam (quæ se mihi associaverit per Exercitium *VIÆ CRUCIS*, recitando Stationes, Passionemque ac Mortem meam meditando) à peccatis suis liberabo, eique tam in vita, quam in morte propitius ero & clemens; atque etiam intuitu hujus Devotionis Viæ Sacrae defendam Populum illum, & Communitem, ubi Devotione haec stabilita & situata fuerit.

## FINIS.



## ORDO

**ORDO PACIS:**  
 SEU  
**Confraternitas X. Bene-Placitorum**  
**BEATISSIMÆ VIRGINIS**  
**M A R I Æ**  
*Sub Titulo*  
**VIAE CRUCIS**  
**Cum Decretis Pontificum in favorem FF. Minorum**  
**& Monialium Annuntiarum novissimè editis**  
**ET**  
**CUM CORONIS**  
**Domini nostri, & Dominae nostræ.**

---

*PRAEFATIO*  
*Ad benevolum Lectorem & Clientem B. M. V.*

**I.** Nstitutum Annunciatorum Sororum, Monialium in Belgio (potissimum in Brabantia, Flandria, Gallia, & Hispania vigens) originem suam primariò trahit à Serenissima Regina *Joanna Valesia*: quam ex gravissimis cautis *Alexander VI.* à Lege, & thoro Mariti sui *Ludovici XII.* Galliarum Regis absolutam declaravit. Unde desiderata in nacta est opportunitatem, novum quendam Marianum Cultus erigendi Ordinem, prout jam sexto ætatis suæ anno, ab apparente fibi Virginea Matre, revelatum acceperat. Igitur repente Regiæ Aulæ yaledicit blandi-

tiis, Bituricam properat, & P. Nicolai **Gh. bertii** Guardiani Ambasiani (postea *Gabrie lis ab Ave Maria dicti*) Viri in rebus spiritualibus versatissimi, ad moderationem conscientiam, consiliis, operâ, & directione utitur; qui proinde Serenissimæ sue à Confessionibus Filiae ad sancti Propositi sui prosecutionem, novi Ordinis institutionem, primumque Monasterii erectionem, omnem pos sibilem industriam contulit & manum, uti & postmodum pro Regia hac Fundatrice, ejus que sequacibus discretam conscripsit Regulam, ad honorem *B. M. V. Annunciatæ*, & spe-

& specialium ejus virtutum, videlicet: *Castitatis, Obedientiae, Prudentiae, Humilitatis, Fidelitatis, Devotionis, Paupertatis, Misericordiae, Patientiae, & Compassionis.* Quam Regulam ab *Alexandro VI.* 12. Februa. 1501. confirmatam ipsa Domina Joanna publicè & solemniter professa est, & usque ad finem vitæ 4. Febru. 1504. sanctè terminatae, exactè servavit. Sub interim alias quidam Ordo Monialium Annuntiatarum prodidit; quem verò *Leo X.* cum prioribus Annuntiatis conjunctum anno 1515. 9. Junii per Bullam: *Dum præcelsa Meritorum. &c. PP.* Observantibus more Clarissarum gubernandum commisit, purè imitando *Julium II.* Prædecessorem suum: qui 15. Junii. 1511. per Bullam: *Cum vos sub Regula.* Annuntiatas Valesianas gubernio Observantium consignavit. Et *Paulus III.* P. Joanni Huberto Commissario Generali, Viro admodum Religioso, 9. Maii. 1548. Mandatum dedit, alias constitutiones, temporis exigentia magis accommodatas condendi. Successores etiam Pontifices: *Paulus V. Gregorius XV. Urbanus VIII.* hunc Annuntiatum Ordinem innumeris gratis, iuribus, indulgentiis, ac privilegiis locupletaverunt. Sunt autem hujus Confraternitatis tres Ordines, ut ait *Papa Leo X.* in Brevi directo ad Generalem FF. Min. totius Ord. S. Franc. incipiente: *Cum in honorem.* dato Romæ 6. Julii. 1511. Pontificatus anno 5.

*Primus Ordo* continet X. Evangelicas Virtutes B. M. V. Hinc ordinatum est; ut Ordinis hujus Fratres debeat semel de die dicere X. Ave Maria, ad Laudem B. M. Virginis & honorem X. Virtutum ejus, præmittendo unum Pater &c. pro Papa, & felici Ecclesia Statu, quibus C. dierum Indulgentiae sunt annexæ à *Leone X.* toties, quoties dixerint, ultra priùs concessas. Item quandocunque audiunt Horas diei, & noctis, dicant semel

*Ave Maria ad Laudem B. M. V.* ut intercedat apud Filium pro pace Ecclesiae Catholicae. Deinde FF. & Sorores portare debent hujus Confraternitatis & Ordinis X. Insignia [X. *Ave Maria.*] in memoriam X. Virtutum ejusdem Virginis Mariae.

*Secundus Ordo* est: uti è variis devotis Personis constat, nil gratius esse B. M. Virginis, quam cogitare de s. plagi Filii sui. Ideo ordinatum est, ut FF. & Sorores quotidie dicant s. Pater, & Ave. &c. in honorem s. Plagorum Christi, & s. Dolorum præcipuum B. V. Mariæ, pro qua devotione similiter obtinebunt Indulgentiam C. dierum. Item ordinatum est: ut FF. & Sorores studeant pacem componere in ædibus, in quibus habitant; & inter eos, cum quibus conversantur, & degunt.

*Tertius Ordo* specialiter versatur circa reverentiam promovendam, & exhibendum Ss. Altaris Sacramento. Proinde statutum est: ut FF. & Sorores audiant Sacrum diebus singulis, si facultas adsit; ut intersint Processionibus Ss. Sacramenti, illudque cum omni reverentia comitentur, si ad infirmum deferatur. Dum audiunt campam pro Missa celebranda, dicant semel *Ave Maria* pro Sacerdote celebrante, & populo Sacrum audiente. Pro quibus aliisque piis operibus, dictæ Confraternitatis Fratribus & Sororibus concessus est ingens cumulus Indulgentiarum; quæ adhuc novissimè sunt renovatae à Ven. Servo Dei *Innocentio XI.* Pro cuius Beatificatione lis Romæ jam pendens progressum habet. Et ab *Innocentio XII.* quorum Brevibus subscriptis *J. P. Card. Albinus* pro tunc Secretarius Brevium, nunc Ecclesiam Dei feliciter regens; ita, ut superfluum sit harum Indulgentiarum renovationem procurare.

Quare devote Lector, & Cliens MARIAE, Nomini JESU & MARIAE invoca Christum,

E e

& Ma-

& Mariam his Coronis corona, & honora quotidie; ut in recompensationem Coronæ tam pretiosæ, in mortis articulo, à coronato Rege gloriae, REGE NAZARENO, & à coro-

natâ Cali, & Mundi Domina audire merearis.  
Vos estis gaudium meum, & Corona mea;  
venite. & possidete regnum, quod vobis para-  
tum est ab origine mundi.

..... O .....

ERECTIO CONFRATERNITATIS  
decem Bene-Placitorum  
SEU  
Decem Virtutum B. Virginis  
M A R I Æ  
Sub Titulo  
V I Æ C R U C I S  
Vel  
V I Æ S A G R Æ  
usque ad montem Calvariae,  
Et sanctissimum D. N. J. C. Sepulchrum  
Protensæ.

In quâ eadem Beatissima Virgo Maria decimum ex prædictis Benepla-  
citis post mortem Filii sui compassivis affectibus fæpissime complevit  
& se imitandam in perpetuum Fidelibus ma-  
gistraliter exhibuit.

F. Bonaventura de Majori, Guardianus S. Montis Sion, & totius Terra Sanctæ Custos, ac Commissarius Apostolicus. &c. in Domino plurimum dilectis RR. Adm. PP. Commissariis Generalibus Terra Sanctæ, apud Aulas præcipuas Na-  
tionum [in quas Ordo noster in Christianitate primo dividitur] com-  
morantibus: Salutem in Eo, qui est vera salus.

II. **A** Lma Mater(Ecclesia)Sanctorum ful-  
gens exemplis, nihil solertiùs Filiis suis suadet: quâm sanctæ Dei Genitricis imi-  
tationem, & Eucharistici Sacramenti exi-  
miam

miam venerationem. Ad hos fructus mirâ & exquisitissimâ sollicitudine, plura diversis temporibus in agro Dominico seminavit; ex quibus devotio, pietas, ac perfectio Christiana, assidua incrementa suscepit. Hujus generis extitit Regula Ordinis X. Bene-Placitorum, seu X. Virtutum B. M. Virginis: quibus beneplacens Altissimo redditâ est ipsa Deipara, cuius approbationis tenor reperitur in Bulla felicis recordationis *Leonis X. Regulam profitentibus.* Octavo Kalend. Augusti 1517. in qua sanctissimæ Virginis imitatio, & Eucharistici Cultus norma aptissimè edocentur.

III. **A**cceperunt deinde secundus, & tertius Ordo ejusdem B. V. Mariae in honorem X. Virtutum, ac Beneplacitorum ipsius; tunc pariter sub denominatione, ac titulo Confraternitatum à S. Sede approbati. Quia verò tertius ille Ordo secundum comprehendebat, pro personis utriusque sexûs; hinc pro iisdem etiam in propriis domibus, extra Claustra & Collegia, in quovis Statu, adhuc Regulari degentibus: una pariter Confraternitas in honorem earundem X. Virtutum (seu Beneplacitorum) sub diversis tamen titulis, ac denominacionibus cœpit institui. Quandoque enim sub titulo Immaculatae Conceptionis, quia hoc Mysterium radix, & fundamentum exstitit eorundem X. Beneplacitorum; nonnunquam sub titulo *VIÆ CRUCIS* aut *Via Sacra.* Quia ultimum è predictis Beneplacitis compassionem Deiparae Virginis, in frequentatione gressuum hujus S. itineris, usque ad sacratissimum Sepulchrum D. N. J. Christi, lacrymis Beatissimæ Matris ipsius affluerenter irrigatum denotat. Alias etiam sub titulo sollicitudinis, vel pietatis, aut dolorum: quibus grata est redditâ Altissimo Deipara, in præmemorato Beneplacito tenerimæ

Compassionis; & sèpissime sub titulo *santissimi Sacramenti*, vel aliquo alio ex diversis titulis, quibus fundamenta dederunt, cætera Intemeratae Virginis novem Beneplacita. In quorum cultum & honorem *Leo X.* per suam solemnem Constitutionem, 9. particulares & proprias Missas instituit, & approbat; servari tamen debet semper in Sodalitio præfato (titulorum diversitate non obstante) tam Cultus Eucharistici Sacramenti, quam imitatio ejusdem Immaculatae Reginæ, ad Præscriptum Statutorum, Auctoritate Apostolicâ, pro eodem Sodalitio innovatorum: quæ adsunt per extensum in Capitulis ultimæ Distinctionis libri de Imitatione *MARIE.*

IV. **Q**uod Sodalitium statim amplissimis cœpit decorari indulgentiis, & gratiis spiritualibus à S. Sede, tam pro Religiosis, quam aliis (substantialia vota Religionis) non emittentibus; in præmemoratis tamen Ordinibus, seu Confraternitatis descriptis benignè concessis. Autæ sunt deinde hujusmodi Indulgencie, ac gratiae spirituales, vigore Communicationum, tam inter se, quam cum aliis Ordinibus; & præsertim cum Seraphico (cujus Directioni ab initio suppositum fuit præfatum Sodalitium, quas eadem S. Sedes ab initio ipsi est imperita) ad augendam Fidelium erga illud pietatem, ac devotionem. Prætermisis igitur Privilegiis, ad Personas Religiosas spectantibus; eas tantum exhibemus hic Constitutiones Apostolicas: quæ faciunt pro Confraternitate, quam intendimus propagare. Præmittimus tamen, quod omnia & singula [quæ inferius apponemus] suam participent, & habeant firmitatem à Constitutionibus, & Staturis editis pro Directione harum Confraternitatum; nec non à Formula præscripta ad certas, & veras dunta-

xat evulgandas earundem Indulgentias , & Concessiones : Quibus omnibus adjuncta est S. Congregationis Episcoporum , & Regulatum solemnis approbatio transcribenda sub finem præsentium litterarum . In quibus, juxta dicta, initium sumimus à Constitutione piæ mem. Leonis X. ad Superiorum Generalem Ordinis nostri, Familiæ Ultra-Montanae benignè directâ tenoris sequentis :

*LEO Papa X. Dilecte Fili Salutem & Apostolicam Benedictionem.* Cùm in honorem B. Virginis ( cui nulla satis laus digna adhibeti potest ) tres sint instituti Ordines, & primus quidem à Nobis approbatus fuerit & confirmatus ; fuerit quòque supplicatum, pro illorum duorum aliorum Ordinum confirmatione. Nos ob singularem Devotionis affectum , quem ab ineunte ætate erga eandem B. Virginem gessimus , & gerimus : ipsos Ordines pro illorum subsistentia firmiori , & Apostolicâ firmitate confirmamus , & approbamus. Quorum duorum tenor est talis , videlicet :

Totus Ordo secundus B. M. Virginis tria continet. Nam quia decem solum Virtutes in Evangelio descriptæ sunt , & quia multum Deo & B. Virgini placita est devocio , quâ Virtutes ipsius Virginis laudamus , & imitamur ; ordinatum est , ut hujus Confraternitatis , sive Ordinis Fratres & Sorores habeant semel in die , in honorem dictarum X. Virtutum dicere X. Ave Maria , præmitendo unum Pater noster pro Papa , & felici Statu Ecclesiæ ; quibus centum dierum de Indulgentia misericorditer impertimur , toutes , quoties dixerint , ultra prius concessas. Item quindocunque audiunt Horas diei , etiam noctis , dicant unum Ave Maria , ad Laudem Divæ Virginis , & ut intercedat apud Filium pro pace Ecclesiæ Catholice ; debent etiam portare Fratres & Sorores hujus Confraternitatis & Ordinis X. Signacula ( sive X.

Ave Maria ) in memoriam X. Virtutum ejusdem Virginis.

Tertius Ordo. Quia à devotis Personis scitum est , non posse perfectius cogitando placeri Virgini Mariæ , quam mente revolvendo plagas Filii sui. *Et loquendo* : quam de aliis semper bene , & nulli detrahendo. *Et operando* : quam reverentiam faciendo dignissimo Altaris Sacramento. Ordinatum est in Confraternitate , & Ordine isto ; quod Fratres & Sorores semel de die dicant s. Pater noster , cum totidem Ave Maria , in honorem s. Plagatum Christi , & s. Dolorum præcipuorum Virginis Mariæ , pro quo consequantur similem Indulgentiam , quæ supra de X. Ave Maria concessa est ; & cogitare debent quantumcunque parum de die vel nocte plagas , vel mortem Salvatoris nostri , desiderando propter ipsum aliquas plagas sustinere patienter in hoc Mundo. Ordinatum pariter est , quod hujus Ordinis Fratres & Sorores studeant pacem componere in domibus , in quibus habitant , vel inter illas personas , cum quibus degunt , quod ut concedat iis Dominus , dicant X. Ave Maria secundi Ordinis , & similiter illud , quod dicitur singulis horis. Quantum verò ad Tertium. Ad faciendam reverentiam sanctissimo Altaris Sacramento ; ordinatum est : ut Fratres & Sorores audiant Missam de die , si facultas adsit. Et secundò , ut nunquam loquantur in Templo , nisi Orationis verba. Et tertio , ut procurent Altarium , Calicum , ornamentorum munditiem & nitorem , taliaque vasa Ecclesiæ pauperculis tribuant , si possint. Debent etiam comitati sanctissimum Corpus Christi , si defertur ad infirmos , vel in Processionibus cum maximo honore & reverentia. Et quando audiunt pulsari campanas pro Missa celebranda , dicant unum Ave Maria pro celebrante Missam , & populo eidem assistente.

Nos

Nos itaque cupientes prædicta omnibus & ubique publicari; tibi harum serie committimus, & facultatem concedimus: ut valeas in sermonibus publicis & privatis, tam dictas Confraternitates divulgare, & manifestare, quām (ut divulgentur & manifestentur) committere Religiosis Personis. Insuper, cūm [sicut accepimus] sub tua cura & regimine sint nonnullæ Moniales Tertiæ Ordinis S. Francisci: quæ à quibusdam Sæcularibus pro Religiosis non habentur, sed tanquam meræ Sæculares reputantur; volumus & Auctoritate Apostolicâ decernimus: ut si prædictam Confraternitatem, sive Ordinem Tertiæ B. M. VIRGINIS assumere voluerint, & 3. Vota substantialia Religionis emittere; tunc ipsas ex nunc, prout ex tunc, & è converso; Religiosas propriè fore, & esse, & ubique tanquam Religiosas propriè dictas tractari debere decernas, prout Nos etiam decernimus, & declaramus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, volumus, & Auctoritate Apostolicâ decernimus: quod transumptis præsentium manu Notarii publici signatis, & alicujus Prælati Ecclesiastici Sigillo munitis, ea prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur, si præsentes originales litteræ forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris 14. Julii 1517. Pontificatus nostri anno 5.

V. Cum autem in præcedenti constitutio-  
ne habeatur concessio nonnullarum Indulgentiarum, additâ clausulâ [ultra prius concessas] quæ exigit notitiam Indulgentiarum antea concessarum; idcirco has literas Apostolicas hic etiam duximus exprimere, subjungendo, quæ ipsas specialiter concer-  
nunt. Quarum primæ à Julio II. Bononiæ.

Sexto Idus Janua. 1506. emanatæ, sunt tenoris hujusmodi: *Julius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Ad ea, que circa Sacrae Religionis decorem, & statum personarum quarumlibet, tam Virorum quām Mulierum, sub suavi Religionis iugno Altissimo famulantum salubriter dirigere & tendere dignoscuntur; paternâ sollicitudine prospicientes; Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, & ea, quæ propterea emanarunt, approbando, & innovando, illarum conservationi & augmento libenter intendimus, ac illas spiritualibus muneribus confovemus, utque ab indebitis vexationibus præserventur, opem & operam efficaces impendimus, ac alia circa ea statuimus, & ordinamus, prout saluti animarum Personarum earundem conspicimus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem fel. rec. *Alexandro Papa VI.* Prædecessori nostro, pro parte claræ memorie Joannæ de Francia, Ducissæ Bituricensis, expositum; quod ipsa olim (quæ à Regio Sanguine traxerat originem) B. M. Virginis, cui ab in eunte ætate continuò devotissima fuerat, prout erat, Virtutum, & luorum præclarè gestorum contemplationi toto cordis affectu intendens, & cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare; congregatis in unum omnibus, quæ ex Evangelica lectione per eandem Virginem in hoc sæculo gesta reperirentur: quandam Regulam, secundum quam aliquæ mulieres, virtutes ejusdem B. M. Virginis imitari. & religiosè ac honestè vivere volentes in domibus, tam per ipsam Joannam Ducissam, quām alios Christi Fideles, de bonis sibi à Deo collatis, ædificandis; in quibus aliqui Fratres (in loco tamen separato) existerent & sub Clausura Altissimo famulari possent, cum consilio bona mem. Ludovici Episcopi Albiensis, tunc in humanis agentis, & quām

Ee 3

p. 11.

plurimorum bonorum virorum, in Theologia Magistrorum Sæcularium ac Religiorum; ordinavit etiam mulieres aliquas ad id sponte se offerentes, in quadam domo, quam propriis suis sumptibus prope palatum ipsius Ducissæ construi facere, & sufficienter de bonis suis dotare cœpit, introduxit; & pro Regula hujusmodi certas ordinaciones X. Beneplacita B. Mariæ continentest: qua perpetuis futuris temporibus conservari deberent, fieri curâset, volens mulieres, Sorores, & Fratres præfatos, secundum virtutes ejusdem B. MARIÆ Altissimo famulantes, nominari debere. Dictus Alexander Prædecessor (qui tenores litterarum dictarum diligenter inspici fecerat) Ordinem prædictæ Regulæ, & Statuta, & Ordinationes hujusmodi, per suas litteras Apostolicâ Auctoritate approbavit, & confirmavit, omnésque & singulos defectus (si qui fortè intervenissent) in iisdem supplevit. Et tam eidem Joannæ Ducissæ, quam aliis Christi Fidelibus ad domos prædictas in aliquibus locis ad hoc convenientibus, cum Ecclesia, campanili, seu humili campana, Claustro, aliisque ædificiis necessariis, sine alicujus judicio construendi & ædificandi licentiam concessit, iisdemque domibus ac locis, eorum Sororibus, & Fratribus, ut Privilegiis, Ordini Fratrum Minorum in genere concessis, & concedendis, uti possent, indulxit; ac dilectum Filium Gilbertum Nicolai Guardianum domus Ambasæ Ordinis FF. Min. de Obs. nuncupatorum Turonensis Diœcesis Theologiæ Professorem, & dictæ Joannæ Ducissæ Confessorem Sororum præfatarum (donec Fratres in dictis domibus introduceti essent) Superiorum, seu dictas Sorores ei subjectas esse decrevit, prout in litteris ipsius Alexandri Prædecessoris, in quibus tenor Regulæ X. Beneplacitorum ejusdem B. M. VIRGINIS de verbo ad verbum insertus

fuit, desuper confessis, pleniū continetur.

Cùm autem, sicut exhibita Nobis nuper ex parte dilectæ Nobis in Christo Filiæ, Nobilis Mulieris, Anna, etiam de Francia [ dictæ Joannæ Sororis, Ducissæ Bourbonii & Averniæ petitio continebat ] in 5. Capitulo dictæ Regulæ, in iisdem litteris expresso & inserto, omissum fuerit exprimere Officium à Sororibus Laicis Ordinis, seu Regulæ hujusmodi dicendum; & : quod ipsa quondam Joanna Ducissa quandam Ordinationem (tam circa Officium per Sorores dictæ Regulæ dicendum, quam circa Missas, per Fratres Ordinis, sive Regulæ hujusmodi, aut alios Presbyteros celebrandas) fecerat, sed nondum Apostolica Auctoritate approbatam. Cùmque dictæ Regulæ Sorores in suis domibus sub perpetua Clausura Domino, in ejus ac dictæ B. V. MARIÆ Beneplacitis famulari velint, dictusque Gilbertus aliquando deficere habeat; ne propterea indebitis vexationibus graventur, ac spirituibus simul & temporalibus Privilegiis, Immunitatibus, & Protectionibus communiantur; pro parte dictæ Annae Ducissæ, allecentis: se dictæ suæ Sororis intentionem, votum, & ordinationem (ut perficiatur, & adimpleatur) toto cordis affectu prosequi velle ad devotum sincerumque effectum, ob devotionem (quam erga eandem B. M. Virginem ab ineunte ætate gessit, prout de præsenti gerit) Nobis fuit humiliter supplicatum: quatenus litteras Alexandri Prædecessoris hujusmodi innovare, & approbare dignaremur; ut animarum saluti tam ipsius Annae Ducissæ, quam singularum utriusque Sexus personarum ejusdem Ducissæ, nunc & pro tempore existentis Familiæ, ac Fratrum & Sororum dicti Ordinis X. Beneplacitorum, ac domesticorum, & servientium eorumdem saluti salubrius consulatur; ipsos, & eorum quem-

quemlibet aliquibus Indulgentiis & remissionibus decorare , nec non omnes ac singulas domos , & illarum Sorores , Fratres , & Oblatos , nunc & pro tempore existentes , in domibus dictæ Regulæ , à quorumcunque Ordinariorum , & eorum Officialium pro tempore existentium Jurisdictione , & Lege , tam Diœcesanâ , quam jurisdictione , correctione , visitatione , & superioritate , eximere & liberare , aliisque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur , qui Salutem singulorum libenter procuramus , præfata Annam Ducisla à quibuscunque Excommunicationis , & Interdicti , aliisque Ecclesiasticis Sententiis , Censuris , & paenit , à Jure , vel ab homine quavis occasione , vel causâ latis ; si quibus quomodolibet innodata existat , ad effectum præsentium duntaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutam fore censentes , hujusmodi supplicationibus inclinati , Regulam X. Beneplacitorum in præfati *Alexandri* Prædecessoris nostri litteris de verbo ad verbum insertam [ cuius tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso ] ejusque totum tenorem Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus , & confirmamus , ac præsentis Scripti patrocinio communimus .

Et nihilominus universis ac singulis ex Anna Ducissa , ejusque tota Familia ; nec non dictæ Regulæ X. Beneplacitorum utriusque sexus Fratribus , & Sororibus , eisdemque servientibus , & domesticis , præsentibus , & futuris : qui decies Salutationem Angelicam coram imagine ejusdem *B. M. Virginis* , pro augmento Fidei Catholicae recitaverint , easdem prorsus Indulgencias & peccatorum remissiones consequantur , quas consequerentur , si Ecclesias Stationum Ecclesiarum Urbis , & extra muros ejus , diebus Stationum

hujusmodi personaliter visitarent , ac omnibus & singulis ex prædictis , ac quibuscunque aliis utriusque sexus Christi - Fidelibus , qui aliquam Ecclesiam domorum dictæ Regulæ visitaverint , durante Festo piæ recordationis intimi Doloris *B. Mariae* , tempore Passionis Christi ( quod Festum à secundis Vesperis Dominice de Passione , usque ad secundas Vespertas Sabbati ante Dominicam in Palmis exclusive celebratur ) easdem prorsus Indulgencias & peccatorum remissiones consequantur , quas consequerentur , si S. Sepulchrum Dominicum personaliter visitarent ; auctoritate , & tenore præmissis concedimus , ac indulgemus , statuimus , & ordinamus , ut singuli Christi - Fideles , qui Domos , Ecclesias , & Monasteria dicti Ordinis X. Beneplacitorum ercta , vel erigenda devotè visitaverint , & pro illorum conservatione & augmentatione manus adjutrices porrixerint , easdem prorsus Indulgencias & peccatorum remissiones consequantur , quas consequerentur , si aliquam Ecclesiam dicti Ordinis Minorum , diebus & horis , in litteris Indulgientiarum , domibus & locis ejusdem Ordini Minorum concessarum expressis , personaliter visitarent , aliaque facerent & adimplerent : quæ pro consecutione hujusmodi Indulgientiarum requiruntur ; & insuper , quod amici quinque Masculi speciales , & feminæ totidem : quos & quas dicta quondam Joanna Ducissa per prædictas Sorores dicti Ordinis X. Beneplacitorum nominari voluerat , qui , & quæ tenerentur , & essent adstricti & adstrictæ denuntiare statim , illico , & in continentí dictis Sororibus & Fundatoribus dictarum Domuum , seu Prælatis ; culpas , defectus , & excessus Sororum & Fratrum dicti Ordinis , X. Beneplacitorum , semel in mortis articulo absolvi possint à Confessoribus eorum , à suis peccatis omnibus , plenariamque remissionem consequi & habe-

VI. **A** Liæ verò emanaverunt à S. mem. Leone X. & sunt tenoris sequentis.  
**Dilectis in Christo Filiabus.** Nobili Mulieri Annae de Francia Duciſſe Bourbonii & Averniæ, ac Ancillæ, & Sororibus Monasteriorum B. M. Virginis Bituricensis & Albienis: Ordinis, sive Regulæ X. Beneplacitorum ipsius B. MARIÆ. Leo Papa X. **Dilecta in Christo Filie, Salutem & Apostolicam Be- nictionem.**

Benignè petitiones illas ad exauditionis gratiam admittimus, per quas personarum (qua mundanis abdicatis illecebris integratatem suam Altissimo donaverint) animarum saluti salubriter consulitut; dudum si quidcm fel. record. Julius Papa II. Præde- cessor noster.

**Dilecta in Christo Filia:** Nobili Mulieri Joannæ de Gravilla, Domicellæ de Calido Monte, Carnotensis Diœcesis, nec non decem Personis per eam pro tempore eligendis [cujuscunque sexus & qualitatis existerent] concessit: ut Confessor, seu Confessores idonei, sacerdotes, vel cujuscunque Ordinis Regulares Presbyteri [quos ipsa Joanna & X. Personæ prædictæ pro tempore ducerent eligendos] Joannam & X. Personas prædictas verè pœnitentes, & confessas (quaæ quinque Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, ante imaginem B. M. VIRGINIS ANNUNTIATÆ devotissimè dicerent) à peccatis suis omnibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, singulis dominicis, aliisque festis diebus absolverent, iisque, & earum cuilibet plenariam remissionem impenderent.

Et prædictæ decem, & quæcunquæ aliae personæ, quibus ipsa Joanna X. Insignia dicenda, seu recitanda Ave Maria (*Chapelet nuncupata* daret, & qui Insignia hujusmodi in honorem ipsius gloriosissimæ VIRGINIS MARIÆ deferrent, ac singulis

diebus decies Salutationem Angelicam, in honorem X. Gaudiorum & Virtutum ejusdem B. Virginis devotè dicerent; decem millia dierum de verâ Indulgentiâ consequerentur. Et quod singulæ Personæ, quibus Insignia, 72. [familia, ut præfertur, Ave Maria, seu Chapelet nuncupata] dicta Joanna daret, ut deferrent, ac 72. vicibus Salutationem Angelicam, in honorem ejusdem Virginis, & memoriam 72. annorum, quibus S. ratissima Virgo in hoc sæculo (ut piè creditur) vixit, dicendo & recitando pro ejusdem B. MARIÆ majori veneratione 72. millia dierum ex simili Indulgentia singulis diebus [quibus, ut præfertur, dicerent] pariter consequerentur.

Et insuper: quod quicunque per eandem Joannam pro tempore ad dicendas, seu celebendas Missas in honorem B. M. Virginis dictorum Gaudiorum & Virtutum electi forent, diebus singulis, quibus [ut præfertur] celebrarent, decem millia dierum de eadem Indulgentia consequerentur, concessit, & indulxit, prout in litteris ipsius Prædecessoris desuper in forma Brevis confectis pleniùs continetur. Nos igitur animarum vestiarum saluti paternâ charitate consulere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati: singulas Indulgentias, ac Concessionem, & Indultum Joannæ, & decem per eam eligendis aliisque Personis prædictis, per præfatum Prædecessorem concessa; ac desuper confectas litteras prædictas, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, ad vos, & vestrum quamlibet, ac etiam ad hoc, ut vos, & Personæ quæcunque, quibus X. Insignia recitanda (ieu Ave Maria) dederitis, vel ad dandum concederitis, & illa detulerint, singulisque diebus decies Salutationem Angelicam in honorem Gaudiorum B. M. Virginis recitaverint, ac Presbyteri, per vos ad Missas, in honorem B. M. Virginis, &

Gall.

Gaudiorum prædictorum celebrandas pro tempore electi, singulis diebus, quibus celebaverint, non solum decem millium diērum, sed etiam decem millium annorum Indulgentias concedimus. Nec non singulæ personæ, quibus 72. Insignia (similiter Ave Maria nuncupata) dederitis, & quæ illa detulerint, ac 72. vicibus Salutationem Angelicam hujusmodi in memoriam 72. annorum, quibus ipsa Virgo Maria in hoc sæculo creditur vixisse, devotè recitaverint, ut præfertur, ultra dicta 72. millia dierum, etiam 100. annorum de vera Indulgentia misericorditer in Domino consequantur, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium extendimus & ampliamus, ac vobis, Personisque prædictis concedimus; nec non Presbyteris, seu Clericis sæcularibus, sive cujusvis Ordinis Regularibus, vobis pro tempore servientibus, ut in divinis Officiis, diurnis, & nocturnis dicendis aut recitandis, se vobis conformare possint, indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibusunque. Datum Romæ ad S. Petrum sub annulo Piscatoris. 27. Decemb. 1514. Pontificatus nostri anno 1.

VII. **A**b eodem Leone X. concessæ reperiuntur alia litteræ sequentis tenoris: *Dilectis in Christo Filiabus, Ancillis, & Monialibus Monasteriorum Bituricensis & Albiensis, Ordinis Annuciatae B. M. Virginis*, sive X. Beneplacitorum ejusdem. *LEO Papa X. Dilecta in Christo Filia, Salutem & Apostolicam Benedictionem.* Cūm sicut Nobis nuper exponi fecisti, licet fel. record. Alexander Papa VI. Prædecessor Noster Regulam vestram confirmaverit, & multas gratias, concessiones, & indulgentias utriusque Sexus Christi Fidelibus, Ecclesiæ Monasteriorum seu domorum vestrarum visitantibus largitus fuerit; & deinde Julius

*Vinea Saraphica.*

Papa II. Prædecessor etiam Noster, volens vos uberioribus gratiis, & prærogativis prosequi, illas approbaverit & confirmaverit; ac insuper omnibus & singulis Christi Fidelibus utriusque Sexus, qui aliquam Ecclesiæ Monasteriorum seu domorum vestrarum, à secundis Vesperis Dominicæ Passionis usque ad secundas Vespertas Sabbati ante Dominicam in Palmis exclusivè, devotè visitarent, easdem indulgentias & peccatorum remissiones consequerentur [quas consequerentur, si S. Domini Sepulchrum personaliter visitarent] concesserit; sique suo tempore observatum fuerit.

Nihilo minus nonnulli Ordinarii, & Ecclesiæ Rectores, assertentes prædictas, & quascunque alias hujusmodi Indulgentias ubiunque existentes, occasione Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe revocatas esse. His diebus novissimè visitantibus Ecclesiæ vestras, concessas Indulgentias hujusmodi suis temporibus publicari, & populis secundum consuetudinem denuntiari prohibuerunt, & recusaverunt in animarum Christi Fidelium præjudicium, perturbationem, & conscientiarum suarum periculum. Quare tunc nobis humiliter supplicari fecisti, ad succurrendum inopiæ vestræ, ob quam Prædecessores præfati moti fuerunt gratiam prædictam confirmare, ac benignè concedere, & ad conservandum fideles populos in sua devotione, super his opportunè providere paternâ charitate dignaremur.

Nos itaque qui omnia Prædecessorum gesta, quoad causas pias\*, bene facta judicamus, eorum vestigiis ea in parte runc inhærentes: per alias nostras [in forma Brevis] litteras; dictas Indulgentias approbavimus, confirmavimus, & Scripti nostri patrocinio communivimus, illasque de novo concessimus, & eas sub quibusvis suspensionibus, revocationibus, & derogationibus quarum-

F f vis

vis Indulgentiarum, & durante Indulgentiâ pro Fabricâ prædictâ, concessâ per Nos, vel Sedem Apostolicam, pro tempore factis nullatenus comprehensas fuisse aut esse, sed semper ab iis exceptas extitisse, & existere decrevimus.

Et ne dubitari contingere, cujusmodi es-  
sent illæ sacerularis domûs Indulgentiæ? illas  
( quales forent ) tunc declaravimus; ac vobis  
[ ut illas, prout eatenus consueveratis, tem-  
poribus suis populo publicari, & modo de-  
bito denuntiari facere, liberè & lícite vale-  
retis ] indulsimus, concedentes: ut Rectores,  
aut Confessores, & Gubernatotes vestri, di-  
ctâ durante Indulgentiâ, deputandi, veni-  
entes ad illam absolvere, ab omnibus casi-  
bus & Censuris, præterquam Sedi Apostoli-  
cæ reservatis, possint & valeant, decernendo;  
quod volentes dictas Indulgentias lucra-  
ri, tenerentut decies Angelicam Salutatio-  
nem dicere. &c. Et quod infirmitate grava-  
ti, qui ad Ecclesiam venire non possent, va-  
lerent in sua habitatione (*Ave Maria dicen-  
do*) dictas Indulgentias lucrari, ac si perso-  
naliter ad Ecclesiam venirent, eamque visi-  
tarent; prout in dictis litteris nostris desuper  
confectis pleniū continetur. Declarando in-  
super Indulgentias ipsas à 1. Vesp. Dominicæ  
Passionis usque ad Dominicam in Palmis hu-  
iusmodi exclusivè extendi, & vobis, quoties  
dicto tempore Communionem sumetis; illas  
lucrari, & vobis suffragari, & à vestris Con-  
fessoribus eisdem diebus, ut præfertur, vos  
absolvi posse & debere.

Quocirca, ne contingat, vos per Ordi-  
narios, aut quosvis alios Laicos cuiuscunq[ue]  
dignitatis & auctoritatis existentes, desuper  
molestari & impediri, ac omnem ambigui-  
tatis materiam amovere, vestrarumque ani-  
marum, & Christi Fidelium conscientiarum  
puritati consulere volentes: similes approba-  
tiones, Decreta, declarationes, & Indulta,

jam per nos facta & concessa, præsentium te-  
nore denuo innovamus; districtiū inhiben-  
tes, sub interdicti, & ingressu Ecclesiæ, &  
suspensionis à Divinis, pœnis ipso facto in  
currēndis, omnibus, & quibuscumque tam  
Prælatis, quam aliis inferioribus Ecclesiarum  
Rectoribus, ut nullatenus vos, seu nuntios  
vestros, & procuratores, in præmissis, quo-  
vis quæsito colore inquietare, & molestare  
ullo unquam tempore audeant vel præsu-  
mant. Et quia difficile foret, præsentes in  
quibuscumque locis, in quibus opus est pro-  
ducere, vel ostendere; volumus, & aucto-  
ritate vel tenore prædictis decernimus; ut  
transumbris earum manu Notarii publici  
subscriptis, & Sigillo alicujus Prælati muni-  
tis, plenaria ubique fides adhibeat, quæ ip-  
sis propriis Originalibus adhiberetur, si exhi-  
berentur, vel ostenderentur. Non obstantibus  
præmissis constitutionibus & ordinationibus  
Apostolicis quibuscumque. Nec non omnibus  
illis [ quæ in prioribus litteris nostris hujusmo-  
di, etiam si in eisdem Indulgentiæ Sepulchri  
Domini, non per *Julium*, sed per *Alexandrum*  
præfatum concessæ fuerint ] expressum ro-  
but adjicimus: quas propterea vitio subrep-  
tionis minimè subjacere decrevimus [ quod  
in litteris Indulgentiæ Fabricæ S. Petri, & il-  
lius revalidatione, & innovatione, nulla  
mentio de iis facta fuerit ] hoc volumus non  
obstare. Cæterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo  
Piscatoris. 3. Martii. 1515. Pontificatus  
nostrî anno 2.

### VIII. I Dem Pontifex *Leo X.* infra scriptas

I subinde litteras Apostolicas edidit,  
quæ sequentes Indulgentias continent, vi-  
delicet: *Dilectis in Christo Filiabus singulis,  
Ancillis, & Sororibus Monasteriorum Ordini-  
nis B. M. Virginis sub perpetua & stricta  
Clausura, Cura, & Regimine FF. Min. de*

*Obs.*

*Obs. ubique degentibus. LEO Papa X. Di-  
lecta in Christo Filie. Salutem & Apostolicam  
Benedictionem. Dum præexcelsa Meritorum  
Insignia (quibus Regina Cælorum, Dei  
Genitrix gloria, sedibus prælata sidereis,  
quasi stella matutina præutilat) devotæ con-  
siderationis indagine perscrutamur; dignum,  
quin potius debitum reputamus: ut Ancillas  
& Sorores sub Regula ejusdem *B. M. VIR-  
GINIS* viventes, & eidem Virgini sub per-  
petua Claustra dedicatas pro earum spiritua-  
li solatio, specialibus favoribus, gratiis, &  
Indulgenciis, & remissionibus prosequam-  
mur. Cum vos sub Regulâ novissimè sub *B.  
VIRGINIS* nomine (de Mandato nostro)  
instituta, & de duabus in unam redactâ, Deo,  
& præfatae gloriæ Virgini, sub Cura, &  
Regimine FF. Min. de Obs. nuncupatorum,  
diu noctuque summis vigiliis, & puro cor-  
dis affectu gratum exhibeatis famulatum.*

Nos, qui nuper Monialibus S. Claræ in  
eâdem, quæ vos clausurâ, & sub eorundem  
Fratum regimine degentibus, & Altissimo  
famulantibus, nonnullas gratias, & Indul-  
gentias concessimus, ob ipsius *B. V. M.  
ARIAE*, ad quam semper gessimus, & geri-  
mus singularem devotionem, & affectum,  
tanquam peculiares Filias, paternâ Benevol-  
entiâ spiritualibus donis, & gratiarum mu-  
neribus prosequi volentes; vobis ad instar ip-  
sarum Monialium Ordinis S. Claræ, pro  
animarum vestrarum salute, & spirituali  
consolatione, similes Indulgencias illis con-  
cessas ad vos Auctoritate Apostolicâ pariter  
extendimus, confirmamus, & ampliamus.

**IX.** *E*T cùm asseratur, *Innocentium Papam  
VIII.* seu alium Romanum Ponti-  
ficem, Prædecessorem nostrum ad tollen-  
dos Discursus Fratum Ordinis hujusmodi,  
concessisse; quod Fratres quinque Pater  
noster & Ave Maria, coram Sacramento Al-

*taris, & infirmi in grabatis suis pro felici Sta-  
tu S. Matris (Ecclesiæ) dicendo (ut suprà) de-  
berent similem, & prorsus eandem Indul-  
gentiam lucrari, quæ concessa est visitanti-  
bus singulis annis (videlicet secundâ die Au-  
gusti) Ecclesiam Domûs S. Mariæ de Porti-  
uncula [sive de Angelis] apud Assisium di-  
cti Ordinis FF. Min. & prout illâ die Visi-  
tantes Ecclesiam lucrantur. Quódque dicen-  
do alia s. Pater noster & s. Ave Matia cum  
Gloria Patri in fine cujuslibet Pater & Ave,  
quotidie pro eadem intentione haberent ipsi  
Frates Indulgencias Stationum Urbis, sub-  
jungendo unum Pater & Ave pro intentione  
Concedentis.*

**X.** *N*ec non piæ mem. *Pium Papam II.* eti-  
nam Prædecessorem nostrum eisdem  
FF. Ultra Montanis (ut 7. Psalms Pœnitentia-  
lia dicendo cum Litanis, visitando Loca  
in suis Ecclesiis ad hoc deputata, Indulgen-  
tias Stationum Urbis consequerentur) indul-  
sisse, ipsisque Fratribus, toties, quoties  
Coronam Domini IESU quæ dicitur con-  
tinere 33. Pater noster, & (ut piè creditur)  
tot Ave Maria & de decem in decem I. Pa-  
ter noster dicerent, plenariam Indulgen-  
tiæ haberent, concessum fuisse asseratur.  
Et cùm Nos similes Indulgencias, ut præfer-  
tur, eisdem Fratribus concessas, præfatis  
Monialibus S. Claræ concesserimus; sic vo-  
bis omnibus, & singulis nunc, & pro tem-  
pore, & ubicunque existentibus, easdem  
Indulgencias: videlicet S. Mariæ Portiunculæ,  
sive de Angelis in Assisio, 2dâ die  
Augusti visitantibus, & s. Pater & Ave,  
cum gloria Patri, coram Sacramento Alta-  
ris, pro quotidianis Stationibus Urbis lucran-  
dis, recitantibus, & Psalms Pœnitentiales  
pro Stationibus Urbis lucrandis orantibus, &  
Coronas Domini, & *B. M. Virginis* ad conse-  
quendam plenariam Indulgentiam [quæ  
etiam

etiam recitantibus ipsis Monialibus S. Claræ, per Nos licet, fortè minus clarè concessa extitit ] quāmque iis verè concessam fuisse declaramus, Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuò concedimus, pariter & elargimur.

**XI.** **E**T quoniam (ut piè creditur) dicendo quolibet die 15. Pater noster, & totidem Ave Maria; in fine anni censeantur recitata ad commemorationem omnium vulnerum: quæ Salvator noster Jēsus Christus in sacratissimo suo corpore, tempore Passionis, pro humani generis salute pertulit; eisdem Monialibus & Sororibus S. Claræ; ac vobis, & vestrum singulis, & Sororibus III. Ordinis S. FRANCISCI, & universis vobis, iisque servientibus, nunc & pro tempore existentibus, ad quas vide-licet Tertiæ Ordinis Sorores suprà nominatas, illas videlicet: quæ verè Religiosæ, & Professione, & Conversatione sunt; & ad alias 4. in Basilica S. Petri; in Capella S. Andreæ reclusas; quamdiu ibi, vel alibi Clausuram servaverint: gratiam hanc, & omnia supra-dicta, & sequentia extendimus, & volumus suffragari; nec non dictis Fratribus Min. de Obl. nuncupatis; sub quorum Cura (ut præfertur) vivitis, vobisque ac Sororibus III. Ordinis, & aliis dicti Ordinis in Congregatione, vel alibi viventibus, & quatuor in locis dictæ Basilicæ inclusis dicta 15. Pater & totidem Ave. quilibet die dicentibus, quotidie quindecim millia annorum, de vestrorum, & suorum peccatorum verâ Indulgentiâ, & remissione, eâdem auctoritate concedimus, & indulgemus.

**XII.** **E**T quia eisdem Monialibus S. Claræ circa recitationem Officii Mortuorum, & nonnulla alia (quæ earum conscientias perturbare videbantur) certas de-

clarationes, per quasdam nostras [ in Forma Brevis ] litteras fecimus, illas, quatenus nunc, & aliquo tempore futuro iisdem egeatis (ac omnia alia, ac singula Privilegia, gratias, & Indulta iis quovis modo concessa, quorum omnium tenores præsentibus, pro sufficienter expressis, haberi volumus) ad vos extendimus, & ampliamus pariter in omnibus, & per omnia, perinde; ac si illa omnia vobis specificè, & nominatim concessa, & elargita fuissent.

Nihilominus pro vestrâ, & eorundem Fratrum spirituali consolatione, vobis sub perpetua Clausura viventibus; ut in omnibus Solemnitatibus Domini Sabaeth. B. M. Virginis. Petri & Pauli. S. FRANCISCI, omnium Sanctorum, & per totam majorem Hebdomadam; Confessores vestri: quicunque fuerint, sive ordinariè à Prælatis deputati, sive aliter; dummodo vos audiant de Consensu dictorum Prælatorum: possint in confessionibus vestris vos plenariè ablolvere, & Pœnitentiam salutarem injungere, habitis tamen priùs Superiorum suorum, & earum curam gerentium licentiâ & assensu. Et quoties sacram sumetis Communionem, dictis diebus Indulgentiam consequi valeatis. Hujusmodi autem Indulgentias, extensio-nes, & ampliations vobis omnibus, & vestrum singulis, perpetuis futuris temporibus libenter concessimus, pariter & indulgemus: utque vestras preces apud Deum, & gloriosam Virginem MARIAM [ cui estis perpetuò dedicatae] promptiori & quietiori mente effundere possitis & valeatis.

Sic igitur, dilectissimæ Filii in Christo: omni mentis hilaritate hunc vobis spiritualem concessum thesaurum suscipientes, vos Deo, & B. M. Virginis per operum bonorum exercitia reddere studeatis acceptas; ut prudentibus Virginibus (quæ accepisti lamen-padibus obviâ Sponso exierunt) meritò com-

comparari , & per suam clementiam æternæ vitæ præmium , & nostram Sedis prædictæ Benedictionem ( quam vobis , & eisdem S. Claræ Monialibus , & aliis , de quibus supra , Sororibus , per præfatos Confessores , aliosve ejusdem per vos ad hoc requisitos , dictis diebus Communionis impendi posse volumus ) uberiùs semper promererī valeatis .

Non obstantibus constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis ; nec non Monasteriofum & Domorum , & Ordinis hujusmodi juramento , Confirmatione Apostolicâ , vel quâvis firmitate aliâ roboratis , Statutis , & confuetudinibus , ac quibusvis suspensionibus , revocationibus , seu limitationibus quantumvis Indulgentiarum , sub quorumvis verborum formis , & tenoribus factis , & pro tempore faciendis ; sub quibus præsentes nullo unquam tempore comprehendendi posse volumus . Cæterisque aliis in contrarium facientibus . Cæterum , quia difficile foret , præsentes litteras in singulis locis ac Monasteriis , seu Domibus vestris , & alibi ( ubi opus fuerit ) ostendere , vel exhibere ; volumus , & eadem auctoritate decernimus : ut transumptis ipsarum manu alicujus Notarii publici subscriptis , & Sigillo alicujus Prælati munitis , plena fides ubiqui adhibeatur , sicut adhiberetur propriis Originalibus , si in medium ostenderentur , vel exhiberentur . Dat . Rom ad S. Petrum sub annulo Piscat . 19. Jun. 1515. Pontificatus nostri anno 3.

XIII. **E**vulgatis jam præinsertis litteris eiusdem , & gratiis , ac Indulgentiis in iis contentis , uti cœperunt . *Primò Superiores Generales utriusque Familiae [Cis-Montana nimis, & Ultra-Montana]* ex eo , quod plures Pontifices , & modernus *Julius II.* mutuam concesserant communica-

tionem Privilegiorum , tam antea concessorum , quam concedendorum deinceps , inter Citra-Montanos , & Ultra-Montanos Fratres nostri Seraphici Instituti . Et præsertim inter Superiores , quibus præterea illa privilegia plures communicata extiterant , quæ aliis , iisdem muneribus fungentibus , priùs sub nomine expresso fuerant impertita . *Secondò Personæ utriusque sexus , sub Obedientia eorundem Superiorum ubique degentes .* Prout cuilibet earum competere poterat , usus quidem recepta fuerat jam pridem tam ratione dictarum concessionum , quam vigore participationis Privilegiorum cæterorum Ordinum , amplissima Communicatio Indulgentiarum & Indultorum , non solum inter Ordines , sub præfatâ Obedientiâ famulatum Deo exhibentes ; sed etiam inter Ecclesiæ , Domos , pia Loca , & Personas ipsorum Ordinum , etiam de una Ecclesia , seu domo , aut persona , ad reliquas Ecclesiæ , domos , & personas eorundem Ordinum , & Institutorum . *Tertiò . Et personæ pariter utriusque sexus [Tertiariæ nuncupatae] sub directione Regulari nostræ Seraphice Religionis [sine voris tamen substantialibus Religionis] tam intrâ , quam extra Claustra degentes .* Nec non illæ , quæ descriptæ erant in aliqua Confraternitatibus , seu Congregationibus , aut Societatibus spectantibus ad præfatos Ordines sub præmemorata Obedientia Altissimo famulantes . Idque propter directas concessiones , aut mutuas communicationes superiùs enuntiatis omnino conformes , ad favorem earundem personarum , tam de 3. Ordinibus , quam de cœtibus aliarum Confraternitatum , Congregationum , & Societatum , à S. Sede ulque tunc emanatas , quæ plures postmodum etiam fuerunt confirmatae . *Et ultimò . Benefactores , ac Benefactrices , & cunctæ alia persona servitia sape dictis Ordinibus , etiam Tertia-*

*rus vota substantia Religionis non emittentibus, ubilibet impendentes. Aderant quippe pro his omnibus concessiones, & mutuae communicationes, seu extensiones à præfatis non dissimiles; quarum vigore uti poterant gratiis, & Indulgentiis in præmisit litteris Apostolicis expressis: & ne circa præmissa Dubium aliquod unquam posset exercitari. Idem Pontifex Leo X. sanctæ Sedis mentem, ut infra, benignè declaravit.*

*LEO Papa X. Universis & singulis Christi-Fidelibus praesentes litteras inspecturis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

XIV. **D**udum per Nos accepto; quòd Romani Pontifices Prædecessores nostri, aliqui ad Fratrum Minorum, aliqui verò ad Eremitarum S. Augustini, alii ad B. Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum Ordinum Fratres, & Domos juxta ipsorum vota, devotionis affectum gerentes: illorum singulis nonnullas gratias, concessiones, Indulgencias, peccatorum remissiones, Prærogativas, favores, immunitates, Exemptiones, facultates, privilegia, Indulta, ac dona tam spiritualia quam temporalia per diversas ipsorum litteras respectivè concesserunt.

Nos ad singulos Ordines prædictos, singulisque ipsorum Ordinum Domos (ubi religiosè vivitur) indifferenter, absque acceptione personarum, devotionis affectum æquâ lance gerentes: omnes & singulas gratias, concessiones, Indulgencias, peccatorum remissiones, prærogativas, favores, immunitates, exemptiones, facultates, Privilegia, Indulta tam spiritualia, quam temporalia [ qualiacunque illa essent ] quæ Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, Servorum B. Mariae; ac Fratrum Minorum Domibus, ac il-

lorum Ecclesiis, & Oratoriis, imò Ecclesiæ ipsas, & Oratoria pro tempore visitantibus, cujuscunque Statûs aut sexûs existent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, nec non Domibus, & Præsidentibus, non solum Generalibus & Provincialibus, Fratribusque & Sororibus, necnon Monialibus & Conversis, Oblatis, ac utriusque sexûs personis de Pœnitentia, seu tertii Habitûs nuncupatis à dictis Prædecessoribus, aut à Nobis, ipsisque Successoribus, aut aliâs Auctoritatem habentibus, conjunctim vel divisim, in genere, vel in specie concessa fuerunt, aut imposterum condentur; illa omnia & singula, acsi nominanter exprimerentur, pro sufficienter expressis tunc habentes, singulis Ordinibus prædictis, illorumque singulis Ecclesiis, & Oratoriis (& Ecclesiæ, aut Oratoria visitantibus) cujuscunque Statûs aut sexûs existent, seu pro eorum manutentione & ornatu contribuentibus, nec non Domibus, & Conventibus, Fratribus etiam, & Sororibus, Monialibus Conversis quoque & Oblatis, utriusque sexûs Personis de Pœnitentia nuncupatis, & aliis singulorum Ordinum prædictorum Motu proprio, & ex mera nostra scientia, ac libertate, de Apostolicæ Auctoritatis plenitudine communicamus. Illaque omnia, ac singula inter dictorum Ordinum personas pariformiter communia fuisse, & esse volumus, prout in singulis litteris prædictis pleniùs continetur. &c.

Non obstantibus præmissis, aut quibusvis aliis Constitutionibus Apostolicis, Privilegiis quoque & Indultis dictis Ordinibus concessis; quæ quo ad præmissa revocamus, cassamus, & annullamus; cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Volumus autem, & Auctoritate Apostolicâ decernimus: quod præsentium tractump-tis, manu Notarii publici signatis, & alijcujus

eius Prælati, aut Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem fides in judicio protus & extra adhibetur, quæ adhiberetur, si præsentes litteræ essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die X. Decemb. 1519. Pontificatus nostri anno 7.

Quod idem quoad Confraternitates vel Congregationes, aut Societates, & quoad Benefactores ac Benefactrices, per Prædecessores ejusdem Leonis X. ac per ipsum, & ipsius Successores, cernitur plures declaratum, aut expressè concessum; ob idque Sacrae Congregationis S. R. E. Cardinalium, tam negotiis Episcoporum, & Regularium, quam interpretationi Sacri Concilii præpositæ membra [quibus ostensæ ac præsenta- tæ fuerunt sæpe dictæ concessiones, & exten- siones, ac mutua Indulgentiarum & gratiarum Communicationes] inspectis ipsarum tenoribus, pro earundem novissimis confirmationibus, & approbationibus Apostolicis Consilia & Vota dedere, quæ sanctam Sedem inclinaverunt ad stabilienda cuncta præmissa.

*Sequitur Libellus supplex pro Perso-  
nis Obedientiæ nostri Ministri  
Generalis, vel ejus Directio-  
ni subiectis.*

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,  
XV. F uit ante expositum pro parte Ordini-  
nis Fratrum Minorum S. FRAN-  
CISCI, Sanctitati Domini nostri Innocentii  
Pape XII. Quod alias, nimis rur die 5. Sep-  
tembris. 1686. emanaverant à Felicis recordationis Innocentio Papa XI. litteræ in forma  
Brevis: *Exponi nobis.* incipientes; in quibus  
confirmata reperiebatur Communicatio Pri-  
vilegiorum, & Indulgentiarum, etiam ple-  
nariarum, nondum revocatarum, inter Ec-

clesias, Loca, Confraternitates, Congrega-  
tiones, Ordines, & Personas utriusque Sexus,  
Obedientiæ vel Directioni Ministri Generalis  
Ordinis supradicti subiectas: eisdem à pluri-  
bus Romanis Pontificibus per diversa Privi-  
legia concessæ; à qua Communicatione (pro  
ut iteratis vicibus à Sacra Sede Apostolica ex-  
titerat declaratum) resultate dignoscabantur,  
quod, quando decoratum reperitur Altare  
unius loci, vel una Ecclesia, aut una Con-  
fraternitas, seu quævis Congregatio, Ordó-  
ve aliquarum ex dictis personis concessione  
alicujus Indulgentiæ plenariae applicabilis per  
modum Suffragii, vel non applicabilis, pro  
animabus Purgatorii, nondum tamen revo-  
catæ, quam lucrari queant Christi Fideles:  
qui in eo loco, Altari, vel Ecclesia, diebus  
in ipso Concessione expressis id perfecerint,  
quod per eam fuerit præscriptum; tunc in  
omni loco, Altari, vel Ecclesia Confrater-  
nitatum, Congregationum, Ordinum, &  
personarum præmemoratarum, eadem Indulgentia ab omnibus respectivè acquiratur,  
qui eisdem diebus preces ibidem fuderint,  
quæ fuerint in concessione taxatae.

Cæterum quia prætendebatur à nonnullis,  
quod in prædicta generali Communicatione  
comprehensa non venirent Loca, & Ecclesiæ  
Terræ sanctæ, aliarumque partium Orientis,  
existentium extra Jerusalem; ideo eidem  
Sanctissimo humiliter fuit supplicatum: qua-  
tenus dignaretur huic Sacrae Congregationi  
Concilii benignè committere (prout fecit)  
ut declararet non esse exclusa præmemorata  
Loca, & Ecclesiæ Terræ sanctæ, & multò  
minus aliarum partium Orientis, à Commu-  
nicatione mutuâ & reciprocâ, quæ inclu-  
ditur in ea generaliter amplissima; sub qua  
loquuntur Constitutiones Pontificiæ præfatæ,  
ad hoc: ut vi mutuæ Communicationis jam  
dictæ Indulgentiæ illis concessæ, & usque  
modò non revocatae obtineri valerent, sine  
ullo

ullo dubio in aliis Ecclesiis, Altaribus, & locis pii ac devotis, rite spectantibus ad personas præmemoratae obedientiæ, vel directioni subjectas: attentò, quod Sanctæ Sedis mens fuerit semper, omnia hujusmodi Loca reddere æqualiter condecorata, à Fidelibus venerata, ob meritum æquale, uniforme, seu æquivaleens, quod sæpe dictæ personæ in Dei, aut S. Ecclesiæ servitio peragunt continuò. Hæc autem S. Congregatio vigore Remissionis prædictæ [consideratis priùs considerandis] hac super re Decretum edidit, quod postea Sanctissimus approbavit, cuius tenor est, pro ut sequitur: die 16. Julii. 1693.

*S.C. E. E. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum:* Ad quam Ss. Dominus noster supplicem hunc libellum remisit, pro voto, perpenso Brevi S. mem. *Innocentii XI.* censuit, si Sanctitati Suæ placuerit: præfata Loca, & Ecclesiæ Terræ sanctæ, aliarumque partium Orientis, extra Jerusalem esse comprehensa, seu comprehensas in dictis Privilegiis, Indultis, Indulgentiis, (servatis omnibus, & per omnia, formâ & tenore præfati Brevis S. mem. *Innocentii XI.* factique per infrà scriptum Secretarium) de præmissis relatione Sanctissimo. Sanctitas Sua S. Congregationis sententiam approbavit 27. Julii. 1695. G. Cardinalis Marescotti In-Præfe-R. Pallavicinus Secretar. Verùm, quia adhuc post præfatum Decretum dubitant nonnulli, an mens Sacræ Congregationis fuerit stabilitate, quod pia Loca Via Crucis, seu Calvarii (ad recolendam seu meditandam Christi Passionem, à prædictis Personis, seu Ordinibus, ad instar Stationum Calvariae Montis juxta diversa etiam Privilegia S. Sedis erecta) comprehensa sint in præfata mutua Communicatione, hinc exoratur benignitas FF. VV. ut dignentur expresse declarare, fuisse revera de mente suâ dicta Loca comprehendere. Nullum siquidem adest

speciale Motivum ad ea excludenda. Et pro gratia Deus. &c.

XII. Novemb. 1695. S. Congregatio Eminent. S. R. E. Cardinalium, Concilii Trid. interpretum, attentâ relatione P. Commissarii Gen. Curiae censuit (facto verbo cum Sanctissimo) etiam præfata pia Loca Via Crucis, seu Calvarii, comprehendi in Brevi S. mem. *Innocentii XI.* Ac proinde frui. & gaudere posse indulgentiis, & privilegiis, in eodem Brevi contentis, & expressis; ejus tenore servato factaque per Secretarium de præmissis relatione Sanctissimo: Sanctitas Sua benignè annuit, & S. Congregationis Sententiam approbavis 15. ejusdem mensis Novembbris ac iussit super prædictis omnibus Breve Apostolicum expediri. I. Card. Sacripantes Praefatus. R. Palla-Vicinus. Secretarius.

Subinde super præmissis emanavit Breve. Alias: incipiens ab eodem Sanctissimo Domino nostro *Innocentio XII.* 5. Decemb. 1696. benignè concessum. Hac itaque extensione eorum Indulgientiarum (quas olim S. Sedes communes fecerat) inter Ordines sub Obedientia FF. Minorum degentes, & Tertiarios (seu de Pœnitentia) Directioni eorundem Fratrum subjacentes (aliisque, licet solummodo Confraternitates appellen- tur) ut par est, præsupposita, & persistente adhuc eartundem communicatione, ut dictum manet, quo ad Indulgencias illas: quæ nec revocatae, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa sunt. Litteras Apostolicas hic exhibemus, quarum vigore Personæ ad III. Ordinem B. V. Mariae spectantes, quæ quidem, sicut aliæ plures: ad quarum favorem emanavit sup. adductum S. Congregationis CC. Decretum: tria vota substantialia Religionis non emittunt; in generali revocatione Indulgientiarum Regularium à *Paulo V.* edita non comprehensa declarantur, sūntque tales.

XVI. In-

XVI. **A** Liás emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, & S. Reliquiis præposita Decretum tenoris qui sequitur: videlicet. Dubio per virum Religiosum S. Congregationi proposito, & in ea examinato. Utrum in generali revocatione Indulgientiarum, quæ in Brevi: *Romanus Pontifex* (Pauli V. habetur. Dato 23. Maii. 1606.) comprehendantur personæ quæ substantialia Religionis vota non emittunt, intrâ vel extra Claustra degentes. Eadem Congregatio respondit, eas minimè comprehendi.

*A. Card. Homo-Deus  
Mich. Ang. Riccius Secretarius.*

**C**Um autem, sicut dilectus Filius Franciscus Diaz à S. Bonaventura, Lector Generalis Jubilatus, S. Inquisitionis Qualificator, & in Rom. Curia pro Familia Ultra-Montana Obedientia, & Directioni Ministri Gen. Ordinis FF. Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum subjecta. Commissarius Gen. Nobis nuper exponi fecit; quod ipse Decretum hujusmodi (quod firmius (ubifstat) Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderat. Nos ipsum Franciscum Commissarium Gen. specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penitentias [à Jure, vel ab homine, quavis occasione vel causâ latit] si quibus quomodolibet innovatus existit (ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine) Nobis super hoc

*Vinea Seraphica.*

humiliter porrectis inclinati: Decretum præsertum, Auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salvâ tamen semper in præmissis Auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium decernentes: eisdem litteras præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis [ad quos spectat: & pro tempore spectabit] plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debete, ac irritum & inane; si secus super his, à quoquam, quavis auctoritate scienter aut ignanter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibusvisunque. Volumus autem, ut earrundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsiis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo pectoris X. Octobris. 1686 Pontificatus nostri anno XI.

XVII. **O** Stendimus præterea præfatas Indulgencias non fuisse comprehensas in revocationibus Indulgientiarum quarumlibet Confraternitatum editis à Clemente VIII. & Paulo V. etiamsi personæ dicti Ordinis B.MARIE non accipientur ut Alumnæ Ordinis à S. Sede approbati; sed ut membra unius simplicis Confraternitatis [ad quod expresse facit sententia ipsiusmet Pauli V. in Constitutione, cuius initium: Cùm olim &c. die 26. Septembr.

Gg 1608.

1608. expedita; in qua ita habetur: Cum olim felicis recordationis *Clemens Papa VIII.* Praedecessor noster, ad tollendos nonnullos abusus: qui in communicandis Indulgentiis, & Privilegiis, Confraternitatibus (dum erigebantur, instituebantur, seu aggregabantur) à Superioribus Ordinum, Religionum, & Institutorum; nec non ab Officialibus Archi-Confraternitatum, & Congregationum respectivè irreperserant; per suam perpetuò valitaram constitutionem inter cetera decrevisset: ut omnes Confraternitates novas erectionum, institutionum, & aggregationum Formas (quibus novæ etiam Indulgencie concedebantur, concessæ renovabantur) ab Apostolica Sede accipient intrà certum tempus tunc expressum; prout in ejusdem *Clementis* literis pleniùs continetur.

Nos in executionem dictæ Constitutionis prædicti *Clementis* Praedecessoris, compluribus Confraternitatibus novas Indulgencias, & privilegia concedentes, antea concessas revocavimus: inter quas etiam supplicacionibus dilectorum Filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis Sanctissimi Rosarii in Ecclesia S. Mariae super-Minervam, FF. Prædicatorum de Urbe inclinati, tam dictæ Confraternitati, quam omnibus aliis Confraternitatibus ejusdem Sanctissimi Rosarii, omnes, & quascunque alias Indulgencias à Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, eisdem Confraternitatibus concessas revocantes; certas alias novas Indulgencias (quibus imposterum uterentur) concessimus, & Indulsum, prout in nostris, in simili Forma Brevis, desuper confessis literis pleniùs etiam continetur.

Cum autem, sicut dilectus Filius Augustinus Galaminius. Magister Generalis dicti Ordinis Prædicatorum: occasione Capituli generalis Romæ nuper celebrati, nomine

complurium diversarum nationum, ejusdem Sanctissimi Rosarii Confraternitatum, Nobis nuper exposuit; quod cum ipsis Confraternitatibus prædictis minimè supplicantibus, sed necientibus, & nil tale cogitantibus (quippe qui dicti sanctissimi Rosarii Confraternitates (dum canonice instituuntur) Indulgientiarum communicatione minimè indigeant; sed ipso Jure, vigore Privilegiorum Apostolicorum illas nanciscantur) hujusmodi nova concessio & revocatio Indulgientiarum impetrata fuerit) idcirco Nobis humiliter supplicari fecerunt: ut desuper providere, de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui justis & piis Fidelium votis annuere, pro munera nostri debito tenemur. &c. Subindeque, quam justam declarat, benignè annuendo easdem Confraternitates sanctissimi Rosarii ad usum omnium Indulgientiarum, quas ipso Jure, vigore Privilegiorum Apostolicorum antea dum instituebantur, nancisci poterant, suā revocatione non obstante: ex integro restituimus.

Ex quo liquet, omnino fuisse de mente. *Pauli V.* per revocationes ab ipso, & *Clementi VIII.* promulgatas solùm auferri, ac revocari Indulgencias Confraternitatum obtentas, ex vi Communicationum, concessarum à Superioribus Ordinum, Religionum, & Institutorum: nec non ab Officialibus Archi-Confraternitatum, & Congregationum; non tamen revocari, aut revocatas esse illas, quæ Confraternitatibus competebant, non ex vi Communicationum factarum à prefatis Superioribus, & Officialibus: sed ipso Jure, vigore Privilegiorum Apostolicorum, à tempore, seu instanti canonice institutionis; cujusmodi erant, & sunt usque nunc, superius enunciatae Indulgencie Confraternitatum decem Virtutum, seu decem Beneplacitorum *B. M. Virginis*: Et idcirco nullatenus censi queunt comprehensæ in

præ-

præmemoratis revocationibus; prout inferius ostenderetur comprobatum novissimo Decreto sacræ Congregationis, negotiis Episcoporum & Regularium præpositæ.

XVIII. **S**ad hujus Confraternitatis favorem emanavit à S. Sede Constitutio, quæ talis est: *INNOCENTIUS Papa XII. Ad perpetuam rei Memoriam. Calestium munerum Thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina Dignatio, prudenti liberalitate libenter erogamus; cùm id pia Christi Fidelium, præsertim sub suavi Religionis Jugo, Altissimo famulantium, propriaque ac alienæ saluti laudabiliter incumbentium vota postulant. Et Nos ad augendum sanctissimi, augustissimique Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi cultum, & venerationem id speramus in Domino profuturum.*

Alias liquidem de Mandato felicis recordationis *Clementis Papæ X.* Prædecessoris nostri, emanavit à Congregatione tunc existentium S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis & sacris Reliquiis præpositorum, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. *Licet San. Mem. Paulus Papa III. per binas suas constitutiones concesserit: ut sanctissimi Corporis Christi Confraternitates omnes & singulæ, ubi vis locorum institutæ, ac instituendæ, iisdem Privilegiis, concessionibus, Indulgentiis, gratis, & Indultis (quæ Confraternitati sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Matiae super Minervam de Urbe erectæ, largitæ fuerant, ac imposterrum largientur (uti, potiri, & gaudere possent, ac deberent. Quia tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones, & Ordinationes) quæ deinceps emanaverunt (præsertim verò similis memoriae *Clementis VIII.* Constitutionem, de aggregationibus editam, facultates, & Indulgientiæ tam supradictæ S.*

*Mariae de Minerva, quam cæteris omnibus Confraternitatibus antea concessæ, aut abrogatae, aut saltem moderatae competiuntur, aliæque hoc de genere decretæ sunt; ex quibus in dubium revocari posse videtur; an hujusmodi *Pauli III.* Concessiones pristinum suum robur adhuc retineant? Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Indulgentiis sacrisque Reliquiis præfectorum; optans summopere sanctissimi Sacramenti venerationem, & Cultum indies magis augeri, & ob eam causam hujusmodi Societatem in omnibus Ecclesiis Parochialibus erigi, & ad id Christi-Fideles præcipuis gratis excitari; speciali ordine habito, vivæ vocis oraculo à sanctissimo Domino nostro *Clemente Papa X.* felicis recordationis *Pauli V.* vestigiis inhærente decernit, & declarat, juxta easdem *Pauli III.* Constitutiones: Confraternites omnes & singulas sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum hæc tenus Apostolicâ, vel ordinariâ Authoritate erectas, aut posthac erigendas, absque nova aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione, fore, & esse debere participes quorumcunque Priviliorum, Concessionum, Indulgenciarum, Facultatum, Gratiarum, & Indultorum, ab eodem *Paulo V.* Archi-Confraternitati sanctissimi Sacramenti de Minerva, per Breve datum Romæ apud S. Petrum die 3. Novembr. 1606. nominatim, & exprefse censorum, ac imposterum à Sede Apostolicæ concedendorum: illisque omnibus & singulis uti, potiri, & gaudere posse, ac debere statim: atque Confraternitatum earundem erection, Apostolicâ vel ordinariâ Auctoritate, facta fuerit: servata tamen in reliquis omnibus prædictâ *Clementis VIII.* Constitutione. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, de*

Gg 2

In-

Indulgentiis adinstar) non concedendis, nec aliis contrariis quibuscunque. &c. Datum Romæ die 23. April. 1676.

C. Cardinalis Maximus.

Michaël Angelus Riccius Secretarius.

**P**ostmodum verò *Innocentius Papa XI.* pariter Praedecessor noster Decretum hujusmodi toto illius tenore inserto, sub certis modo, & formâ, tunc expressis, Authoritate Apostolicâ approbavit, confirmavit, & innovavit; prout in ipsius *Innocentii Praedecessoris literis*, desuper in simili forma Brevis die 1mā Octob. 1675. expeditis: quarum tenorem praesertibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inferto, haberi volamus, uberioris continetur.

Cum autem sicut pro parte dilectorum Filiorum Missionariorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum per dilectum Filium Franciscum Diaz à S. Bonaventura Fratrem expresse professum dicti Ordinis, ac eorundem Missionariorum in Romana Curia Procuratorem; Nobis nuper expositum fuit; quod Confraternitates in honorem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, ac Beatissimæ Virginis MARIE in diversis Christiani Orbis partibus, operâ & sollicitudine Fratrum prædictorum; non solùm in utriusque sexûs Personarum, Obedientiae, seu Directioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis subjectarum; sed etiam in aliis omnimodæ Ordinariorum locorum jurisdictioni subjectis Ecclesiis canonice jam dudum institutæ à piæ memor. Leone X. per suas literas incipientes: *Cum in honorem. &c.* Anno 1517. expeditas, & forsan aliis Romanis Pontificibus, etiam Praedecessoribus nostris, approbatæ, ad unam subinde Confraternitatem duntaxat sub titulo decem Virtutum, seu decem Beneplacitorum ejusdem

Beatissima Virginis MARIE in diversis pariter locis, pro cuiusvis Statûs Christi-Fidelibus, piâ eorundem Fratrum Curâ propagatam, itidem canonice redactæ fuerunt; Confratres verò, & Consorores Confraternitatis hujusmodi [quæ etiam alicubi Conceptionis ipsius Beatissimæ Virginis MARIE; frequenter verò sanctissimi Corporis Christi Confraternitas denominatur, ac inter peculiares memorati Ordinis Confraternitates recensetur] inter cætera pietatis, & Christianæ Charitatis opera (quibus incumbere consueverunt, tam ex primævo dictarum duarum Confraternitatum, quam proprio Instituto, circa venerationem, & cultum prædictum, sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, non minus ac illi, qui Confraternitatibus sub titulo ejusdem sanctissimi Corporis Christi ubivis erectis, adscripti reperiuntur) se exerceant, illud potissimum piè ac devotè comitando, cum ad infirmos, vel alias in Processionibus circumfertur; ac proinde Exponentes præfati, ut eorundem Confratrum & Consorum pietas, ac devotio erga sanctissimum hoc pignus salutis nostræ magis magisque in dies augeatur; illos Indulgenciarum, & aliarum gratiarum spiritualium (quibus prædicti sanctissimi Corporis Christi Confraternitates in vim Decreti præserti, suisque confirmatoriis *Innocentii Praedecessoris literarum* hujusmodi fruuntur) participes fieri, plurimùni desiderent.

XIX. **N**os piis eorundem Exponentium votis hâc in re, quantum cum Domino possumus, benignè annuere volentes & illorum singulares Personas, à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis (à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis: si quibus quo-

quomodolibet innodatae existunt) ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati: omnes & singulas indulgentias; & peccatorum remissions, ac Poenitentiarum relaxations, aliisque gratias spirituales [qui- bus Confratres & Consorores Confraternis tatum sub praefato titulo Sanctissimi Corporis Christi, ubique locorum Apostolicā, vel ordinariā Authoritate, erectarum, & erigendarum per Decretum praeinsertum, suisque confirmatorias *Innocentii* Praedecessoris literas supradictas, uti, frui, & gaudere posse, ut praefertur, declaratum fuit; ad Confraternitates sub memorato Titulo decem Virtutum seu decem Beneplacitorum] ejusdem Beatissimae Virginis MARIAE ubique pariter locorum operā praefatorum Fratrum canonice hactenus erectas, & imposterum erigendas; illarūmque Confratres, & Consorores [dummodo tamen ea, quae pro consequendis indulgentiarum, seu peccatorum remissionibus, ac Poenitentiarum relaxacionibus, aliisque gratiis spiritualibus hujusmodi praescripta sunt, seu pro tempore fuerint, adimpleant] Authoritate Apostolicā tenore praesentium in perpetuum extendimus, & ampliamus.

Non obstantibus nostrā, de non concedendis Indulgentiis adinstar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. &c. Volumus autem: ut eatundem praesentium literarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum adhibeat: quæ ipsis praesentibus adhiberetur: si forent exhibetæ vel ostenditæ.

sæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. die 4ta. Octob. 1696. Pontificatus nostri anno sexto.

J. F. Cardinalis Albanius.

**C**lausula Brevis San. mem. Pauli V. enunciati in precedenti Constitutione hanc habet seriem: *Cum certas unicuique. &c.* de omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate confisi: omnibus utriusque Sexūs Christi Fidelibus (qui dictam Confraternitatem de cætero ingredientur) die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint: plenariam.

Ac tam ipsis pro tempore describendis, quam jam descriptis, in dicta Confraternitate Confratribus, & Consoribus, vetè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis; qui Processioni per dictos Confratres, die octavâ Corporis Christi singularis annis fieri solitæ, devotè interfuerint, dictumque Sanctissimum Sacramentum comitati fuerint. & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam. Nec non iis Confratribus, & Consoribus, qui dictæ Processioni etiam de Ordine dictæ Confraternitatis juxta illius Constitutiones, interesse debuerint; attamen verè pœnitentes, & confessi minimè interfuerint, & Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, & (ut praefertur) oraverint; etiam plenariam.

In mortis quòque articulo: omnibus utriusque Sexūs Christi Fidelibus, dictæ Archiconfraternitati adscriptis (Nomen JESU ore si potuerint) si autem non in corde devotè invocaverint; plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea iisdem Confratribus

Gg 3

verè

verè pœnitentibus, & confessis (qui Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in die festo ejusdem Sanctissimi Sacramenti sumpserint, &) ut præmititur (oraverint) septem annos, & totidem Quadragenas:

Qui verò Officiis divinis, & Processionibus dictæ Archi-Confraternitatis interfuerint; centum dies. Et qui sextâ Feria cuiuslibet hebdomadæ Ecclesiam [subintellige cuiuslibet Confraternitatis] devotè visitaverint, & ibi [ut præfertur] oraverint; similiter centum dies.

Ac ejusdem Confratribus, & Consororibus: qui pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, Processioni in qualibet tertia Dominica Mensis, & Feriâ 5ta, in Cœna Domini fieri solitæ interfuerint; & [ut præfertur] oraverint: septem annos, & totidem Quadragenas; & Christi Fidelibus utriusque Sexū in dicta Confraternitate non descriptis, & eidem Processioni interessentibus ducentos dies.

Nec non etiam eisdem Confratribus, & Consororibus: qui saltem contriti, & confessi dictâ Feriâ quintâ, in Cœna Domini, Sanctissimum Sacramentum (cum tam ad infirmos, quam aliàs ubiunque, & quomodounque pro tempore defertur) cum lumine, vel sine lumine comitati fuerint, septem annos, & totidem Quadragenas.

At Parochianis, & omnibus Christi Fidelibus utriusque Sexū: qui prædictum Sanctissimum Sacramentum, cum lumine, vel pariter sine lumine comitati fuerint; quinque annos, & totidem Quadragenas. Et iusdem impeditis: semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitando, & [ut præfertur] orando, centum dies.

Ac prædictis Confratribus & Consororibus, qui Loca (ubi Sanctissimum Sacramentum asservatur) Feriâ 5ta in Cœna Domini visitaverint, & [ut præmisum est]

oraverint: similiter centum dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitibus pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Et ulterius. &c. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. &c. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valitinis. &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3tiâ Novembra 1606. Pontificatus nostri anno secundo.

Sabjungitur etiam Breve Sanctissimi Domini nostri Innocentii Papæ XII. ampliativum alterius felicis recordationis Innocentii XI. relati præmemorata Constituzione, in quo aliae Indulgencie pro omnibus etiam Christi Fidelibus conceduntur, ad rem nostram maximè faciens, ita sonans,

#### INNOCENTIUS Papa XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

XX. **D**ebitum Pastoralis Officii (quo Catholicæ Ecclesiæ Regimini divinâ Dispositione præsidemus) exigit: ut ad augendam Fidelium Religionem, promovendamque animarum Salutem, piâ Charitate intenti: spiritualium gratiarum Concessiones [quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad incitandam, fovendamque eorundem Fidelium erga Sanctissimum, augustissimumque Corporis, & Sanguinis Domini Nostri JESU Christi Sacramentum, pietatem, atque devotionem providè ac salubriter emanâsse noscuntur, Apostolici muninimis nostri Patrocinio roboremus, ejusdemque Sanctissimi Sacramenti Cultum uberiori cœlestium munerum elargitione [quantum nobis ex alto conceditur] ampliate studeamus.

Aliàs siquidem fel. Record. *Innocentius Papa XI.* Prædecessor noster omnibus & singulis

gulis utriusque Sexus Christi Fidelibus, tam in alma Urbe nostra, quam alibi, ubicunque locorum degenibus, qui prædictum sanctissimum Eucharistiae Sacramentum [cùm ad infirmos pro viatico deferretur] devotè comitati fuissent, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris (Ecclesiæ) exaltatione, pias ad Deum preces effudissent; quâcunque vice id egissent: si cum lumine: septem annos, & totidem Quadragesas; si verò sine lumine, illud [ut præfertur] comitati fuissent: quinque annos, & quinque Quadragesas reperiæ de injunctis eis, aut aliâs quomodolibet, per eos debitâs Pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta, sub certis modo, & forma, tunc expressis misericorditer in Domino relaxavit, & aliâs prout in ipsis *Innocentii* Prædecessoris nostri literis desuper in forma Brevis die primâ Octobr. 1678. expeditis; quartum tenorem præsentibus pro plenè inserto haberi volumus, ubi tūs continetur.

Nunc autem, Nos memorati sanctissimi Sacramenti venerationem indies magis magnisque augeri, piusque ac laudabilem, quem benedicente Domino in Urbe prædicta (ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes diffunduntur) sanctissimum hoc salutis nostræ pignus (cùm ad infirmos deferratur) decentius comitandi modum (certis desuper dilecti Filii nostri in eadem urbe Vicarii in Spiritualibus Generalis Authoritate præscriptis Regulis) institui curavimus, ubique locorum & Gentium extendi & propagari summopere cupientes, concessionem à memorato *Innocentio* Præcessore nostro [sicut præmittitur] factam, ac desuper expeditas ejus literas præfatas, Authoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea omnibus, & singu-

lis utriusque sexus Christi-Fidelibus ubicunque existentibus, qui legitimo aliquo impedimento detenti sacratissimum Eucharistiae Sacramentum supradictum (cùm illud ad infirmos deferri contigerit) personaliter comitari nequierint; sed tamen lumen, seu faciem per alios eâ occasione deferendum, seu deferendam miterint, & [ut præfertur] oraverint; quâcunque vice id egerint: tres annos, & totidem Quadragesas, de injunctis eis, seu aliâs quomodolibet, per eos debitâs Pœnitentiis, in Forma Ecclesiæ consueta, harum serie relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valitturis. Volumus autem: ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus; si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 5<sup>ta</sup> Januarii. 1695. Pontificatus nostri anno quarto.

J. F. Cardinalis Albanus.

**C**onstitutio ejusdem sanctissimi Domini nostri *Innocentii Papa XII.* pro Indulgentiis (quas lucrari queunt, etiam per modum Suffragii, Fratres, & Moniales; nec non Confratres, & Consorores Confraternitatum Ordinis Minorum *S. FRANCISCI*. Orationi mentali vacantes, etiam in Exercitio VIÆ CRUCIS, ratione Regulæ, vel Constitutionum, seu Instituti frequentando) hanc etiam Confraternitatem concernit, & sic se habet:

*INNOCENTIUS Papa XII.*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

XXI. **A**Dea (per quæ animarum Christi-Fidelium salus procuratur) libenter intendi-

intendimus, & eorundem Christi Fidelium devotionem, [ ut spiritualibus Exercitiis ferventius intendant ] cælestium munerum elatione libenter foveamus, & incitamus.

Itaque de omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate confisi, supplicationibus quodque Dilecti Filii Francisci Diaz à S. Bonaventura Ord. FF. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Definitoris generalis, nec non Missionum pro Familia Ultra-Montana dicti Ordinis Procuratoris, nomine; Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: omnibus, & singulis Fratribus & Monialibus, ac aliis utriusque sexus personis, Ordinum & Congregationum obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis, nunc, & pro tempore subjectis; ac etiam Christi-Fidelibus, Confratribus, & Consororibus, quarumlibet Confraternitatum & Societatum, sive sub immaculatæ Conceptionis B. MARIE Virginis, sive sub alio quolibet titulo, seu invocatione tam haec tenus in eorundem Fratrum & Monialium Ecclesiis canonice electarum, quam imposterum canonice pariter eigendarum (qui per quadrætem horæ Orationi mentali vacaverint) pro qualibet vice centum dies, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ, singulis diebus, & per totum mensem dabunt operam; & vere pœnitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumplerint; ac pro Christianorum Principum concordia, Hæretum extirpatione, ac Sanctæ Matris (Ecclesiæ) exaltatione, pias ad Deum preces effuderint; plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem; quam per modum Suffragij animabus Christi Fidelium (quæ Deo & in Charitate conjunctæ ab hac luce migraverint) applicare possint: Apostolicâ Authoritate te-

nore præsentium misericorditer in Domine concedimus.

Insuper, quod FF. & Moniales, ac utriversus sexus Personæ hujusmodi, Orationi mentali sive [ ut dicitur ] Via Crucis Exercitio, ad quam, seu quod ratione eorum Regulæ, & constitutionum quolibet die tenentur, operam dantes, prædictas omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac Pœnitentiarum relaxationes proportionaliter lucrari, & consequi possint, & valeant; Authoritate & tenore præsentium indulgemus: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. &c. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici, vel Secretarii Generalis dicti Ordinis subscriptis, & Sigillo Ministri Generalis ejusdem Ordinis, vel alterius Personæ, in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur: quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 24. Decemb. 1692. Pontificatus nostri anno secundo.

J. F. Cardinalis Albanus.

**I**N Rubricis particularibus nostri Breviarii Romano-Seraphici à Sacra Rituum Congregatione revisis & per Sanctiss. D. N. Innocentium XII. in Brevi, cuius initium: *Exponi Nobis. &c. die 3. Decemb. 1697.* emanato, approbatis, & observari mandatis; sequens sub Num. 181. adest Clausula. In Brevi, Sanctiss. D. N. Innocentii XII. *Debitum* incipiente, die 19. Maii. 1694. concessa, inserta & comprobata reperitur lequens dispositio. Quo ad Tertiarios vero & Chor-digeros serventur Statuta, seu Decreta Capitulo

tuli Generalis Romæ (ut præsertur) anno 1688. celebrati; omnimodaque adhibeatur cura; ut in cunctis Confraternitatibus exercitii seu erigendis in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum &c. Exercitium Viae Crucis, & Orationis mentalis, quam citius stabililitur, eoque introducto una è Dominicis, seu diebus festivis, pro quolibet mente, à Superiorc locali, de assensu Discretori Conventus, seu Monasterii, in perpetuum assignabitur; ad consequendam Indulgentiam plenariam novissimè à sanctissimo Domino N. *Innocentio XII.* in Brevi: ad ea. &c. benignè concessam; quæ ordinatio in non exiguum cedet animatum profectum, si ubique terratum à Nostratibus prædictum mandetur.

**XXII.** *T*andem vigore mutuae communicationis indulgentiarum, & privilegiorum (qui juxta superiùs allata Decreta Apostolica, tuit ab antiquo; & viget de præsenti, inter nos FF. Minores, nostrasque Ecclesiæ, & Oratoria Confraternitatum peculiarium, nostri Ordinis, & Monasteriorum Monialium, nostræ obedientiæ) frui poterunt Confratres decem Beneplacitorum *B. Marie Virginis* in suis Ecclesiis, seu Oratoriis (idque ipsum dicendum de aliis Christi-Fidelibus ad eas seu ea confluentibus) Indulgentiis à *Pio IV.* pro aliquibus Fratrum, & Monialium nostri Ordinis Ecclesiis, benignè concessis; quæ habentur in ipsius Pontificis Bulla, cuius verba sunt.

*Pius Episcopus Servus Servorum Dei, universis Christi-Fidelibus præsentes literas inspecturis: Salutem & Apostolicam Benedictionem.* Divinâ disponente Clementiâ &c, ad quas Ecclesiæ. &c. ut etiam accepimus: Dilecta in Domino Filia, Laura, Columba, moderna dicti Monasterii Abbatissa singularem gerit devotionis affectum, ut congruis frequententur honoribus, & apud Christi-

*Vinea Seraphica.*

Fideles in debita veneratione habeantur, ipsique Fideles eò libenter ad illas devotionis causâ confluant, quo se exinde pro animarum suarum salute majora spiritualia dona adipisci posse cognoverint.

De omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, Authoritate confisi, omnibus, & singulari utriusque sexus Christi-Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis; seu statutis à Jure, temporibus, firmum confitendi propositum habentibus; qui per se, vel per alium, seu alios, Ecclesiæ prædictas in Festo Corporis ejusdem Domini nostri Iesu Christi, etiam à primis Vesperis, & subsequeenter per totam Octavam ejus, ac secundâ die Mensis Augusti prædictâ, similiter à primis Vesperis usque ad Occasum Solis Festivitatum hujusmodi annuatim devorè visitaverint. Quoties id fecerint? plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam, in Forma Jubilæi misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Præsentibus [quas sub quibusvis similius, vel dissimilius Indulgentiarum, derogationibus, suspensionibus, revocationibus, vel alterationibus, etiam in favorem Francicæ Basiliæ Principis Apostolorum de Ubbe, Redemptionis Captivorum, Cruciatæ Sanctæ, & Expeditionis contra infideles: vel alias ex quibusvis causis, sub quibusunque tenoribus, ac formis etiam per Nos, & Secdem prædictam factis, & faciendis, nullatenus comprehensas; sed semper ab illis exceptas esse, & censeri, ac ejusdem Christi-Fidelibus suffragari decernimus: perpetuis futuri temporibus duraturis. Volumus autem. &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1562. V. Idus Febr. Pontificatus nostri anno quarto.

**XXIII.** *C*irca privilegium vero quo ad Indulgentiam lucrandan [toties, quoies]

Hh

[toties,  
quoies]

*quoties] in Festo Portiunculae adest alia expressior Bulla Pii V. hujus contentus: PIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christi-Fidelibus presentes literas inspecturis Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

*De salute Gregis Dominici curæ nostræ divinâ Dispositione commissi (prout ex Debito pastoralis Officii adstringimur) follicite cogitantes; singulos Christi-Fideles, ipsius Gregis, ad pia, & meritoria opera exercenda, quibusdam spiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remissionibus, libenter invitamus, ut per eorundem operum exercitium, æternam Salutem ab omnibus desideratam valeant facilius promoveri.*

Cupientes igitur, ut Ecclesiæ Monasterii seu Domus S. MARIE de Ss. Angelis (opidi seu loci de Cerraluo) Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, forsitan nuncupati, Diœcesis Assisiensis: ad quam (sicut accepimus) dilectus Filius nobilis Vir Rodericus Pachero, modernus Marchio de Ceraluo, ac dilecti Filii, nostri Francisci Tituli S. Crucis in Jerusalem Presbyteri Cardinalis Pachero nuncupati, Frater germanus, singularem gerit devotionis affectum; ut in debita veneratione habeatur, ac ipsi Christi-Fideles ad ipsam Ecclesiam eò libentius devotionis causâ confluant; quod ex hoc dono cœlestis gratia uberiori se refectos esse cognoverint. Devotis quoque Francisci Cardinaлиs, & Roderici Marchiones, prædictorum, Nobis in hac parte porrectis Supplicationibus inelinati: de omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate consili, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus, verè poenitentibus, & confessis (qui dictam Ecclesiam in die Festivitatis Portiunculae, ejusdem S. Francisci nuncupatae, de Mensie Augusti annis singulis celebrari solitæ; à primis

Vesperis, usque ad Occasum Solis ejusdem diei inclusivè annis singulis devotè visitaverint, & inibi pro Fidei Catholicæ exaltatione, & hæresum extirpatione pias ad Deum preces fuderint) *quoties id fecerint*; toties plenaria omnia peccatorum suorum Indulgientiam, & remissionem Apostolicâ Authoritate, tenore præsentium, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Præsentibus (quas sub quibusvis similibus & dissimilibus Indulgientiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam in favorem Cruciatæ sanctæ, & Expeditionis, contra infideles, ac Redemptionis Captivorum, vel Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, de Urbe, per Nos, & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex quavis causa pro tempore emanatis, aut aliis Cancellariæ Apostolicæ Regulis pro tempore editis nullatenus comprehensas: sed temper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt) toties in pristinum Statum restitutas esse & censerit, ipsisque Christi-Fidelibus suffragari debere decernimus... perpetuò daraturis. Datum Roma apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1571. Kalen. Martii. Pontificatus nostri anno septimo.

XXIV. **Q**uibus omnibus mature perpen-  
dis: Reverendissimus P. F. Bonaventura Boërius, totius Ordinis nostri Minister Generalis, septuagesimus tertius ex electis secundum Regulam, animadvertisens, sui muneris esse; operam impenitissimam ad id adhibere: ut Fideles gratiis, & indulgen-  
tiis in præsertim literis Apostolicis *Julii II.* præferti, ac *Leonis X.* contentis finè ulla hæsitatione, in præmemorata Confraternitate, ubique fruantur, suas literas patentes in hunc effectum expedivit, in quibus cuncta præmissa [indicatis tantum concessionibus] brevissime compilavit, Erectiones Confrat-  
ternita-

ternitatum ad earundem litterarum tenorem  
serio præscribendo. Cæterum quia prædi-  
cta literæ expressè decernebant, quod etiam  
observarentur Statuta, & Constitutiones edi-  
tæ, pro sœpe dictis decem Virtutum, seu  
decem Beneplacitorum Confraternitatibus,  
& adhuc tam super hoc, quam super supe-  
rius enunciata Indulgenciarum *Julii II. ac*  
*Leonis X.* communicatione, seu extensio-  
ne: nec non super exceptione à generalibus  
revocationibus; aliqui forsitan poterant  
scrupuli; ad omnes de medio tollendos (&  
præsertim ad stabiliendam formulam certam,  
& viam præcludendam abusibus, & minus  
tutis opinionibus) præsentatae fuerunt præfa-  
tae literæ, pro Confirmatione Apostolicâ, sa-  
cræ Congregationi Negotiis Episcoporum &  
Regularium præpositæ: à qua emanavit  
Decretum tenoris infra scripti:

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.  
Concessis à Sanctissimo Domino Nostro *In-  
nocentio XII.* Literis Apostolicis, seu Constitu-  
tionibus, quæ exhibentur in adjunctis fo-  
liis, ad favorem Confraternitatum decem  
Virtutum, seu decem Beneplacitorum *Bea-  
tissime Virginis MARIE*, quæ memo-  
rante inter peculiares Confraternitates per-  
sonarum utriusque Sexus [quarum erectionib-  
us, seu institutionibus operam impendunt  
privativam Fratres Ordinis Minorum S. Fran-  
cisci] Minister Generalis totius Ordinis præ-  
dicti, ut hoc laudabile opus solidius promo-  
veatur in perpetuum, litteras patentes expedi-  
vit, tenoris, qui sequitur. Videlicer:

F. Bonaventura Boërius Lector Jubilatus  
ac totius Ordinis FF. Minorum S. Patris No-  
stri Francisci Minister Generalis & Commis-  
sarius Apostolicus. &c. Dilecto Nobis pluri-  
mum in Domino R. Adm. Patri F. Franciseo  
Diaz à S. Bonaventura ejusdem Ordinis Pa-  
tri, Salutem.

Cum jam pridem vigore tam literatum

Apostolicarum felicis recordationis *Leonis*  
*X. Cùm in honorem. &c.* incipientium; quam  
Constitutionum ejusdem, ac aliorum Roma-  
norum Pontificum; illarum præsertim, qui-  
bus Indulgencie Gratiae, Facultates, & Privi-  
legia, personis utriusque Sexus, Conventi-  
bus, Monasteriis, Oratoriis, Ecclesiis Con-  
fraternitatibus, Congregationibus, & Ordi-  
nibus Nostræ Obedientie seu Directioni sub-  
jectis imparitæ, ad eam extensionem, &  
communicationem redacta teperiuntur, quæ  
novissimè à Sanctissimo Domino nostro *In-  
nocentio Papa XII.* per Breve: Alias, incipi-  
ens, confirmata conspicitur, quam plures  
Confraternites decem Virtutum, seu de-  
cem Beneplacitorum Beatissimæ Virginis  
MARIAE sub titulo nonnunquam Sanctissi-  
mi Sacramenti Eucharistie, quandoque  
Conceptionis, & aliquando alterius è Bene-  
placitis ejusdem Deiparae, operâ Nostratum  
in Christiano Oribe erecta fuerint, & erigi  
peroptemus indies.

Tibi erga præmemoratarum Confraterni-  
tatum propagationem, & ipsarum (ubi præ-  
termissa sint) instaurationem eximè pro-  
penso, per præsentes committimus, & eni-  
xè in Domino commendamus: ut juxta præ-  
dictarum Confraternitarum, seu Sodalitio-  
rum Constitutiones, & Statuta, & Sanctissi-  
mi Domini Nostri *Innocentii XII.* literas;  
*Celestium.* incipientes, ad harum Confra-  
ternitatum favorem die 4. Octob. 1696. ex-  
peditas; aliasque Romanorum Pontificum  
Apostolicas Concessiones; illis præcipue:  
quæ in præfatis literis novissimis memoran-  
tur operi laudabili erectionis, propagationis,  
seu institutionis prædictæ, ubi, & quando, &  
quomodo potueris: eti im per alios piè ac fer-  
venter invigiles, Personis utriusque Sexus,  
& cuiusvis Statu, sive Secularis, sive Regu-  
latis, ad præfatarum Constitutionum, &  
aliarum litterarum Apostolicarum Præscrip-  
H h 2 tum,

tum, in adeò laudabile, pium, ad devotum  
Exercitum indefessè inducendo.

Cæterùm cùm olim felicis recordationis *Clemens Papa VIII.* ad tollendos nonnullos abusus; qui in communicandis Indulgenciatibus Confraternitatibus (dum erigebantur, instituebantur, seu congregabantur à Superioribus Ordinum, Religionum, & Instituto rum) nec non ab Officialibus Archi-Confraternitatum, & Congregationum respectivè irrepererant; expressè dectreverit: ut omnes prædictæ Confraternitates, novas erectionum, institutionum, & aggregationum Formas ab Apostolica Sede acciperent, infra certum tempus, prout in ejusdem Pontificis Constitutione: *Quocunque*, incipiente, plenius continetur: Observantiae ejusdem Sanctionis inhærentes, consultò declaramus: mentis nostræ, ac totius Ordinis esse, & fore; ut tu, & cuncti Fratres [qui operam naverint earundem Confraternitatum erectionibus] palam & inconcussè doceas, seu doceant, atque evulgent, Confrates, & Conforores decem Virtutum, seu decem Beneplacitorum *B. M. Virginis* nullis nunc gaudere Indulgenciatibus, quibus antea fruebantur, seu frui poterant, ex vi communicationum, & aggregationum, quarum abusus tollere voluit [ut præfertur] præmemoratus *Clemens VIII.* Quia tamen alia Confraternitates ejusdem *Beatissima Virginis MARIE* vigore Constitutionis bonæ memor. *Pauli V.* incipientis: *Cum olim.* d<sup>o</sup> die 20. Septemb. 1608. in usu suarum Indulgenciarum, ob ibidem expressam rationem: quod videlicet [dum canonice instituuntur] Indulgenciarum communicatione minimè indigeant; sed ipsum Jure, vigore Privilegiorum Apostolicorum illas nanciscantur; conservatae sunt: Exigit ipsa eadem ratio, ut Confraternitates Beneplacitorum; quæ ipso Jure, vigore Privilegiorum Apostolicorum, absque ulla alia

communicatione, seu aggregatione, facienda per aliquem Summo Pontifice inferiorem, proprias nanciscuntur Indulgencias, in eisdem prorsus conserventur; illis tamen modo rejectis, ac pro revocatis habitis, ex Præscripto Constitutionum *Clementis*, ac *Pauli*, Pontificum præfatorum, quæ à quibusvis Superioribus Ordinum, Religionum, & Institutorum, nec non ab Officialibus Archi-Confraternitatum, & Congregationum, eisdem Confraternitatibus in ipsarum electione, institutione, congregatione, seu aggregatione concessæ, vel communicatae reperiuntur, aut præter, vel contra Formas, ab Apostolica Sede, ex tunc [ut præfertur] de novo receptas, ad easdem extensæ seu impertitæ prætenduntur. Summarium autem, seu Compendium illarum (quas vigore Privilegiorum, absque ulla alia non Pontificia communicatione nanciscuntur) desumi poterit ex literis Apostolicis *Julii II.* datis sexto Idus Januar. 1506. Quarum initium *Ad ea.* Et ex literis *Leonis X.* *Benigna petitio*nes &c. incipientibus: ac ex aliis, quarum initium: *Cum sicut.* &c. Nec non ex aliis, quæ incipiunt: *Dum præexcelsa.* &c. Quarum primæ die 27. Septemb. 1514. Secundæ die tertiâ Maii. 1515. Tertiæ die 19. Junii anni prædicti 1515. expeditæ; ac postmodum per alias *Leonis X.* quibus Exordium: *Dudum per Nos.* &c. die 10. Decemb. 1519. datas, eisdem Confraternitatibus communes redditæ, seu declaratae reipsâ conspicuntur. Has quippe omnes Indulgencias, in hujusmodi literis relatas, seu contentas [quæ juxta Breve Sa. Mem. *Innocentii II. Alias.* &c. incipiens datum die 10. Octobris. 1686. firmæ, ac validæ, pro personis utriusque Sexus ibidem expressis, tria Vota substantialia Religionis non emittentibus, semper extitère] eisdem Confraternitatibus, ipsarumque Confratribus, & Confororibus, nostræ Directio

ni subjectis, ubique competere sanè dignos-  
cimus; ex Præscripto præsertim Concessio-  
num Apostolicarum, & Decretorum, qui-  
bus *Ssmus D. N. INNOCENTIUS XII.* per superiùs enunciatum Breve: *Alias.*  
*&c.* novam dedit roboris Apostolici firmi-  
tatem; cuius & aliorum præmissorum, Te  
in omnibus exactum exhibebis Señatorem;  
sicut & plurimorum te præbuisti vigilanssi-  
mum Sollicitatorem. Vale. Nostrîque in tu-  
is Sacrificiis esto memor. Datum in nostro  
Conventu S. Mariæ Novæ Neapoli. die 1.  
Decemb. 1696.

*F. Bonaventura Boërius Minister Ge-  
neralis*

*Loco ♫ Sigilli*

*F. Nicolaus de Leon. Secretarius Ge-  
neralis Ordinis.*

**U**T autem cō firmiùs subsistat præsenta  
dispositio, quò solidius fuerit robora-  
ta: & ne ulli abusus irrepant imposterum,  
quo ad Evulgationem Indulgentiarum, præ-  
dictarum Confraternitatum, præmemora-  
tus P. F. Franciscus Diaz à S. Bonaventura  
EE. VV. submissè precatur: quatenus dig-  
nentur præfatas literas approbare, & confir-  
mare, stricte præcipiendo; ne alias Indul-  
gentias præter contentas in literis Apostolicis  
jam relatis ulla audeant eisdem Confrater-  
nitatibus attribuere, seu appropriare. Et  
pro gratia Deus. &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac  
Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium  
negotiis & consultationibus Episcoporum &  
Regularium præposita, auditio P. Ministro  
Generali Ordinis, & attentis narratis; peti-  
tam Confirmationem Oratori benignè con-  
cessit. Romæ 20. Novemb. 1699.

*G. Cardinalis Carpineus N. Archi-  
Episcopus Thea. Secretarius.*

**P**rædictâ itaque Authoritate, & faculta-  
tibus in præsertis literis expressis, con-  
sultò utentes, vobis erga ( imitationis B.  
MARIE Virginis, præsertim in Cultu &  
Reverentia sanctissimi Sacramenti Euchari-  
stici) augmentum, ac propagationem ar-  
dentissimè propensi in Domino committi-  
mus: ut Confraternitatem decem Virtu-  
tum, seu decem Beneplacitorum Virginis  
Deiparæ, pro personis utriusque sexus, eti-  
am Regularibus, & cuiusvis alterius Statûs,  
cum Indulgentiis, & gratiis superiùs de-  
scriptis, sub titulo, seu invocatione aliqui  
ex superiùs descriptis, in quibusvis Mundi  
Ecclesiis intrâ limites vestrarum Commissio-  
num existentibus, servatis aliâs, que fuerint  
servanda; gratiosè erigatis, eas per Statu-  
ta & Constitutiones pro similibus Confratri-  
bus editas, atque in libro de imitatione B.  
M. Virginis ad longum relatas, perpetuò gu-  
bernari debere statuatis, & stabiliais. Datæ  
Romæ in sacro Conventu S. Mariae de Ara  
Cæli die 30. Mensis Januar. 1701.

Copia Authentica omnium Originalium;  
Apostolicorum Brevium præmemoratorum,  
ut & Originale hujus novæ Erectionis, Con-  
firmationis, & Renovationis Privilegio-  
rum, & Indulgentiarum Confraternitatis  
decem Beneplacitorum B. M. Virginis. &c.  
reperitur Romæ in Ara-Cæli, in Achivio  
Commissarii Terræ Sanctæ. Cui subscrip-  
tum est.

*F. Bonaventura de Majori. Guardianus  
S. Montis Sion.*

L. S.

*De Mandato suæ Redissimæ Ptis. F. Dio-  
nyssius Pancinus à Flumine Secretarius.*

**F**. Constantinus Ordinis Minorum Reg.  
Obs. S. P. N. Francisci Lector Jubilatus  
Provæ Mediolan. Pater. Totius Terræ Sanctæ  
Hh 3 Custos

Custos. Sacri Montis Sion , nec non Ss. D.  
N. JESU Christi Sepulchri Guardianus. Mi-  
sionum Ægypti, & Cypri Praefectus. Sac.  
Congregationis de propaganda Fide, Res-  
ponsalis , ac in partibus Orientis Commissa-  
rius Apostolicus . & humilis Servus , præin-  
sertas nostri Praedecessoris litteras , cum om-  
nibus in eis contentis plenariè confirmamus,  
& ad integrum effectum perduci enixè per-  
optamus. Datum Romæ in Conventu S.  
Mariæ-de Ara Cæli die 25. Octob. 1704.

F. Constantinus à Mediolano.

Sac. Montis Sion Guardianus  
L. S.

**S**uperiùs scriptas nostrorum Praedecesso-  
rum literas pariter confirmamus, & ad ple-  
num effectum perduci enixè peroptamus. Ex  
hoc Sacro Conventu Ara-Cælitano die 20.  
Junii. 1706.

P. Cajetanus à Panormo S. Montis  
Sion Guardianus ac Terra  
Sanctæ Custos.

De Mandato sua Paternitatis Rmæ.

F. Henricus de Mediolano Terra  
Sanctæ Pro-Secretarius.

PRO CORONIS  
Domini Nostri & Dominae nostræ  
B U L L A    XXXVI,

In novâ Collectione Privilegiorum, editâ à Fratre Emanuele Ro-  
derico impressâ Venetiis. 1611. Tom, primo,  
fol. 305.

S U M M A R I U M.

Confirmat Officia Coronarum *Domini nostri ac Dominae nostræ*, instituta  
per quendam religiosum Patrem Ordinis Minorum. Dilecto Filio , Ga-  
brieli Mariæ ; Ministro Generali totius Ordinis Minorum , Observantia  
Regularis, in Ultra-Montanis partibus Gene-  
rali Commissario,

L E O Papa X.

*Dilecte Fili. Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

**XXV.** *E*xponi Nobis nuper fecisti, quòd  
Christi-Fideles ; maximè Ultra-  
Montanas partes incolentes , magno devo-  
tionis spiritu ad Officium Coronarum ad

honorem *Domini nostri Iesu Christi, & Bea-*  
*tissime Virginis MARIE*, Matris ejus, edi-  
tum , periolvendum ducantur , longèque  
speretur ampliori eosdem Christi - Fideles  
devo-

devotione succendi; si dicto Officio Apostolicæ Confirmationis robur adjicere dignare-  
mur. Nos itaque qui cuncta [ per quæ ma-  
ximè ad divinum amorem Christi-Fidelium,  
corda speramus ardentius allici ] libenter  
concedimus dictum Officium inferius anno-  
tatum, Authoritate Apostolicâ confirmamus  
patiter, & approbamus, ac omnibus Chri-  
sti-Fidelicus dictum Officium recitantibus ad  
honorem Domini IESU, ejusque purissimæ  
Matri, impartimur Benedictionem; non ob-  
stantibus constitutionibus, & Ordinationi-  
bus Apostolicis, cæterisque contrariis qui-  
buscunque. &c. Tenor autem dicti Officii ta-  
lis est. *Prima Corona Domini nostri Iesu Christi*, quæ parva dicitur, continet quinque  
Pater noster, & totidem Ave Maria, in hon-  
orem quinque vulnerum ejusdem Domini nostri. *Secunda* continet triginta, & tria Pa-  
ter noster, & totidem Ave Maria, in hon-  
orem ætatis Christi; quâ in hâc vitâ mortali  
vixisse creditur. *Tertia* continet quinque Psal-  
mos habentes quinque literas in principio,  
quibus nomen IESUS scribitur in honorem  
Nominis Domini Iesu. *Primus Psalmus*: Ju-  
bilate. *Secundus*: Exaudiat te Dominus  
in die tribulationis. *Tertius*: Salvum me  
fac Domine quoniam defecit Sanctus. *Quar-  
tus*: Usque quo Domine. *Quintus*: Sepe  
expugnaverunt. Et in fine, *In nomine IESU*  
*omne genu flectatur*. *Verlus*: Sit nomen Do-  
mini benedictum in facula. *Oratio*: Om-  
nipotens semperne Deus dirige actus no-  
stros in Beneplacito tuo, ut in nomine dilecti  
Filii tui. &c. *Prima Corona* B. Mariæ Virginis  
continet decem Ave Maria ad hon-  
orem Evangelicarum Virtutum ejusdem B.  
M. Virginis. *Seconda Corona*, continet sep-  
tuaginta duo Ave Maria ad honorem sep-  
tuaginta duorum annorum; quibus piè cre-  
ditur Virgo Maria in hac vita mortali vixisse.  
*Tertia* continet quinque Psalmos habentes in  
principio quinque literas, quibus nomen be-

necitum MARIA scribitur, primus Psal-  
mus est *Magnificat*. *Secundus*: Ad Domi-  
num cùm tribularer. *Tertius*: Retribue ser-  
vo tuo. *Quartus*: In convertendo. *Quintus*:  
Ad te levavi oculos meos. In fine: Sub tuum  
præsidium. *Verlus*: Dignare me. *Oratio*:  
Famulorum. Datum Romæ apud S. Petrum  
sub annulo Piscatoris, die decimo quarto  
Septembris. Anno Domini millesimo, quin-  
gentesimo, decimo septimo. Pontificatus  
nostrî anno quinto. Circa Indulgentiam  
concessam dicentibus decem Ave Maria sunt  
ordinata sequentia: primò *Julius Papa II.*  
per Breve: concessit cuidam nobili Domi-  
næ, Joannæ de Gravilla, Domicellæ de Ca-  
lido Monte & decem Perlonis, per eam pro  
tempore eligendis; ut gauderent multis gra-  
tiis, & inter alia, quod tam prædictæ de-  
cem personæ, quam quæcunque alia perso-  
næ, quibus ipsa Joanna decem Insignia di-  
cenda, seu recitanda totidem Ave Maria da-  
ret, & quod Insignia hujusmodi in honorem  
ipsius B. MARIAE, glorioissimæ Virginis  
deurrent, ac singulis diebus decies Salutatio-  
nem Angelicam, in honorem decem Gaudio-  
rum, & Virtutum ejusdem Beatissimæ Virginis  
devotè dicenter, seu recitarent; decem mil-  
lia dierum de vera Indulgentia consequen-  
tur. Quodque singulæ personæ; quibus In-  
signia septuaginta duo similia (ut præfertur)  
Ave Maria seu Chapelet nuncupata; dicta  
Joanna daret & deferret, ac septuaginta  
duabus vicibus, Salutationem Angelicam, in  
honorem ejusdem Virginis, & memoriam sep-  
tuaginta duorum annorum, quibus sacra-  
tissima Virgo in hoc sæculo (ut piè creditur)  
vixit, dicendo & recitando; septuaginta duo  
millia dierum de simili Indulgentia singulis  
diebus; quibus [ ut præfertur ] dicenter,  
sive recitarent; consequerentur. Post hæc  
*Leo Papa X.* in quodam Brevi sub datis Ro-  
mæ apud S. Petrum die 27. Decembbris mille-  
simo,

simo, quingentesimo decimo quarto. Pontificatus sui anno primo. Dictum Breve *Iuli II.* resumendo, & dictas gratias, & Indulgencias ampliando, concessit singulas Indulgencias, ac Concessionem, & Indultum prædictæ Dominæ Joannæ, & decem per eam eligendis; datumque extendit ad quandam aliam Nobilem Dominam *ANNAM de Francia Ducissam Bourbonii*, ac Ancillas, & Sorores Monasteriorum *B. M. Virginis Bituricensis & Albiensis*, Ordinis sive Regulae decem Beneplacitorum ipsius *B. MARIE* cum omnibus, & singulis, in dictis literis contentis, ad quamlibet etiam extendit; insuper addit: quod ipsæ & personæ quæcunque [ quibus decem Insignia recitandi Ave Maria darent ] & quibus ad dandum committere placuerit: dummodo sint Personæ religiosæ, & ad hoc idoneæ, & illa deferrent, ac singulis diebus decies Salutationem Angelicam, in honorem X. Gaudiorum, & Virtutum Beatae Virginis recitarent, non solum dicta decem millia dierum, sed etiam decem millia annorum consequerentur; nec non singulæ personæ, quibus septuaginta duo Insignia, similiter Ave Maria, vel Coronæ nuncupata, darent, & quæ illa deferrent, ac septuaginta duabus vicibus Salutationem Angelicam hujusmodi in memoriam septuaginta duorum annorum, quibus ipsa Virgo Maria in hoc saeculo creditur vixisse, devote recitarent (ut præfertur) non solum dicta septuaginta duo millia dierum, sed ultra etiam centum annorum de vera Indulgentia consequantur, misericorditer concessit & ampliavit. Deinde anno secundo sui Pontificatus dedit alud Breve directum Fratri Gilberto Nicolai tunc Vicario Provinciæ Franciæ super Fratres Minores Observantie sub datis Romæ apud S. Petrum die 3. Martii. 1515. in quo Papa referebat qualiter sibi fuerat significatum, quod dictæ Monialæ

suæ Curæ commissæ indistinctè conferebant quibuscumque facultatem, & potestatem lucrandi Indulgencias de decem Ave Maria nuncupatas, quas alias eis, pro animarum suarum, & Christi-Fidelium salute, per alias literas in forma Brevis concederat, & aliis concedere posse indulserat, & quod etiam Fratri Gilberto ad redendum earum vexationes, & inquietudines, quibus à requirentibus sibi illas concedi quotidie molestabantur, similem facultatem vivæ vocis oraculo concederat. Quare idem summus Pontifex voluit & ordinavit, quod hujusmodi gratia non passim, sed moderatè, & Personis promerentibus, & dignis, prout animarum saluti & Christi-Fidelium expedire cognoscerent concederetur. Et commisit mandavitque Authoritate Apostolicâ prædicto Fratri Gilberto: ut in concedendâ hujusmodi gratiâ, prædictis Monialibus salutarem normam imponeret, & regulam quam per eas sub Excommunicationis sententia voluit observari; ne gratia hujusmodi (quæ piè & in salutem animarum concessa est) propter illius affluentiam & indifferentem concessionem in interitum (quod absit) suarum vergeret animarum.

**XXVI.** Postquam autem Pater Gabrieël Maria Ordinis Minorum, Joannæ Confessarius, à Leone X. obtinuit approbationem Regulæ ANNUNCIATARUM, & Ordinis tertii [ dicti Ordinis Pacis ] qui & virtute particularis Bullæ, quæ incipit: *Cum in Honorem. &c.* date anno 1517. Regulam Annuciatarum approbavit: quam & confirmavit Adrianus VI. declarando. Prout legitur in nonâ declaratione super Regulam Annuciatarum; quod Provinciales, & ordinarii Confessarii dictatum Monialium possint Rosaria cum Indulgentiis distribuere; usus invaluit: ut Coronæ B.

Vir-

Virginis distribuerentur constantes sequentibus granis:

*Decem albis*, quæ significant decem Ave Maria : in honorem decem Evangelicorum Virtutum Beatissimæ Virginis Mariæ.

*Quinque rubris*, quæ significant quinque Pater noster, & Ave Matia, in honorem quinque Vulnerum Christi Domini.

*Duodecim nigri*, quæ significant duodecim Ave Maria: pro conservatione, & impenetratione Fructuum sanctissimi Sacramenti.

*Tribus gravis intermedii*, albo, nigro, rubro : pro pace Ecclesiae Catholicae.

*Indulgenter huic triplici Corone annexa.*

**P**rimo. Recitans decem Ave Maria ad decem alba grana : lucratur mille annorum, & totidem dierum Indulgenterias; juxta Concessionem *Julii II. & Leonis X.*

**Secundo.** Recitans quinque Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam ad quinque grana rubra : lucratur mille annorum, & totidem dierum Indulgenterias, juxta Concessionem *Julii II.*

**Tertio.** Orans ad duodecim grana nigra duodecies Salutationem Angelicam : lucratur Indulgenterias duodecim mille dierum.

**Quarto.** Adteria magna grana intermedia dicentibus tertio Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam conceditur ab *Alexandro VI.* Indulgenteria 3000. annorum.

*Privilegia, & aliae Indulgenteriae,*  
*Pro Sodalibus predictæ Confraternitatis.*

**I.** *C*onfratres & Conforores sunt paricipes Meritorum Ordinis Sororum Annuntiatarum.

**II.** Quando orant ad pulsus campanæ unum Ave MARIA, lucratur Indulgenteria mille dierum.

**III.** Quando interflunt Concioni, vel ( si sint impediti ) orant unum Ave MARIA, pro Concionatore, & Auditoribus, lucratur Indulgenterias mille dierum.

*Vinea Seraphica.*

**IV.** Si patientes in injuriis orent a vita Ave MARIA pro injuriante, lucratur Indulgenterias mille dierum.

**V.** Si orent unum Ave MARIA, pro Sacerdote celebraturo, dum sonat campanella ad Missam, & pro Auditoris Sacrum; acquirunt Indulgenterias mille dierum.

**VI.** Item, si orent unum Ave MARIA, dum pulsatur ad Horas Canonicas ; habent Indulgenterias mille dierum.

**VII.** Si se commendarent Angelo Custodi, per unum Ave MARIA die vel nocte ; acquirunt Indulgenterias mille dierum.

**VIII.** Si orent pro Captivis, infirmis, vel animabus in Purgatorio ter Ave MARIA; lucratur Indulgenterias triuum mille annorum.

**IX.** Gaudent in mortis atticulo plenariis Indulgenterias, si verè de peccatis doleant ; ex Concessione *Adriani VI.* Aliae præcedentes concessæ sunt à *Leone X.* ab *Alexandro IV.* à *Julio II.* *Paulo V.* & *Gregorio XV.*

#### Benedictio Rosarii.

- ¶. Adjutorium nostrum in Nomine Domini,
- ¶. Qui fecit cælum & terram.
- ¶. Sit nomen Domini benedictum.
- ¶. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
- ¶. Domine exaudi orationem meam.
- ¶. Et clamor meus ad te veniat.
- ¶. Dominus vobiscum.
- ¶. Et cum spiritu tuo.

#### Oremus.

**D**omine JESU Christe, qui gloriose Virginis Matrie immaculatae Laudes multiplicare voluisti ; obsecramus immensæ largitatis tue abundantiam : ut hoc genus Psalteriorum & Rosariorum ( quod sancti Patres ad tuæ sanctissimæ Matri Laudes ferre sanxerunt ) ita benedicere & digneris : ut qui his devotè usi fuerint ; beatissimam Matrem benedicere, ac laudare mereantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Ii

IN.



# INDEX Capitum & Rerum.

## PROLOGUS.

- A** Num. 1. usque ad zdam continentur Excellentia & Encomia S. FRANCISCI, trium Ordinum Institutoris, ex Epistola Cardinalis de Trejo.  
 Num. 2. Citatur Breve Innocentii XI. commendantis specialiter tertium Ordinem.  
 Num. 3. Refertur Breve Innocentii XII. exhortantis Tertiarios & Chordigeros ad Orationem mentalem, & viam S. Crucis.  
 Num. 4. Fit mentio de via S. Crucis Roma erecta in Ara Cali, & de Confraternitate decem Beneplacitorum.  
 Num. 5. Allegantur Statuta Generalia Ordinis, tenore quoram inculcatur Superioribus: ut promoveant tertium Ordinem, Archi-Confraternitatem Chorda, & Viam dolorosam S. Crucis.

### CAPUT I.

- Num. 6. Quare Fratum & Sororum pœnitentium Ordo vocetur Tertius Seraphici Patris FRANCISCI Ordo? & grande Encomium Leonis X. de his tribus Ordinibus.  
 Pag. 1.

Num. 7. Splendor trium Ordinum descriptus à S. Joanne Capistrano. ibid.

### CAPUT II.

Num. 8. Quare Deus primum Ordinem Fratrum Minorum concederit S. Romana Ecclesia? pag. 3.

### CAPUT III.

Num. 9. De Excellentia, Amplitudine & Prærogativis primi Ordinis, & Regula Fratrum Minorum. 5.

### CAPUT IV.

Num. 10. De Indulgentiis, concessis primo Ordini Fratrum Minorum à Paulo V. & aliis Religiosis, quas etiam extendit ad Montiales. 7.

Num. 11. Quales Indulgencia excipiantur à revocatione Pauli V. in sua Bulla; Romanus Pontifex. 8.

Num. 12. Dies, in quibus decorantur Indulgenciæ plenariæ, que incipit à primis Vesperis usque ad Occasum Solis diei sequentis, Ecclesia Fratrum Minorum pro omnibus Christi fidelibus: circa Indulgencias Portiuncula, ibidem notandum aliquid speciale. 9

## INDEX CAPITUM ET RERUM.

- Num. 13. *Indulgencie notabiles pro Feste sanctissimi Nominis JESU, Visitationis B. M. Virginis, Feste Transfigurationis, & pro Feste & Octava Immaculatae Conceptionis.* 10.
- Num. 14. *Dubium proponitur, an Ecclesiae Missionum Ordinis gaudent Indulgentiis concessis Ecclesias Conventuum Ordinis FF. Minorum?* 11.
- C A P U T V.**
- Num. 15. & 16. *Summarium diversorum Indulctorum & Indulgientiarum concessarum Ordini Fratrum Minorum per Bulas & Brevia pro secularibus devotis Amicis, & Benefactoribus Seraphici Ordinis.* 12. & 13.
- Num. 17. *Indulgencie amplissima pro illis, qui interfunt Catechismo, vel explicationi Doctrina Christianae, facienda à Fratribus Minoribus S. Francisci.* 15. & 16.
- Num. 18. *Constitutio Innoc. XI. pro Apostolica Benedictione & Indulgencie plenaria, quam consequi valent, qui FF. Minorum missionibus interfunt.* 17.
- C A P U T VI.**
- Num. 19. *De diversis Constitutionibus Pontificiis emanatis circa primum Ordinem S. Patriarchæ Francilci.* 18.
- Constitutio Honori III. circa Missionarios mutantes Habitum, trattantes pecunias, nurientes barbam & comam.* ibid.
- Num. 20. *Declaratio dispensatoria cir. a Missionarios Nationis Germano-Belgica, quoad usum, & contrectationem pecunie sub certis clausulis.* 19.
- Num. 21. *Cautela circa hanc dispensationem à Missionariis adhibende.* 20.
- Num. 22. *Dua Apostolicae Constitutiones ad Prelatos totius Ordinis directæ, & ab Innoc. XI. confirmatae, circum manus Prædicationis FF. Minorum.* 21.
- Num. 23. *Constitutio Innoc. XI. circa Eleemosynas pro Concionibus oblatas, distributionem librorum, augmentationem Bibliothecarum. Innovaturque excommunicationis contra quoscunque auferentes liberos, & alias Scripturas ab ejusdem Ordinis Bibliothecis.* 22.
- Num. 24. *Constitutio Innoc. XI. in qua sub gravi pena inhibetur, neres ad Ecclesiæ, Altaria, Capellas, & Sacrificias FF. Minorum spectantes, extra illa ad usum, vel officium ceterorum distractabantur, aut aliis commodentur.* 24.
- C A P U T VII.**
- Num. 25. *De Regula & Ordine S. Clare, qui fuit secundus Ordo à S.P. Francisco institutus, ejusdemque Ordinis primarii honores.* 26.
- Num. 26. *Dubium de Indulgentiis concessis Ecclesias Monialium Directioni Ordinis Seraphici subjectarum.* 27.
- Num. 27. *Bulla Sixti V. concedentis Indulgencias pro Festis S. Francilci, S. Ludovici, S. Antonii, S. Bonaventura, S. Bernardini & S. Clare.* 28.
- Num. 28. *Bulla Gregorii XV. concedentis Indulgencias pro Feste Portiuncula, visitantibus Ecclesiæ FF. Minorum.* 29.
- Num. 29. *Constitutio ab Innoc. XI. renovata circa obedientiam à Monialibus praestandum Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, Statutis tam generalibus, quam provincialibus: nec non circa Syndicos ipsarum Monialium, qui tenentur dare rationem expensarum dictarum Monialium Superioribus.* 30.
- C A P U T VIII.**
- Num. 30. *Quando, quâ occasione, & quare S. Franciscus instituerit Ordinem Fratrum & Sororum de Pœnitentia, qui est tertius Ordo Seraphicus ab Ecclesia approbatus,* 1 i 2

# INDEX

batus, etiam pro Sacularibus, ad Vota solemnia non obligatis; quamvis exemplum precedens Ecclesia Dei non habuerit unquam? 33.

## C A P U T IX.

Num. 31. Excellentia & primarii honores tertii Seraphici Ordinis. 36.

## C A P U T X.

Num. 32. De triplici Status Tertiario-rum. 39.

Num. 33. De Titulo Ministrorum generalium Ordinis Seraphici, ejusdemque Precedentia in Capella Papali. 40.

## C A P U T XI.

Num. 34. Quomodo distingnatur Ordo Tertiiorum a Confraternitate? & an Professio Tertiiorum sit Fodina obligans subdeccato? 41.

## C A P U T XII.

Num. 35. De Exemptionibus Tertiiorum, Privilegio Canonis, & Fori, Tertiiorum Sepultura, & Sacramontorum administracione. 43.

## C A P U T XIII.

Num. 36. Quis possit assumere Fratres, & Sorores de Penitentia, etiam in Sacculo viventes, ad Habitum & Professionem? 45.

## C A P U T XIV.

Num. 37. Exhortatio pro receptione ad Habitum tertii Ordinis S. Francisci, desumpta ex Sermone vigesimo septimo Rosarii, Venerabilis Servi Dei Bernardini da Bustis, qui sub Annum 1500. floruit. 49.

## C A P U T XV.

Num. 38. De Capitulis generalibus, que servauit Seraphicus P. Franciscus. Ejusdem maledictio contra male viventes, & Benedictio data Zelatoribus Regule. Qualitates requisite in Prelatis. Mons S. Patris. Schedula circularis mortuaria, compo-

sita à P. Elia, & Epitaphium in Delibro Basilice Affisensis. 53.

## C A P U T XVI.

Num. 39. In quo Regula & Statuta tertii Ordinis de Pénitentia, ex Constitutionibus Apostolicis, & Decretis Capitelorum generalium, ab Innocentio XI. specificè confirmata continentur. 59.

Num. 40. Continetur Catalogus mulierum & diversorum Brevium, à diversis Pontificibus emanatorum, quorum tenore subjiciuntur Tertiarii & Tertiariæ, in diversis Mundi partibus, Directionis Generalis Ministri totius Seraphici Ordinis. 60.

Num. 41. Regula tertii Ordinis S. Francisci de Pénitentia, à Summo Pontifice Nicolaø IV. approbata, & confirmata, cum Statutis Congregationum generalium Ordinis FF. Minorum de Observantia specificè approbatis ab Innoc. XI. Summo Pontifice. 64.

Num. 42. Primum Capitulum Regule, ejusdemque explicatio, de modo examinandi volentes tertium Ordinem ingredi. ibid.

Num. 43. Capitulum secundum. De Formarecipienda volentes tertiam Ordinem ingredi, ejusdemque Capituli Statuta. 65.

Num. 44. Capitulum tertium. De Forma Habitū, & Qualitate Indumentorum, ejusdemque Capituli Statuta. 66.

Num. 45. Capitulum quartum, quod non vadat ad convivia inhonesta, & spectacula, & quid Histrionibus non donent. 67.

Num. 46. Capitulum quintum. De Abstinentia & Jejunio, ejusdemque Capituli Statuta. ibid.

Num. 47. Capitulum sextam. Quoties per Annū Fratres & Sorores confiteri debent, & sacro-sanctum Corpus Domini sumere, ejusdemque Capituli Statutam? 68.

Nunc.

## CAPITUM ET RERUM.

- Num. 48. Capitulum septimum, quod non  
ferant arma impugnationis, ejusdemque  
Capituli Statutum. 69.
- Num. 49. Capitulum octavum, de dicendis  
Horis Canonicas, ejusdemque Capituli Sta-  
tutum. ibid.
- Num. 50. Capitulum nonum, quod omnes,  
qui de Jure possunt, condant Testamen-  
tum, ejusdemque Capituli Statuta. 70.
- Num. 51. Capitulum decimum, de pace in-  
ter Fratres, aliosque extraneos compon-  
nenda, ejusdemque Capituli Statutum, ibid.
- Num. 52. Capitulum undecimum. Quid  
agendum, si contra sua Privilégia in Jus  
vocentur? ibid.
- Num. 53. Capitulum duodecimum. Quid  
Fratres caveant, quantum possunt, à In-  
strumentis solemnibus, ejusdemque Capituli  
Statuta. ibid.
- Num. 54. Capitulum decimum tertium, de  
audienda Missa, & Congregatione fa-  
cienda, ejusdemque Capituli Statuta. 71.
- Num. 55. Capitulum decimum quartum, de  
Fratribus infirmis & defunctis, ejusdem-  
que Capituli Statuta. 72.
- Num. 56. Capitulum 15um de Ministris,  
ejusdemque Capituli Statuta. 73.
- Num. 57. Officium Ministri. 74.
- Num. 58. Officium Secretariorum. 75.
- Num. 59. Officium Discretorum. ibid.
- Num. 60. Officium Zelatorum. 76.
- Num. 61. Officium Syndici. ibid.
- Num. 62. Officium Vicarii Calcis divini. ib.
- Num. 63. Officium Infirmarii. 77.
- Num. 64. De Electionibus Ministri & Offi-  
cialium. ibid.
- Num. 65. De Confirmatione Ministri, &  
Officialium, & de Capitulo annuo. 78.
- Num. 66. Capitulum 16um, de visitatione  
& correctione Delinquentium, ejusdemque  
Capituli Statuta. 80.
- Num. 67. Capitulum 17um. De vita-  
dis litigii inter se, & cum aliis. 81.
- Num. 68. Capitulum 18um, qualiter, &  
à quibus possit dispensari in Abstinentia,  
ejusdemque Capituli Statuta. ibid.
- Num. 69. Capitulum 19um, de manifestis  
culpis Visitatori denunciandis. 82.
- Num. 70. Capitulum 20um. Quid in pre-  
dictis omnibus nemo obligetur ad morta-  
lem culpam, ejusdemque Capituli Sta-  
tuta. ibid.
- Num. 71. Constitutio Clementis V. conce-  
dentes Indalgentias Fratribus & Sororibus  
de Poenitentia, quoties semel in mense au-  
diuerint Lectionem Regula, vel ejus Expli-  
cationem. 83.
- Num. 72. Calendarium Festorum, quo Ter-  
tiarii uti solent ad Divini Officii recitationem.  
ibid.

## C A P U T X V I I .

- Num. 73. De Modo ad Habitum & Profes-  
sionem admittendi Tertiarios. 84.
- Num. 74. Formula Instrumenti Professionis  
emissa. 90.
- Num. 75. Forma Absolutionis generalis pro  
Neo-Vestitis, vel Profitentibus, & in q. An-  
ni Festivitatibus dare solita. 91.
- Num. 76. Absolutio pro Fratre, vel Sorore  
profidente in particulari. ibid.
- Num. 77. Absolutio cum plenariis Indul-  
gentiis pro mortis articulo. ibid.

## C A P U T X V I I I .

- Num. 78. Monita & Cautela pro Superio-  
ribus volentibus dare Habitum Tertia-  
rios. 92.
- Num. 79. Decretum S. Cong. Ep. & Reg.  
contra Tertiarios & Eremitas, qui sine le-  
gitima Superiorum Ordinis licentia Ha-  
bitum terisi Ordines assumunt, & cumeo,  
vel alto simili questrando vagantur. 93.

Ii 3

C A



# INDEX

## CAPUT XIX.

Num. 80. Breve proemiale à sanctissimo Domino Nostro Innoc. XI. concessum, pro observatione diversorum Breviūm, in quibus pricipua Concessiones, & Indulgentiae, tam Tertiiorum, quam Confratrum Chorde S. Francisci ad longum continentur, ubetiam signanter sit mentio de Corona B. M. V. Statione Sanctissimi Sacramenti, & Exercitio via Crucis. 94.

## CAPUT XX.

Num. 81. Sequuntur clausula literarum, Summorum Pontificum, in favorem Confratrum Chorde S. P. N. Francisci editarum; de quibus in presenti Brevi Innoc. XI. fit mentio, & quae in eodem executioni mandari pricipiuntur. 96.

Num. 82. Tenor Indulg. à Paulo V. concessarum, in Brevi incipiente: Nuper. ibid.

Num. 83. Tenor Brevis ejusdem, vi cuius Minister Generali, & Commissario Generali Familia Ultra-Montana facultas conceditur erigendi Confraternitatem Chorde in locis, ubi non est eretta à Conventualibus iuxta Constitutionem Sixti V. ibid.

Num. 84. Tenor Brevis Gregor. XV. incipientis: Alias, in quo conceduntur Chordigeris, præter Indulgentias à Sixto V. concessas, Indulgentiae concessa Archi-Confraternitati Confalonis B. M. V. in Ecclesia S. Lucie de Urbe; & confirmantur Indulta erigendi Confraternitates Chorde, illasque aggregandi Archi-Confraternitati à Sixto V. instituta concessa Generali & Commissario Generali Familia de Observantia. 97.

Num. 85. Tenor Brevis incipientis: Pias Christi, in quo Greg. XV. Confratribus & Sereribus Chorde concedit omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, quibus gaudent Fratres Regulares S. Fran-

cisi, & quidem, si Ecclesias Fratrum Minorum visitare ob impedimenta non possint pro lucrando Indulgentias, illas lucrari poterunt, orando quinques Pater noster & Ave Maria in honorem Plagarum Christi, & Francisci, cum Gloria Patri. Indulgentiam autem Portiuncula etiam pro Defunctis applicare poterunt. Et referuntur Brevia Greg. XV. Pauli V. & Innoc. XI. vi quorum inscriptis Archi-Confraternitati Chorde singulis mensibus in una Dominica semel conceditur Indulgentia plenaria, si confessi sint, & communicaverint, & Processioni interfuerint. 98.

## CAPUT XXI.

Num. 86. Sequuntur clausula literarum, Summorum Pontificum, in favorem Tertiiorum S. Francisci editarum, de quibus fit mentio in retroscripto Brevi Innoc. Papæ XI. Exponi Nobis: nec non particula aliorum Brevium, quæ in predictis clausulis continentur, ac in predicto Brevi observari precipiuntur. 99.

Num. 87. Brevia Martini V. Sixti IV. Alexandri VII. contra quosdam Officiales Ecclesiasticos, arrogantes sibi autoritatem vestiendi Seculares Habitum tertii Ordinis, quorum attentata puniuntur, & solis Superioribus ex Ordine Seraphici Patris Francisci potestas dandi Habitum tertii Ordinis adjudicatur. 100.

Num. 88. Breve Innoc. XI. quod incipit: Ecclesia Catholica, in quo Pontifex predictus præcipit observari constitutiones, In Speculo Seraphico contentas, pro Tertiariis, illisque impertitur Indulgentias à summa Sede (ut iprefertur) legitime concessas, ut illis frui possint, sicut alia Personæ religiosæ Ordinis S. Francisci Seraphici; suadet viam Crucis, & Stationem sanctissimi Sacramenti. 101.

Num.

## CAPITUM ET RERUM.

Num. 89. Tenor Brevis Clementis VII. incipientis : ad uberes fructus , in quo concedit Pontifex Tertiariis perfectam communicationem Privilegiorum , Gratiarum , & Indulgentiarum concessarum , & concedendarum , cum Ordine S. Francisci , Predicatorum S. Clarae , aliorumque Mendicantium , & non Mendicantium . nec non exemptionem à solvenda quarta funeralium , ubi consuetudo viguerit non solvendi , sub clausulis derogatoriis amplissimis , iterumque subjiciuntur regimini Ordinis FF. Minorum , exclusâ potestate laicâ quâcunque , juxta Concilium Lateranense , Leonem X. & S. Pium V. 103.

Num. 90. Contentum Brevis S. Pii V. incipientis : Ea est officii , & referuntur variae Constitutiones S. Cong. Rituum , approbatæ ab Urb. VIII. Innoc. XII. in quibus conceditur , quod Tertiarii possint celebrare divinum Officium juxta Rubricas Brevisarii Franciscani. 105.

Num. 91. Omnibus Generali Ministro totius Seraphici Ordinis subjectis inculcatur iterum iterumque via Crucis [ Statio Santissimi Sacramenti ] ut vi illius acquirant Indulgentias Urbis & S. Sepulchri ; approbatürque communicatio Indulgentiarum , pro 3. Ordinibus S. Francisci concessarum à Clemente VIII. Paulo V. Urbano VIII. cum aliis Ordinibus , Confraternitatibus , etiam Societatis JESU. ibid.

Num. 92. Decretum S. Cong. & Declaratio Innocentii XI. in revocatione generali Indulg. à Paulo V. facta , non contineri Indulgentias concessas Tertiarii & Chordigeris. 106.

Num. 93. Indulgentie concessæ recitantibus Coronam de septem Gaudiis renovata ab Innocentio XI. & Indulgentia Stationis sanctissimi Sacramenti. 107.

## CAPUT XXII.

Num. 94. De communicatione Privilegiorum , Gratiarum , & Indulgentiarum 3. Ordinum S. P. FRANCISCI , & Tertiiorum in Sacculo viventium. 108.

Num. 95. Due Bullæ Sixti IV. qui olim fuit Generalis Ordinis FF. Minorum , quarum tenore conceditur perfecta communicatio personis Trium Ordinum , eorumque locis & Monasteriis. ibid.

Num. 96. Bonifacius VIII. in Bulla , qua incipit : In sinu Sanctæ Sedis Privilegia & Indulg. concessa Ordini Fratrum Minorum communicat motu proprio Ordini S. Clarae. 109.

Num. 97. Julius II. olim Novitus in Ordine FF. Minorum in Bulla : Exponi Nobis fecisti , concessit Indulgentiarum communicationem , inter Ecclesiæ trium Ordinum Seraphici P. FRANCISCI. ibid.

Num. 98. Idem per duas Constitutiones bullatas approbante sacro Concilio Lateranensi præstat Leo X. Motu proprio. 110.

Num. 99. Clemens VII. Motu proprio omnia & singula Privilegia , Immunitates , exemptiones , etiam non solvendi Clericis tam funeralium , prater alia Indulta , & Indulgentias unquam extensa ad 3. Ordines S. FRANCISCI confirmat & roborat. ibid.

Num. 100. Greg. XIII. in Bulla : de plenitudine potestatis confirmat amplissimâ concessione omnia predicta , & communicationes tribus Ordinibus S. FRANCISCI concessas , cum Ordinibus Mendicantibus , & non Mendicantibus , imo etiam Gratias , & Privilegia communicata per vivæ vocis oracula , sub clausula tamen : quatenus sint in usu , & Sacris Canonibus non aduersentur. ibid.

Num. 101. Amplior extensio ( sine clausulis ) facta à Sexto V. in Bulla : Etsi Mendicantium. 111. Num.

## INDEX

- Num. 102. Eodem modo confirmat dicta  
Privilicia protribus Ordinibus S. FRAN-  
CISCI in Bulla Pastoralis officii Clemens  
VIII. 112.
- Num. 103. Eandem communicationem con-  
cessit auditá Cong. Episc. & Reg. Clemens  
VIII. Paulus V. Gregorius XV. Innocen-  
tius XI. ibid.
- Num. 104. Constitutio confirmativa privi-  
legiorum, Ordinibus & Confraternitatibus,  
nec non Personis omnibus, Obedientia  
seu Directioni Ministri Generalis, totius  
Ordinis S. FRANCISCI subjectis, facta,  
& roborativa aliarum Constitutionum hac  
superre à Clem. VIII. Paulo V. Urbano  
VIII. concessarum, que ante dictam Con-  
stitutionem novissimam in subsequentibus  
literis Auditoris Camere Apostolice conti-  
nentur, transcribuntur, & de novo robo-  
rantur. Item declarantur Rebelles S. Ro-  
mana Ecclesia, qui molestant Personas trium  
Ordinum S. FRANCISCI, circa sua Pri-  
vilegia etiam vivâ voce concessa juxta ze-  
norem Bullæ Clementis VIII. incipientis :  
Ratio Pastoralis Officii. &c. 113.
- Num. 105. Eodem modo sub gravissimis pre-  
mis mandat Paulus V. in Brevi: Inuncti  
Nobis. &c. ne Personas trium Ordinum mo-  
lestentur indebet circa concessa ipsis Pri-  
vilegia. 116.
- Num. 106. Urbanus VIII. in suo Brevi in-  
cipiente: In plenitudinem. &c. confirmat  
specifice principias Constitutiones in favo-  
rem trium Ordinum unquam emanatas ;  
nec non Privilicia, & Gratiæ, insertas Li-  
teris Apostolicis, qua vocantur: Mare ma-  
gnum. 117.
- Num. 107. Tres amplissime Constitutiones  
predictæ Clementis VIII. Pauli V. Urbani  
VIII. cum omnibus aliis Brevibus insertis in  
sertis inveniuntur confirmata, & roborata  
ab Innoc. XI. etiam usque ad Communica-  
tionem cum Confraternitatibus & Socie-  
tate etiam JESU & cum omnibus horum  
Romanorum Pontificum Successorum con-  
cessionibus, in favorem dictorum Ordinum,  
Congregationum. Confraternitatum, alia-  
rumque etiam viriisque sexijs Personar-  
ium, Obedientia seu Directioni Generalis  
Ministri subjectarum emanatis, sub clau-  
sulis, Pontificum Brevibus insertis, audite  
voto & relatione S. Cong. Episc. & Reg.  
negotii prefecta. Sub his tamen terminis:  
Quomodo sint in usu, nec sint revocatae,  
nec sub aliqua revocatione comprehen-  
sæ. 120.
- Num. 108. Monitorium, & remedium Ju-  
ris, super observatione allegatorum Bre-  
vium cum inhibitione. 122.
- Num. 109. Innoc. XII. in suo Brevi: De-  
bitum Pastorali Officii. &c. concessit ean-  
dem Communionem Gratiarum, & Pri-  
vilegiorum 3. Ordinibus S. FRANCISCI,  
quoad Terziarios & Chordigeros. Mandat  
observari circa Chordigeros. & Tertiarios  
Statuta generalis Capituli Rome celebrati  
1688. Recommendat Exercitium via S.  
Crucis, Orationis mentalis. Concedit In-  
dulgentias prouina Dominica, vel Feste singu-  
lari mensibus, pro Exercitio via Crucis, &  
quotidianam pro Statione Sanctissimi Sa-  
cramenti, cui Brevi subscripsit Joannes  
Franciscus Cardinalis Albanus nunc Sum-  
mus Pontifex. ibid.
- C A P U T XXIII.
- Num. 110. Brevia, Constitutiones, & Or-  
dinaciones Innocentii XII. circa tres Or-  
dines S. Francisci, ut legant Breviarium  
Romano - Franciscanum. ibid.
- Num. 111. Circa Indulgentias observari  
debet litigie Apostolicae Julii II. Innoc. XI.  
& Innoc. XII. 123.
- Num.

## CAPITUM ET RERUM.

- Num. 112. Quoties Personæ Directioni  
Ministri Generalis Seraphici Ordinis sub-  
jectæ, decem dierum recollectionem serva-  
verint, plenariam Indulgentiam con-  
sequuntur, quam ad Chordigeros extendit  
Gregorius XV. in Brevi: Pias Christi,  
iisdemque communicat Indulgentias Ter-  
tiariorum S. Francisci Seraphici, quas con-  
firmat Innocentius XI. & XII. suadentes  
viam S. Crucis, & Stationem sanctissimi  
Sacramenti, ut has Indulgentias nunquam  
revocatas securè lucentur. 124.
- Num. 113. Indulgentia concessa pro exer-  
citio Orationis mentalis, à Seraphico Pa-  
tre, & Capitulis generalibus Ordinis sem-  
per commendato in Brevi, incipiente: Ad  
ea. &c. cum Bulla executoria contra quos-  
cunque. ibid.
- Num. 114. Confirmatio Privilegiorum, &  
Indulgentiarum trium Ordinum S. FRAN-  
CISCI, facta ab Innocentio XII. cum ex-  
tensione, & communicatione ad Ecclesiæ,  
Loca, Confraternitates, Congregationes  
Ordinis Seraphici Personas utriusque  
Sexus, Obedientia vel Directioni Mini-  
stri Generalis totius Seraphici Ordinis sub-  
jectas; etiam cum communicatione ad  
Missiones, Loca, & Ecclesiæ Terra san-  
cta, aliarumque Partium Orientis existen-  
tium extra Jerusalem, ubi ad instar Sta-  
tionum Calvarij Montis erectæ inveniun-  
tur tales Stationes. Ibidem iterum confir-  
matur Statio sanctissimi Sacramenti cum  
Indulgentia plenaria. 125.

## CAPUT XXIV.

- Num. 115. De Forma erigendi Confrater-  
nitatem Chordigerorum, & modo cingendi

- Confratrem, vel Sororens Chordà bene-  
dictâ. 126
- Num. 116. Nunquam sunt revocate Indul-  
gentiae, concessæ Ecclesiæ Regulariæ p/a  
Secularibus. 129.
- Num. 117. Decretum S. Congregationis  
Cardinalium circa Sepulturam Chordigero-  
rum, ibid.
- Num. 118. Modus cingendi Chordâ Perso-  
nam, quæ cupit aggregari huic Archi-Con-  
fraternitati. ibid.
- Num. 119. Benedictio Chorde. ibid.
- Num. 120. Modus vel Formula ad induen-  
dum Puerum vel Puellam juxta votum  
Parentum &c. 130.
- Num. 121. Modus exuendi puerum. &c. ib.

## CAPUT XXV.

- Num. 122. De Indulgentiis, concessis Fra-  
tribus, & Sororibus tertii Ordinis, etiam  
in propriis domibus viventibus, directè &  
specifice. 131.

## CAPUT XXVI.

- Num. 123. De Indulgentiis, concessis Chor-  
digeris expressè & specificè directè. 132.
- Num. 124. Indulgentia & Absolutio ple-  
naria Chordigeris & Tertiariis in Mortis  
Articulo dari solita. 133.
- Num. 125. Eadem Forma absolutionis ge-  
neralis pro Sacerdotibus & Regularibus  
mutatis mutandis. ibid.
- Num. 126. Si Sacerdos legat Missam in  
Conventu, ubi moritur Frater vel Soror,  
poterit liberare animam è Purgatorio vel si  
recitet pro tali Anima Officium Defunctorum.  
Item fit mentio de Indulgentia con-  
cessa per agentibus exercitia spiritualia, &  
de Statione sanctissimi Sacramenti. 134.

K k

C A-

## INDEX

### CAPUT XXVII.

*Num. 127. De Indulgentiis Stationum contentarum in Missali Romano quæ sunt concessæ tribus Ordinibus S. FRANCISCI, & Chordigeris, nunquam revocatae, sed usque nunc in suo robore, Usu, Praxi, & vigore.* ibid.

*Num. 128. Stationum origo.* 135.

*Num. 129. Concessio Sixti IV. in Bulla Generali Aurea: Leonis X. Greg. XV. Sixti V. Innoc. XI. Innoc. XII. circa Indulgentias Stationum, concessas Tertiariis, & Chordigeris, cum commutatione in s. Pater noster & Ave Maria cum Gloria Patri ad Stationem sanctissimi Sacramenti.* 136.

*Num. 130. Indulgentia Stationum in Missali Romano specificatarum.* 137.

### CAPUT XXVIII.

*Num. 131. De Indulgentiis Stationum, concessis intrâ & extra Urbem Romanam tribus Ordinibus Seraphici Patris FRANCISCI Tertiariis, Chordigeris, aliisque cum iis communicantibus.* 140.

*Num. 132. Ostenditur famosam Indulgentiam Leonis X. concessam tribus Ordinibus S. FRANCISCI, & dependentibus ab illis, non esse revocatam, sicuti nec Indulgentiam Stationis sanctissimi Sacramenti.* 141.

*Num. 133. Primaria Indulgentia concessa Ecclesiis intrâ & extra Urbem in menses distributa.* 143.

*Num. 134. De Indulgentiis septem Ecclesiarum Urbis Roma.* 148.

*Num. 135. Quales Indulgentia plenaria*

*possint adhuc bis acquiri uno die, non obstante Decreto Innoc. XI. Item de apocryphis Indulgentiis.* ibid.

*Num. 136. Indulgentia Portiuncula plenaria verisimilius possunt acquiri plures uno die, non obstante Decreto Innocentii XI. in loco Portiuncula.* ibid.

### CAPUT XXIX.

*Num. 137. De primariis Indulgentiis Archi-Confraternitatis S. Rosarii, instituti ab Apostolico Patre nostro Dominico.* 149.

*Num. 138. De Indulgentiis, concessis Archi-Confraternitati Confalonis de Urbe erectâ à Seraphico Doctore nostro S. Bonaventura.* ibid.

### CAPUT XXX.

*Num. 139. Recensentur Indulgentia plenaria, quas passim omnes Christi-Fideles facile nancisci possunt, & non plenariae præcipue, omnibus obviae, & communes.* 151.

### CAPUT XXXI.

*Num. 140. De Indulgentiis, quæ sunt annexæ Coronis, & Crucibus benedictis, in sanctissimo Sepulchro Domini nostri Ierosolymæ.* 154.

### CAPUT XXXII.

*Num. 141. De Indulgentiis, quæ Rosarii seu Coronis (quas S. Brigitta vocant) à Summis Pontificibus concessæ sunt.* 155.

### CAPUT XXXIII.

*Num. 142. De Indulgentiis, quæ Coronis (vulgò dictis Rosariis Domini nostri JESU Christi) annexæ sunt.* 156.

CA-

CAPITUM ET RERUM.  
CAPUT XXXIV.

Num. 143. Indulgentia concessa portantibus  
Scapulare Carmelitarum primaria & ple-  
naria. 158.

CAPUT XXXV.

Num. 144. Prologus ante Seriem Sancto-  
rum & Sanctorum ex triplici Ordine. 159.

CAPUT XXXVI.

Num. 145. Series Sanctorum Canonizato-  
rum ex primo Ordine S. P. FRAN-  
CISCI. 161.

Num. 146. Referuntur aliqua de Excellen-  
tia Hierarchica, quam per omnes Nobili-  
tatis Gradus complectitur pauper, humilis,  
& Evangelicus Ordo S. P. FRAN-  
CISCI. 162.

CAPUT XXXVII.

Num. 147. Series Sanctorum canonizatorum  
ex secundo Ordine. 163.

CAPUT XXXVIII.

Num. 148. Series Sanctorum Canonizato-  
rum, & Beatificatorum ex tertio Ordine

- |   |      |
|---|------|
| de Pœnitentia ex prima Classe.  | 164. |
| Num. 149. Beatificati, & Beatificatae ex<br>secunda Classe.   | 165. |
| Num. 150. Sancti Religiosi Ordines, qui ex<br>triplici Seraphica Vineat anquam Palmites<br>ex vite propria laverunt.  | 167. |
| Num. 151. De Hierarchica Dignitate<br>Personarum, à quibus Habitus tertii Or-<br>dinis assumptus est, & quidem primò Sum-<br>mi Pontifices, qui Habitum tertii Ordinis<br>vestiti sunt. | 170. |
| Num. 152. Cardinales & Episcopi ex tertio<br>Ordine S. Francisci.   | 171. |
| Num. 153. Imperatores & Reges ex tertio<br>Ordine S. Francisci.   | 172. |
| Num. 154. Duxes & Principes ex tertio<br>Ordine S. Francisci.   | 174. |
| Num. 155. Comites, & Primarii Nobiles,<br>sive Equites ex tertio Ordine sancti Fran-<br>cisci.  | 175. |
| Num. 156 Imperatrices & Reginae ex ter-<br>tio Ordine S. Francisci.   | 176. |
| Num. 157. Filia Imperatorum, Ducum, &<br>Principum, ex tertio Ordine sancti Fran-<br>cisci.   | 178. |
| Num. 158. Epilogus & Cautela, ut, dum<br>nostrros tres Ordines exultamus, alios non<br>deprimamus; sed unanimiter laudemus<br>DEUM mirabilem in Sanctis suis. 180.                      |      |



Kk 2

Sequi-

# INDEX



## Sequitur INDEX

### Via Dolorosæ sanctæ Crucis.

- N**um. 1. *Aliqua memorabilia, quæ fecerunt Patres nostri in Europa.* 182.  
 Num. 2. *Quedam mirabilia, quæ fecerunt in Africa.* ibid.  
 Num. 3. *Notabilia, quæ fecerunt in America.* ibid.  
 Num. 4. *Memorabilia, quæ facta sunt in Asia.* 183. & 184.  
 Num. 5. *De Saracenis, ad quos suos Missionarios destinavit Seraphicus P. FRANCISCUS, & quomodo S. FRANCISCUS Soldano pradicaverit Fidem Christi.* 183. & 184.  
 Num. 6. *Unde Sancta Palæstina venerit speciali quodam Jure ad F.F. Minoros de Observantia?* 185.  
 Num. 7. *Leopoldus I. Imperator promittit Vienne Minister Generali totius Seraphici Ordinis, se omni modo semper laborare velle pro recuperatione Terra Sancta.* 186.  
 Num. 8. *Venerabilis Dei Servus Innocentius XI. Summus Pontifex Curam & Cibodium Terra Sancta commitit de novo, & confirmat Fratribus Minoribus de Observantia.* 187.  
 Num. 9. *Innoc. XII. Summus Pontifex Exercitium via Crucis (quod quotidie Ierosolymis practicatur à Fratribus de Observantia) mirabiliter commendat.* ibid.  
 Num. 10. *Via Crucis debent esse erectæ à F.F. Minoribus de Observantia, ut gaudient Indulgencias.* 188.  
 Num. 11. *Quæstio notabilis: An omnes Christi-Fideles possint lucrari Indulgencias Terra Sanctæ, si servent viam Crucis etiam à Fratribus, sed extra Jurisdictionem localem eorumdem Fratrum?* ibid.  
 Num. 12. *Quanta & quales sint Indulgencias via Crucis in Ierusalem: & quod numquam sint revocatae.* 190.  
 Num. 13. *Quomodo Exercitium via Crucis possit in aliud pli opus commutari, remanentibus iisdem Indulgencias.* 191.  
 Num. 14. *Quanti meriti & valoris sit apud Deum Exercitium via Crucis, & quam fructuosum?* 192.  
 Num. 15. *Exhortatio ad omnes Prelatos Ecclesia, quatenus sanctum hos Exercitium introducant.* 193.  
 Num. 16. *Exhortatio specialis ad Patres Franciscanos de Observantia, utpote ad quos solos spectat vias Crucis cum Indulgenciis erigere.* 196.  
 Num. 17. *Quomodo & qualiter Cruces, vel Stationes plantanda?* 197.  
 Num. 18. *Informatio necessaria circa viam Crucis, quid sit, & quomodo practicari debet, ut Indulgencias annexæ acquirantur?* 198.  
 Num. 19. *Stationes via Crucis quomodo servanda cum ultima Statione de sanctissimo Sacramento?* 201.  
 Num. 20. *Quomodo privatim servari possint?* 202.  
 Num. 21. *Initium hujus pii Exercitii adscribitur Beatissima Virgini Deipara.* 203.  
 Num. 22.

CAPITUM ET RERUM.

Num. 22. Indulgentia hujus Exercitii & Stationis sanctissimi Sacramenti sunt indubitate saltem pro iis, qui dependent & diriguntur aliquo modo à Seraphico Ordoine.	203.	Num. 28. Statio quarta.	ibid.
Num. 23. Omnes & singula Indulgentia, pro Stationibus Terra Sancta in via S.Crucis occurrentes recessus ex probatis Auctoribus.	203. & 204.	Num. 29. Statio quinta.	208.
Num. 24. Modus practicandi Exercitium via Crucis publicè & Oratio preparatoria.	205.	Num. 30. Statio sexta.	ibid.
Num. 25. Statio prima cum meditatione & Oratione proportionata.	206.	Num. 31. Statio septima.	209.
Num. 26. Statio secunda.	ibid.	Num. 32. Statio octava.	ibid.
Num. 27. Statio tertia.	207.	Num. 33. Statio nona.	210.
		Num. 34. Statio decima.	ibid.
		Num. 35. Statio undecima.	ibid.
		Num. 36. Statio duodecima.	211.
		Num. 37. Statio decima tercia.	ibid.
		Num. 38. Statio decima quarta & ultima.	212.
		Num. 39. Modus privatim practicandi Exercitium via sancta Crucis.	213.
		Num. 40. De fructu hujus pii Exercitii.	214.

Sequitur INDEX

Confraternitatis decem Bene-Placitorum BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS, cum aliis annexis Bullis, & Brevibus, tres Ordines S. FRANCISCI & Moniales, Ordini nostro subjectas, concernentibus.

<b>N</b> um. 1. Institutum Sororum Annuntiarum Anno 1501. à Joanna de Valois Filia Ludovici XI. Sorore Caroli VIII. Consorte Ludovici XII. Gallie Regum inchoatum, à Pontificibus approbatum, & in tres Confraternitates divisionem.	216.	magisterialiter exhibuit.	218.
Num. 2. Erectio Confraternitatis decem Bene-Placitorum, seu decem Virtutum B. M. Virginis (sub titulo via Crucis) in qua eadem Virgo Deipara decimum ex predictis Bene-Placitis post Mortem Filii compassivis affectibus sapissime complevit, & se imitandam Fidelibus in perpetuum		Num. 3. Sodalitium Confratrum, & Sororum, de deem Virtutibus Evangelicis, in diversis Pontificum Bullis, ob diversitatem virtutum, diversissimis titulis, & denominationibus exprimitur.	219.
		Num. 4. Sodales Confraternitatis decem Bene-Placitorum participant cum Indulgentiis Seraphici Ordinis; eorundemque Sodalium Ordo primus, secundus, tertius approbanter à Papa Leone X. concedente isdem particulares Indulgentias per Bullam datam Rome decimam quartam Iulii. Anno 1517.	219. & 220.
		Kk 3	Num. 5.

INDEX

- Num. 5. Bulla Julii II. incipientis: Ad ea. &c. dicuntur Sorores Annunciatæ (vel sub alio simili titulo) subjiciuntur Seraphico Oratori de Observantia, illisque communicauntur Privilegia Ordinis nostri; in quantum sunt eorum capaces cum Exemptionibus, & Immunitatibus, Peccatorum remissionibus, & Indulgentiis etiam Stationum Ecclesiarum Urbis, & extra muros, & pro Feste Recordationis intimi Doloris Beatisse Virginis ad instar Indulgentiarum visitationis sanctissimi Sepulchri. Idem concessit Leo X. Vid. Num. 7. 221.
- Nam. 6. Refertur Bulla Leonis X. incipiens: Benignæ petitionis, data Roma 27. Decembris. 1514. in qua conceditur Sororibus Annunciatis (vel decem Beneplacitorum) Indulgentia decem millium dierum, si orent decies Salutationem Angelicam in honorem decem Virtutum Beatisse Virginis, & 72. millium dierum Indulgentia, quoties oraverint 72. Ave Maria in memoriam 72. Annorum, quibus creditur Beatisima Virgo Maria in terris vixisse, & Presbyteris electis ad celebrandum: Indulgentia mille annorum, cum licentia se conformandi juxta Divinum Officium Annunciarum Sororum. 224.
- Num. 7. Declaratio Leonis X. Indulgentias predictas nullibi esse revocatas, cum inhibitione contra quoscunque, aliquid contra predicta Indulta attentantes vel impedientes publicationem earundem. 225.
- Num. 8. Sororibus Annunciatis Clausuram servantibus à Papa Leone X. conceduntur eadem Privilegia, & Indulgentia, quae concessa sunt Clarissimis Monialibus, sub Directione Ministri Generalis de Observan-
- tia Regula Seraphici Patris Francisci. 226.
- Num. 9. Concessio Innocentii VIII. quod Fratres Minores dicendo quinque Pater noster. &c. & Ave Maria, &c. possint lucrari Indulgentias Portiuncula & Stationum Urbis. 227.
- Nam. 10. Papa Pius II. concessit Fratribus Minoribus Ultra-Montanis, ut septem Psalmos Pénitentiales dicendo cum Litaniis lucentur Indulgentias Stationum Urbis, & Indulgentiam plenariam: quoties dicunt Coronam Domini nostri, constantem ex 33. Pater noster & totidem Ave Maria, & Indulgentias Stationum Urbis, cum Indulgentia plenaria, si orent quinque Pater noster, & Ave Maria cum Gloria Patri coram sanctissimo Sacramento, easdemque extendit ad Montiales sanctæ Clariæ, ad Annunciatas & Tertiarios. ibid.
- Num. 11. Conceditur singulis predictis Personis quotidie Indulgentia 15. millium Annorum, si quotidie orent quindecim Pater noster & Ave Maria, quia sic censetur in fine Anni facta Commemoratio omnium Vulnerum, qua Christus in suo corpore pertulit. 228.
- Num. 12. Ordinantur aliqua circa Officium Defunctorum, Confessionem & Communionem Monialium Annunciarum, cum notabilibus Indulgentiis, si confessi sint, & communicaverint in certis Festis, & omnia predicta à Num. 10. confirmantur à Leone X. 19. Junii. 1515. ibid.
- Num. 13. Confirmatur Communicatio omnium Privilegiorum, & Indulgentiarum omnium Ordinum sub Obedientia Ministri Generalis totius Seraphici Ordinis Deo famulantium, nec non Confraternitatum, que à no-

CAPITUM ET RERUM.

- à nostris Religiosis diriguntur, etiam Benefactorum, & Benefictricum, & aliarum Personarum, quae benefaciunt Religionibus nostris per Bullam Leonis X. incipientem: Dudum per Nos. 229.
- Num. 14. Extendit Pontifex prefatus eandem Communicationem omnium Privilegiorum spiritualium, ad Privilegia spiritualia, olim concessa Ordini Predicatorum, Minorum, Ordini S. Augustini, Carmelitarum. 230.
- Num. 15. Libellus supplex pro obtinenda amplissima Communicatione pro Personis, Nostris Ministri Generalis Obedientia vel Directioni subjectis, cum Decretis S. Congregationis approbatus ab Innocentio XI. & ab Innocentio XI. quinta Decembris. Anno 1696. 231.
- Num. 16. Ostenditur ex Bulla Innoc. XI. per Bullam Pauli V. datam 23. Maii. 1606. incipientem: Romanus Pontifex, nunquam comprehensas esse Personas, substantialia Vota non emitentes, in generali revocatione Indulgentiarum ab eodem Pontifice factâ. 232.
- Num. 17. Ostenditur prefatas Indulgentias non fuisse comprehensas in revocationibus Indulgentiarum quarumlibet Confraternitatum, editis à Clemente VIII. & Paulo V. ibid. 233.
- Num. 18. Limitantur ab Innocentio XII. Conditiones ad Erectiones Confraternitatis requisita à Paulo III. & Clemente VIII. pro Confraternitatibus sanctissimi Sacramenti, Rosarii, & Corona decem Beneficitorum. 235.
- Num. 19. Recensentur Indulgentia concessa Sodalibus sanctissimi Sacramenti ab Innoc. XII. 236.
- Num. 20. Indulgentia concessa omnibus Christi-Fidelibus, qui comitantur sanctissimum Sacramentum, dum portatur ad Infirmos. 238.
- Num. 21. Innoc. XII. concedit Indulgentias vacantibus Orationi mentali, applicabiles etiam per modum Suffragii Defunctis. 239. & 340.
- Num. 22. Pius IV. concedit Indulgentias per modum jubilai protota Octava Corporis Christi, & pro Feste S. Mariae Angelorum [dicto Portiuncula] omnibus Christi-Fidelibus, visitantibus Ecclesias Monialium nostrarum. 241.
- Num. 23. Privilegium speciale S. Pii V. circa Indulgentiam Portiuncula lucrandum toties quoties. ibid.
- Num. 24. Quomodo Confraternitates decem Beneficitorum erigi possint? & qua pro illici concessa Indulgentia promulgari possint tanquam legitima, & nunquam revocata, iuxta Decretum S. Congregationis editum 1699. 20. Novemb. 342. 243. & seq.
- Num. 25. Bulla Leonis X. directa Fratri Gabrieli Mariae Ordinis FF. Minorum de Regulari Observantia, pro Officiis & Coronis Domini nostri & Dominae nostrar. 246.
- Num. 26. Allegatur Bulla Leonis X. & recensentur Indulgentia annexa Rosariis, ab Annunciatis, vel earum Confessario distribui solitis. Cui additur Benedictio Rosarii. 248. & 249.

F I N I S.

# Notabiles Errores Typographi.

P. denotat paginam, C. Columnam.

**P.** f. c. 1. Gregorius X. *Lege* IX. Item c. 2. 22. Sanctos. l. 21. p. 11. c. 2. antecedente. l. accedente. p. 12. c. 2. monimentis, quod s̄epe per contextum libri repetitur, l. monimentis. p. 13. c. 2. concessit. l. concessit. p. 14. c. 2. Monialum. l. Monialium. p. 16. c. 1. volentes: eorundem, l. volentes; ut eorundem. p. 24. c. 2. etiam. l. etiam si. p. 29. c. 1. dictis. l. dicti. p. 33. P. Franciscus l. l. Franciscus, p. 34. c. 1. à C. R. l. à C. 2. p. 37. c. 1. operatus est, refert. l. operatus est, & refert. p. 40. c. 2. S. P. N. l. S. D. N. Papæ. p. 43. c. 2. impositam, humiliter. l. impositam, quam humiliter. p. 44. c. 1. Seculares, quod s̄epe repetitur. l. Sæculares. p. 47. c. 1. 200. annis. l. 300. annis. Item 1708. l. 1208. p. 52. c. 1. hominis. l. hominibus. p. 54. c. 2. gregem Pastoris. l. gregis Pastorem. p. 60. c. 1. delicti. l. dilecti. p. 68. c. 1. omnes comedunt. l. carnes comeduntur. p. 72. c. 1. reprehenduntur. l. reprehendentur. p. 77. c. 1. Regulæ. l. Regula. p. 93. c. 1. inducere. l. induere. p. 101. c. 2. Vicarios Fratres. l. Vicarios Fratrum. p. 110. c. 1. anno 1525. l. anno secundo 1525. p. 113. c. 2. à Clementis VII. & Pauli V. l. Clemente VII. & Paulo V. p. 126. c. 2. Sixti IV. l. Sixti V. p. 134. c. 2. indubitate. l. indubitate. p. 139. ubi legis quarantæ. l. quarantenarum. p. 147. c. 2. in Vigilia. l. in Natali. p. 158. c. 2. B. V. animas. l. precibus B. V. animas. p. 159. c. 2. & Missa legitur. l. & Breviarium legitur. p. 162. c. 1. nascitur. l. denascitur. Item anno 2481. l. 1481. Item à Gregorio IX. p. 163. c. 2. ex tertio Ordine. l. ex secundo Ordine. p. 171. c. 1. merè. l. mirè. Item piissimâ. l. piissimâ. p. 199. c. 1. faciunt. l. faciant. p. 200. c. 2. efformat. l. efformant. p. 203. c. 2. Roma. l. Romæ. p. 210. c. 2. attigerit, ubi ab impiis. l. attigit, ab impiis. p. 215. c. 2. Ordinis S. P. N. l. III. Ordinis S. P. N. p. 223. c. 2. consequi, & habe. l. consequi, & habere valeant. p. 225. c. 2. à secundis Vesperis. l. à primis Vesperis. p. 229. c. 1. anno 3. l. anno 2. p. 231. c. 1. anno 7. l. anno 5. p. 232. c. 1. In-Præf. l. Præf. p. 234. c. 2. qui dicti. l. cum dicti. p. 237. c. 1. confirmatorias, supradictas, litteras. l. confirmatoriis, supradictis, litteris. p. 242. c. 1. Marchiones. l. Marchionis. p. 244. c. 2. Innocentii II. l. Innocentii XI.

Cæteros & animo & oculo benignus excipe.

N.B. pagina 198. c. 2. addi debet ad marginem linea talis longitudinis, qualis est mensura & longitudo hujus linea.

# A D Z O I L U M.

Dente theonIno rIDeDa , VeL ore CanIno  
rosa , BAVARVs rIDet Leo.

# AD SOLEM

Dicitur accordinge IDEGUS, AEP. ac Cypri

nos, TAVRA IDES pos.




UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN







UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

